



Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

Institutiones Theologiæ Mysticæ, Seu Facilem & practicum modum
Exercitia Spiritualia S.P. Ignatii Loyolæ per octiduum faciendi - item
triduanam recollectionem fructosè instituendi complectens, Et
Sacerdotibus Præcipuè, aut de Sacerdotali Statu suscipiendo
deliberantibus accomodata, Una cum ...

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1680

Pars II. Practica Exempla Meditationum pro secessu à Sacerdotibus
instituendo complectens.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48834](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48834)



P A R S II.

PRACTICA EXEMPLA MEDITATIONUM PRO OCTIDUANO SECESSU A SACERDOTIBUS INSTITUENDO COMPLECTENS.

Quod olim Seneca de Exemplis in genere dicit, quod videlicet Longum iter sit ad virtutem bonos mores persuadendos per sermonem breve verò & efficax per Exempla, id meritò præsentem etiam materiam applicari potest. Non parùm quidem prodest, Naturam, & Præstantiam utilitatèque Exercitiorum cognovisse, sed nisi Meditationes in particulari ad statum & vocationem propriam cujusque accomodentur, perinde Conciones Auditorum capacitati & Genio non quadrantes exiguum aut nullum fructum afferunt. Quare ut doctrinæ in præcedenti parte allatæ optatum Sacerdotibus fructum afferant, placuit in hâc posteriori parte aliquot Exempla Meditationum pro secessu spirituali servientium, & ipsorum Sacerdotum statui & vocationi præcipuè accommodatarum assignare, ita tamen, ut, quandoquidem illis quibus integros octo dies pro tali secessu assumere aut non vacat, aut non libet, etiam his, quantum fieri potest, serviam, & materias pro triduanâ saltem Recollectione suggeram.

CAPITULUM

CAPUT I.

PRACTICA EXEMPLA PRO OCTIDU-
ANO SECESSU.

I. **U**T tantò faciliùs agnoscat Sacerdos, Formulas istas Practicas Exercitiorum faciendorum ipsius statui accomodatas esse, sequentes duæ admonitiones ob oculos semper habere debet.

II. Prima est, ut meminerit, primarium horum Exercitiorum Scopum esse, tum seriæ emendationis propositum, tum fervoris in perfectionis studio, vocationeq; sua adimplenda reparandi, vel augendi studium, ut jam alibi dictum est, atque adeò ad hunc Scopum omnes Meditationes, Considerationes, Lectiones, Collocutiones, & alias similes Exercitationes dirigendas esse. Hinc quia alios in via purgativa magis defecisse, alios in illuminativa minùs profecisse quandoque advertitur, rectè monet S. Ignatius in annot. 18. Exercitia juxta ejus, qui exercetur, habitudinem accommodari, & quemvis ad gradum, in quo animus suus conquiescat, perducì debere.

III Secunda admonitio est, quòd, sicut ad eundem quandoque terminum diversis vijs pervenitur, ita ad eundem quoque Exercitiorum Scopum variis modis pertingi possit. Hinc aliquibus, qui sæcularem vitam elegerunt, ejusmodi plerumque Exercitia præscribuntur, quæ ad observationem Justitiæ Christianæ, id est, fugam peccatorum, & bonorum operum exercitationem spectant. Religiosis Meditationes, quæ ad votorum religiosorum exactam observantiam, & Perfectionis studium pertinent, traduntur. Sacerdotibus & Pastoribus varia motiva & praxes, quæ ad curam animarum ritè suscipiendam juvant, suggeruntur, & sic de reliquis loquendo. Imò interdum una quæpiam virtus, u. g. amor B. Virginis, obediencia, aut alia similis pro Scopu principali assumi, & ad eam Meditationes pleræque saltem, si non omnes, ordinari possunt, ita tamen, ut Methodus à S. Ignatio per triplicem viam assignata, quantum fieri potest observetur. Interdum etiam pro quavis Meditatione una Parabola, Hiistoria, vel sententia assumi, & ex illis doctrina aliqua

ad Scopum Meditationum pro singulis hebdomadis Ignatio assignatarum erui potest, uti ex paradigmatis assignandis patebit.

Tres itaque diversæ præscriptiones materiarum pro Octiduo secessu assignabuntur. Prima ipsam S. Ignatii præscriptionem in libello Exercitiorum assignatam, & statui Sacerdotali accommodatam servabit. Altera Meditationum statum Sacerdotalem directè ordinatas continebit. Tercia pro singulis Meditationibus Parabolam aliquam Evangelicam aut aliam similem assumet.

DIVISIO I.

PRO OCTIDUANO SECESSU ILLIUS NORMAM A S. IGNATIO ASSIGNATAM TAM FACTA.

Merito hæc divisio aliis omnibus præfertur, utpotè præ cæteris apta videtur, non ad præfixum diuini Exercitii Scopum referendum, sed ipsum etiam Systema Meditationum, quas S. Ignatius in libello Exercitiorum præscripsit, connexionem demonstrandam. Quare ipsius primis Meditationes propriis S. Patris, quantum fieri poterit, verbis proponam, varias tamen iisdem notas subiungam quibus, partim quid circa singulas observandum sit, etiam; partim quomodo illius materia cum præcedentibus hæreat, demonstram.

Meditatio proœmialis pridie Exercitiorum peragenda.

De Fine & Scopis horum Exercitiorum.

Punctum I.

Considera 1. quis sit Scopus Exercitiorum tuorum, crastina die auspicatorus es; nimirum ut anima tua in imagine DEI per varias imperfectiones, peccata, & negligentias obscurata renovetur, pristinoque decori restituatur.

Considera 2. quàm necessaria tibi sit hæc renovatio, non imago animæ tuæ usque ad eò ob tepidam vitam sit deformata, ut merito cum admiratione quæri possit.

Quis est imago hæc? DEI, an Dæmonis? Christi, an Mundi?
Confidera 3. an non merito Ecclesia velut Mater tua in soliditatem istam te ducat, & in uterum suum iterum recipiens illis S. Pauli 4. ad Gal. verbis te alloquatur: *Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis.* Studete proin hanc sollicitudinem Matris tuæ dilectissimæ agnoscere, atque, ut finem suum obtineat, totis viribus cooperari. Colloquium ad S. Carolum Borromæum, S. Ignatium, aliosque electos Patronos tuos, rogando, ut pro felici Exercitiorum successu efficacem gratiam impetrare dignentur.

Punctum II.

Confidera 1. Quid requiratur ad renovationem cuiusdam imaginis, nimirum sequentia tria capita 1. Ut pulveres imagini adhærentes abstergantur. 2. Ut colores detriti aut offuscati, novis coloribus obducantur. 3. Ut velum, quo pulveres deinceps arceantur, appendatur. Confidera 2. Quàm aptè hæc tria officia pro Spirituali renovatione Animæ tuæ per exercitia Spiritualia præstentur; quid enim aliud per viam purgativam intendunt, nisi ut pulveres culparum animæ adhærentium per veram contritionem & confessionem, variâque conscientie Examina, aliâque Satisfactoria opera abstergantur? quid aliud per viam illuminativam quaerunt, quàm ut novi virtutum colores ex imitatione Christi petita menti per neglectum virtutis ac fervoris Studium inveterata obducantur? quid aliud per viam unitivam obtinere desiderant, quàm ut per ardentem DEI amorem, firmissimamque cum illo unionem velut aptissimum velum omnes subsequentiâ culparum pulveres arceantur? Confidera 3. Quàm alacriter proin & libenter hæc Exercitia suscipere, atque ad finem usque magna cum constantia continuare debeas. Colloquium ad SS. Cœli Reginam, demissè rogando, ut, sicut ipsa se Autricem horum Exercitiorum fuisse S. Teresie confessâ est, ita tibi quoque, ut optatum eius successum referas, autrix esse dignetur.

Punctum III.

Confidera 1. Quibus mediis Pictores ad renovandam aliquam imaginem uti soleant. An non aptos sibi colores
Instru. VIII. H præ-

preparant? an non solitarium locum, quo à distractionibus defendantur eligunt? an non de apto sibi Magistro aut rectore prospiciunt? an non oculos accuratè & assidue Directorem, aut imaginem, aut Prototypon reflectunt, dirigunt?

Considera II. Quomò magis tu has omnes indolentias & conatus pro renovatione tuæ imaginis adhibere debeas, ut cui ultrò tam copiosa eorundem occasio offeratur.

Considera III. Quomodo non modò in solitudine cum magno desiderio secedere, omnèsque alias curas recedere, sed etiam omnes industrias, quæ à S. Ignatio, alii Ascetis ad hunc finem præscribuntur, magna cum sedulitate, constantiâque adhibere velis. Colloquium ad Christum rogando, ut, sicut ipse hunc secessum verbo & exemplum præcavit, ita efficacem quoque pro illo ritè continuando largiri dignetur.

Materia Læctionis.

I. Etsi hæc exercitia potissimum ad veram sui notitiam reformationem ordinata sint, atque adeò primum semper sacras Exercitationes locum meditatio habere debent, rectè tamen directorium (quo nomine liber à Societate sua composuit, & modum exercitia spiritualia cum fructu faciendi docens intelligitur) cap. 21. n. 1. monent melius durare possit is, qui exercetur, expedire, ut detur aliqua relaxatio in horis meditandi, eoque tempore à meditationibus liberum habet, liber aliquis legendus, qui pietatem potius nutriat, quàm intellectum motibus exerceat; quique aptus & opportunus sit ad illum finem, vel finem, qui per exercitia quæritur, gignitur. Quin etiam monendus est (ait idem Directorium cap. 21. n. 2.) & docendus, ut ipsam læctionem dirigat ad meditationem, nimirum non legendo cursim aviditate sciendi & videndi, sed immorando, & perpendendo accuratè, quæ legendo intrando in eosdem affectus.

II. Sed & illud cavendum (ut rectè ibidem n. 6. monetur) ne vel legendi, vel scribendi dulcedine ita se quilibet distineri sinat, ut tempus eripiat meditationi aut præparationi ad meditationem. Semper enim aliquantulum meditationem debet omnia relinquere, & omnino suam

gitationem convertere ad puncta illius Exercitij, quod jam instat. Addo, cavendum hoc quoque, ne nimis legendo aut scribendo defatigetur animus, & quasi, vires ejus exhauriantur; oportet enim salvam semper relinqui meditationem, & cetera omnia huic uni servire.

III. Ut autem sciat is, quem instruendum hinc suscepi, Sacerdos, quos præcipuè libros aut materias legere debeat, ante omnia ei consulendum est, ut unum quotidie caput speciatim à me annotatum, manè, & alterum, si velit, fortuito selectum, aut certè, si totum legere non placet, unam, alteramve sententiam aut paragraphum, à prandio ex libello de imitatione Christi legat, exemplo S. Ignatij Exercitiorum horum Authoris, qui & mirifica laude semper extollere hunc libellum, & pari fervore alijs commendare, ipsemet verò tantopere spiritum illius probare, tamque perfecte in se exprimere solebat, ut, quemadmodum Petrus Ribadencira l. 1. c. 13. vitæ scribit, multorum judicio, Vita Ignatij solida quædam, eminens, ac viva esset imago eorum præceptorum omnium, quæ aureo illo libello continentur. Nec immerito sanè hunc libellum præ alijs suadebat, quia, ut Julius Nigronus tract. 5. Ascet. c. 3. n. 15. rectè pronunciauit, continet succum totius vitæ spiritualis, compendium perfectionis, quintam, ut ita dicam, essentiam religiosæ vitæ ac sanctitatis, diurnæ meditationis Alembico per virum experientissimum, tum ex alijs spiritualibus libris, tum ex ipsius Spiritus Sancti unctioe expressam. Quem qui legit assidue, habebit, teste Ludovico Granatensi in præfat. ad hunc libellum à se in Hispanicum idioma conversum, fidum viæ hujus vitæ comitem, solamen in adversis, Doctorem, ducemque in dubijs: artem, præsertimque ornandi hinc hauriet, ac piè vivendi normam, nec non bene, beatèque moriendi scientiam. Dicit proinde eodem cum Seneca Epist. 54. *Vivit, viget, liber est, supra hominem est, dimittit me plenum ingentis fiducia. In quacunque positione mentis sim, cum lego hunc (fatebor tibi) libet omnes casus provocare.* Ex hoc itaque libello pro hodierno die, proque felici omnium subsequen-
tium lectionum auspicio legi potest cap. 2. l. 3. in quo illa præcipuè verba non pro hac duntaxat, sed secuturis etiam lectionibus cum singulari affectu usurpentur: *Loquere:*

H 2

Demig

Domine, quia audis servus tuus, verba enim vita tua habes. Loquere mihi ad qualemcumque anima mea consolationem, & ad totius vite mee emendationem: tibi autem laudem & gloriam, & perpetuum honorem.

IV. Præter hunc libellum liber etiam quispiam de nalis ad Instructionem Sacerdotum pertinens legi potest, quales exempli gratiâ esse possunt, Ludovicus de Pontefili 4. ubi fusè de statu & officijs Sacerdotum agit: Sacerdotum Christianus M Ludovici Abellij. Jacobi Marchantij Aaronis. Joanais Trithemij institutio sacerdotalis Mechlinij anno 1640. iterum recusa. Manuale Parochorum auctore Mufarti. Jacobus Masenius in Auctario Ducis viti octo Meditationes proponit pro Sacerdotibus, quæ per modum pro lectione spirituali servire possunt. Tertia instructio de conversatione Apostolica, & quarta instructio Pastorum, quæ breviter complectuntur, quidquid ad officium Sacerdotum spectat.

V. Sed & Sanctorum vitas interdum non inutiliter legi posse, S. Ignatius in annot. post primam hebdomadam meditationem insinuat, & ipsa etiam experientia confirmat, maximè si selectæ sint, & ei, qui Exercitia facienda commodatæ, quales respectu Sacerdotum esse possunt, S. Ignatij Sacerdotis, seu vita Jacobi Merlohorstij. Vita Martinus Avilæ. Vita P. Petri Foreri Canonici Regularis & S. Petri Fabrij. Vita P. Petri Fabri è Societate Jesu, quæ multas doctrinas Sacerdotibus accommodatas continet; Vita Petri Borromæi, & S. Francisci de Sales, & similes.

VI. Denique præ reliquis etiam legi convenit, annotationes, vel additiones, regulasve, quas S. Ignatius in Exercitiis inseruit, & successivè in charta separatim voluit. Et hodie quidem antè, quàm auspicietur Exercitium, Annotationes & Additiones ei dandas esse, Directorium n. 5. & cap. 15. n. 8. monet, quas proin placet hic apponere notis brevibus, ubi opus videbitur, adjectis.

Annotationes.

1. Has Annotationes, ut in ipso titulo videre est, S. Ignatius eo fine à se compositas fuisse ait, ut aliquid intelligentius exercitia spiritualia afferant tam ei, qui traditurus est, quàm qui accepturus. Unde quia hoc loco eum duntaxat, quæ

incipit, instruere proposui, eas quoque annotationes, quæ ad ipsum pertinent, solas huc afferam, ut ipsum Directorium monet cit. c. 11. n. 5.

II. Prima ergo est Annotatio, quod ipsonomine Exercitiorum spiritualium intelligitur modus quilibet examinandi, propriam conscientiam; ite meditandi, contemplandi, orandi secundum mentem, & vocem, ac postremo alias quascunq; spirituales operationes tractandi, ut dicitur deinceps. Sicut enim de ambulare, iter facere, & currere, exercitia sunt corporalia, ita quoq; præparare, & disponere animam ad tollendas affectiones male ordinatas, & hys sublatiis ad quarendam & inveniendam voluntatem Dei circa vitæ suæ institutionem, & salutem animæ, exercitia vocantur spiritualia.

III. In hac Annotatione S. Ignatius quasi in compendio breviter complexus est, quidquid ad exercitia ritè cognoscenda & fructuose obeunda pertinet. Nam I. Eorundem naturam per ipsum nomen *Exercitiorum* pulchrè insinuavit, significare scilicet volens, Exercitia hæc non in nuda quadam oratione, sed tali, quæ ad actionem referatur, & exercitatio dici mereatur, consistere, qui enim ita orat, vel meditatur, ut nihil ulterius spectet, sed in sola persistat vel rei imperandæ, vel etiam cognoscendæ cura, hic magis quiescit, & otatur, quàm exerceatur, & laboret. II. Scopum quoque eorum sat clarè insinuavit, dum scilicet per ea animam ad malas affectiones, ac voluntatem Dei inveniendam, seu, ut clariùs, breviusque dicam, ad statum, vitæque ineundæ rationem optimam vel eligendam, vel reformandam, vel perficiendam præparari ac disponi dixit. III. Gradus etiam profectus, qui in his exercitijs quærendus est, non obscure per tria illa verba *deambulare, iter facere, currere*, indicavit; nam sicut ex his motibus unus altero perfectior est, eò quòd is, qui ambulat, nec certum habet terminum, nec gressum admodum intendat; iter verò faciens, eò quòd ad certum terminum tendat, nec diu in via morari cupiat, hoc ipso gressum acceleret; currens autem celeritatem superaddat, omnèsque vires intendat; ita in exercitijs quoque singulis hebdomadis sui quodammodo passus præscribatur, & in prima quidem hebdomade; in qua finis tantum in genere ostenditur, & recessus ab eo factus deploratur, fit ambulatio duntaxat; in secunda & tertia, quia de certo

vitæ statu eligendo vel reformando agitur, perfectior motus, atque adeò itineri certum terminum habenti comparatur; in quarta denique hebdomade, quia amor addens quaeritur, etiam accelerari merito profectus, et adeò cursus institui dicitur. IV. Denique ipsa etiam instrumenta ad finem exercitiorum obtinendum adhibentur, per eandem annotationem sat clarè innuuntur, scilicet per exercitia modum quemlibet examinandi contentiam; deinde orationem & meditationem, & alias operationes, à Directore utique velut itineris Duce præscribere intelligi dixit, quibus sanè tribus instrumentis omnia, ad veram reformationem vel electionem status requiruntur, complexus est, cum per Examen conscientiaë quisque se ipso agat, statumque animæ suæ recognoscat; per orationem verò & meditationem agens cum Deo, quid faciendum fugiendumve sit, discat, & lumen ac vires impetret ad faciendum, quæ intelligit fieri oportere; per communionem denique cum prudenti viro adjuvetur, ut melius se & cum Deo rem transigat, simulque tutus reddatur ab insidijs & insidijs Dæmonum.

IV. Secunda annotatio, & inter annotationes S. Patris tertia ordine est, quod cum in sequentibus Exercitijs mentalibus utamur actibus intellectus, quando discernimus voluntatis verè, quando afficimur, advertendum est in oratione, quæ præcipue est voluntatis, dum voce aut mente cum Domino Deo aut Sanctis colloquimur, majorem ac exigi reverentiam, quam dum per usum intellectus intelligentiam potius moramur; hæc enim; cum ad voluntatem permovendam potissimum dirigatur, atque adhibet strahat à præsentia personæ alterius præsentis, nihil aliud quam mentis seriam applicationem exigere videtur, ut rectè notat P. Ceccotus, hoc ipso etiam reverentiam erga personam requiritur, ut rectè notat P. Ceccotus, ob hanc ipsam causam quoque magis exquisita, quibus eos dignè compellere possimus, exigat.

V. Tertia annotatio, & quinta in ordine viginti annotationum S. Patris, est, quod mirum in modum juratur, si suscipit Exercitia, si magno atque liberali animo accipit.

totum studium & arbitrium suum offerat suo Creatori, ut de se, suisque omnibus statuatur id, in quo ipse potissimum servire possit juxta ejusdem beneplacitum. De qua annotatione vel maxime dictum credi debet, quod in Directorio c. 3. n. 1. de annotationibus universim notatur, scilicet omnem diligentiam in ea observanda poni debere, quoniam quò diligentior quis in hoc fuerit, eò citius & uberius inveniet fructum spirituales, qui quaeritur.

IV. Quarta annotatio, & in ordine duodecima est, quòd, cum in quolibet exercitio expendi debeat unusus hora tempus, curet semper (is, qui exercetur) animi quietem in hoc reperire, quòd plus temporis potius, quàm minus insumpsisse sibi conscius sit. Frequens est enim Damoni hoc agere, ut praefixum meditationi vel orationi temporis spatium decurteretur. Ad quem ipsum finem collimat etiam decima tertia annotatio dicens, quòd, cum facile sit ac leve, affluente consolatione, integram contemplationis horam traducere; difficillimum contra incidente desolatione, idcirco adversus desolationem & tentationem semper pugnandum est, producto ultra horam definitam exercitio, vincendi gratia. Ita enim non solum discimus resistere adversario, sed eum etiam expugnare. Neque ad hunc duntaxat finem, juvat hæc ordinatio, sed etiam ad virtutum augmentum debitumque cultum Deo tribuendum, qui odit rapinam in holocausto, ideòque voluit, ut Abraham sacrificans volucres ab holocausto abigeret, donec totum fuit consumptum. Et sanè per se indecens videtur abire à colloquio & conversatione cum Deo, antequam tempus ab eo definitum fuerit elapsum; quis enim non summè inurbanum diceret Aulicum illum, qui obtentà per summam gratiam audientiam Principis maximi eam plus æquo prolixiore esse quereretur, ideòque è conspectu, antè, quàm dimissus esset, se proriperet?

VII. Quinta annotatio, & in ordine decima sexta est, quòd, ut Creator ipse, Dominusque noster in sua creatura certius operetur, si accadat animam ad aliquid minus rectum affici atque inclinari, summopere ac totis viribus nitendum est in contrarium (ut puta, si ad officium vel beneficium adipiscendum aspiret, non divina gloria, aut communis animarum salutis causa, sed commoditatis sua, negotiorum

ziorumque temporalium duntaxat) tunc affectus ad appetitum impelli debet per assiduas orationes, & alia exercitia pia, in quibus à clementia Dei oppositum petatur, videlicet hunc ut ille animum offerat ipsi Deo, se tale officium velle nescium aut aliud quidvis jam non appetere, nisi prius affectum ad eum mutaverit, ut nihil jam omnino desideret, nisi possideat alia ex causa, quam divini cultus & honoris. Quod idem etiam faciendum est, si modum ac terminum se in bonis donis ponere se velle quis adverteret, ita ut ad quod duntaxat limites, & non amplius illuminari vellent; ut rectè notat Directorium c. 2. n. 5. præterquam quòd de indecens est, ut creatura hoc modo agat cum suo Creatore, valde etiam ipsi nocet; primum quia se ipsum privatur majoribus donis, quæ Deus fortè daturus erat; deinde illa ipsa liberalitas & restrictio, & ingratitude erga Deum meretur, ut ne ea quidem accipiat, quæ vellent accipere.

VIII. Sexta annotatio, & undecima in ordine est, quæ exercenti se in prima hebdomada expedit nescire, quid secunda sit acturus, sed ad consequendum illud, quod inquirat, acriter laborare, perinde ac si nihil boni postea reperiturus. Quæ annotatio utilis quidem est ad curiositatem vitandam, animumque uni objecto seriò applicandum, ferè tamen convenit ijs duntaxat, qui prima vice faciunt exercitia; alij namque facillè divinabunt, quid in posteribus hebdomadis sit meditandum, etsi & ipsi rectius facerent, si animum & cogitationem à securis meditationibus abstrahant, solique præsentis materiæ considerandæ acriter assistant.

IX. Septima annotatio, & postrema inter viginti selectis annotationes est, quòd secundùm successum commotionum tanto majorem faciet progressum spiritualis vite, quanto magis ab amicis, notisque omnibus, & ab omni rerum humanarum sollicitudine sese abduxerit. Ex qua quatuor loci secessione inter alias multas commoditates hæc tres præcipue consurgunt. Prima, quòd exclusis amicis, & familiaribus, negotiisque minus rectè ordinatis ad Dei cultum gratiam apud Deum non mediocrem meretur. Secunda, quòd per hujusmodi secessum intellectu minus, quàm in distractione in diversas partes, sed collectè, redactique

cogitatione ad rem unam, scilicet ad obsequendum DEO Creatori suo, & saluti animae suae consulendum, multo liberius ac expeditius utitur natura Viribus in quarendo eo, quod desiderat tantopere. Tertia, quod, quanto se magis reperit anima segregatam, ac solitariam, tanto aptiorem seipsam reddit ad quarendum, attingendumque Creatorem ac Dominum suum, ad quem insuper, quò propius accedit, eò melius ad suscipienda bonitatis divinae dona disponitur.

Additiones.

I. Etiam has pridie, quàm incipiuntur Exercitia, dandas esse Directorium c. 15. n. 8. monet, ubi sequenti numero addit, curandum esse, ut exactè serventur, quia ex ipsis valde pendet fructus spiritualis Exercitiorum. Cur autem S. Ignatius ipsas Additiones vocaverit, non constat; fortè ideo hoc nomine expressit, quia Exercitio trium Potentiarum (in quo norma & modus meditandi reliquas Meditationes continetur) & cæteris quatuor subsequentijs subjunctæ & additæ sunt, velut speciales industriæ ad melius peragenda Exercitia, & ad ea, quæ optantur, inveniendâ perutiles, ut ipse S. Pater in hoc titulo insinuat; unde P. Balthasar Alvarez non solum in Exercitijs, sed etiam totius anni decursu eandem accuratè observari volebat, uti in c. 2. §. 1. vitæ videre est.

II. Prima itaque Additio est, ut ego post cubitum, modico temporis spatio, quo recitaretur semel Angelica Salutatio, cogitem de hora, quâ surgendum mihi erit, & de Exercitio faciendo. Hæc additio, ut per se patet, soli Meditationi, quæ vel media nocte, aut sub auroram instituitur, convenit, juvâtque non modicè ad nocturna somnia mitiganda, si hominem egregiè sobrium & vigilantem talis cogitatio deserat.

III. Secunda, ut expergefactus statim exclusis alijs omnibus cogitationibus, animum ad illud applicem, quod in primo media noctis Exercitio contemplaturus sum; Utque majoris Verecundia & confusionis gratiâ exemplum mihi hujusmodi proponam: Quomodo Miles aliquis staret coram Rege suo & cætu Aulico erubescens, anxius, & confusus, quò in Regem ipsum acceptis ab eo prius beneficijs, donisq; pluri-

*mi ac magnis, graviter deliquisse convictus esset. In se-
do itidem Exercitio reputans, quantum peccaverim,
gam me catenis vinculum esse, ac protinus sistendum esse
summo Iudice, sicut mortis reus quispiam, ferreis liga-
compedibus duci ad tribunal solet. His igitur vel aliis
meditandarum genere cogitationibus imbutus, vestitus
me induam. Etiam hæc additio, ut ipse S. Pater notat,
auat, illi tantum Meditationi, quæ mediâ nocte, vel sub
roram fieri solet, convenit, estque non parum utilis ad
stractiones cavendas, licet rectè aliqui advertunt, non in-
argendam esse, ut etiam aliis aspirationibus sit locus.*

IV. Tertia, *ut à loco futura Meditationis uno
minimo passu adhuc distans, per tantillum tempus, quo per-
ri Oratio Dominica posset, animo sursum elevato, con-
rem Dominum meum IESVM ut presentem, & spectem
quidnam acturus sum, cui reverentiam cum humilitate
exhibere debeam. Quam additionem P. Cecottus sua
momenti esse ait, ideòque magnificam aliquam & am-
de infinita illa Majestate, abjectissimam verò de nobis
nionem formandam suadet.*

V. Quarta est, *ut ipsam aggrediar Contemplationem
nunc prostratus humi, & pronus, aut supinus jacens,
sedens, aut stans, & eo me componens modo, quo sperem
cilius id consequi, quod opto. Vbi adverti duo debent.
mum, quod si flexis genibus, vel in alio quovis situ
pos sim, nil requiram ultra. Secundum, quod in
in quo affectus fuero questam devotionem, conquirit
debeo sine transcurrendi anxietate, donec mihi satisfecit
Quam tamen additionem (saltem quoad prostrationem
templo aut coram aliis nunquam, sed domi duntaxat ob-
vandam, iterum monet S. Ignatius.*

VI. Quinta est, *ut completo Exercitio sedens vel decubans,
bulans, per quartam circiter hora partem, mecum dispo-
am, quoniam modo Meditatio seu Contemplatio mihi satisfecit
serit. Et si quidem malè, inquiram causas cum pariter
ac emendationis proposito; sin verò bene, gratias DEO ag-
eundem postea modum observaturus. Quam additionem
Hugo Rott tanti momenti esse putat, ut sine ea vix que-
quam in arte meditandi progressum facturum putet.*

pitur autem hoc examen triplicem ob finem. 1. Ut noxæ per negligentiam admittæ citius deleantur. 2. Ut major facilitas meditando comparatur, dum causæ erroris cognoscuntur. 3. Ut fragmenta ex spiritali hac refectione colligantur, siue fructus Meditationis annotetur, si occasio id permittat.

VII. Sexta est, ut cogitationes, qua gaudium afferunt, qualis est de gloriosa Christi Resurrectione, subterfugiam, quoniam talis qualibet cogitatio impedit sletum & dolorum de peccatis meis, qui tunc quarendus est, adscitâ potius mortis & judicij recordatione. Ex qua additione patet, quantopere S. Ignatius semper desideraverit, ut prima semper cura de Meditationis felici successu habeatur, atque ad eum obtinendum omnia alia exercitia & industriæ dirigantur, id quod jam olim etiam S. Bernardus ser. ad Fratres de Monte advertit dicens; *Lectiois modum similis Meditatio sequi solet. Lætat lectio, Meditatio pascit, oratio illuminat & confortat. Proponenda igitur lecturo talia sunt, ex quibus semper aliquid occurrat, quod animum excitet ad amorem DEI, & contemptum sui; cætera delectare quidem mentem possunt, sed non adificare, quin potius mentem inficere, & in tempore orationis ac meditationis inutilia quæque & non in menti obijcere.*

VIII. Septima, ut eandem ob causam omni me privem lucis claritate, januis ac fenestris clausis tantisper, dum illis moror, nisi quamdiu legendum aut & descendum erit. Quam tamen additionem in prima tantum hebdomada observari cupit S. Ignatius, nam in secunda hebdomada suadet, ut luce potius vel sereno cælo delectetur is, qui exercetur, quatenus ad Scopum desideratæ rei attingendam conducit.

IX. *Ut à risu, & risibusque provocantibus maxime abstineam.* Cum enim de serio negotio, reformatione scilicet vitæ, agatur, non decet aliquid committere, quod levitatis cujusdam speciem, ut est risus inordinatus, præsefert.

X. Nona, *ut in neminem oculos intendam, nisi salutandi aut & laudandi poscat occasio.* Parum quippe proderit ad collectionem solitudo reliqui corporis; si oculus foris vagetur, animâ meque deprædetur, & abducatur.

XI. De-

XI. Decima, ut aliquam addam satisfactionem penitentiam, qua quidem in exteriorem & interiorem videtur. Interior est dolor de peccatis proprijs cum proprio firmo cavendi tum ab illis, tum ab alijs quibusvis in peccatum. Exterior autem est fructus interioris, videlicet castigatio aliqua de commissis, qua tribus potissimum modis fieri potest. Primo circa victum, subtractis quibuslibet superfluis solum (quod temperantia est, non penitentia) etiam convenientibus alimentis. Et eò fit melius, quod subtrahitur, vitata interim natura corruptione, aut de te gravi vel infirmitate. Secundo circa somnum, moderatum, sublatis non mollibus tantum aut delictiosis sed alijs etiam opportunis, quantum licet, citra vitam letitudinis grave periculum. Quapropter de somno nec nihil demendum est, nisi aliquantisper ad consuetudinem (si cui est nimij somni) moderandam. Tertio circa carnem, ut insilitum sentiat dolorem, admotis, gestatibus cilicijs, funibus, aut vestibus ferreis, vel incussis, verberibus, ac plagis, vel alijs asperitatis generibus assumptis, quibus tamen omnibus magis expedire videtur, ut dolor sensus in carne tantum sit, nec penetret ossa cum infirmitatis periculo. Quare flagellis potissimum utemur ex summis minus, quae exteriores affigunt partes, non autem interiores, ut valetudinem adversam causare possint. Praeterea has poenitentias duo insuper bene advertenda sunt, scilicet mentem S. Ignatij. Primum est, quod triplex earum effectus sit, nimirum ut pro delictis praeteritis non nihil tristat: & ut vincat seipsum homo inferiorem sui partem sensualitas appellatur, Superiori, hoc est, rationi magis insipienti: Ut postremo quaeramus atque impetremus aliquam gratiam divinam donum, quod operamus, puta intimam contritionem cordis de peccatis, & abundantiam lachrymarum vel propter illa, vel propter poenas & dolores Passionis Christi, aut dubij alicujus, quod nos angit, resolutionem. Secundum est, quod cum poenitentias ejusmodi omittamus, ob affectum carnalis, aut erroneum judicium, quasi naturalis infra complexio illas ferre non possit, citra ingens valetudinis detrimentum; & eò contrario justum nonnunquam poenitentiae modum excedamus de corporis robore nimis de-

dentes, sicque optatus doloris vel consolationis affectus per eas quæ sitis non inveniatur, expediat interdum mutare genera pœnitentiæ; sic enim eveniet, ut clementissimus Dominus, qui naturam nostram perfectissimè cognoscit, unicuique id compertum reddat, quod ipsi expedit.

XII. Atque hæc sunt additiones à S. Ignatio præscriptæ, ex quibus ut optatus fructus reportetur, rectè monet idam, examen particulare faciendum esse ad tollendas culpas & negligentias, quæ circa eiusmodi additiones, totaque Exercitia irreperere solent.

Alia tria puncta Sacerdoti specialiter observanda ad felicem Exercitiorum successum consequendum.

I. Etsi annotationes & additiones hæctenus allatæ plurimum conducant ad Exercitia fructuosè obeunda, tria tamen adhuc supersunt, quæ à Sacerdote specialiter cognosci, ac studiosè observari debent.

II. Primum est, ut, quemadmodum alibi jam monui, diligenter attendat, quis specialis fructus ab eo per hæc Exercitia intendi ac quæri debeat, ut eo cognito tantò faciliùs opportuna media ad illum consequendum adhibere possit. Septuplicem ergo fructum ab eo specialiter quærendum ajo, quorum primus est *Cognitio sui ipsius clarior*, sine qua ferè desperanda est posteriorum fructuum consecutio, sed potiùs ipsi accommodari debebit illa Sponsi ad Sponsam Cant. 1. prolata sententia: *Si ignoras te, ô pulcherrima mulierum, egredere, & abi post Vestigia gregum tuorum.* Secundus est *Vocationis sua major cognitio & afirmatio*, ut dignè ambulet vocatione, quâ vocatus est. Tertius *Gratitudo* pro beneficio vocationis, ut jugiter DEVM sibi subvenire faciat per gratiam vocationis collatam, si collatum beneficium semper ante oculos assistat. Quartus *Dolor & confusio* ob negligentiam in implenda vocatione admittam, ut, dum sibi ipsi per talem dolorem stimulos addit, equorum more, celeriori cursu commissum errorem compenset. Quintus *Serium & efficax propositum*, totis viribus ad perfectionem Statui suo propositam contendendi; cum juxta pium Asce-

tam

eam l. 1. c. 19. Secundum propositum nostrum cursus
Deus nostri procedat. Sextus *Dexteritas major* in ordinem
 suis functionibus obeundis; quæ obtinetur per varias con-
 siderationes & reflexiones super successu earundem
 functionum secuto. Septimus est *Zeli inflammatio* tum
 gloriam divinam propagandam, tum ad suam, proximam
 salutem ardentius procurandam; nam hæc proprie esse
 debet, ut cum veritate dicere possit: *In meditatione mea
 ardescet ignis.* Pl. 38.

III. Secundum est, ut planè sibi persuasum habeat
 digere se in hoc negotio Duce ac Præceptore, cujus more
 omni cum sinceritate sequi debeat, idque ob tres præ-
 cæ causas. Primò quia in re tanti momenti, tamque præ-
 negotio, arduoque ac periculoso itinere sine Duce facili-
 ratur, cum præsertim amor proprius varias perturbatio-
 excitet, & Diaboli calliditas nusquam magis al laboret, quæ
 ut animam ad virtutem tendentem dolis circumveniat, quæ
 quia videt sibi prædam penitus eripi, si longiùs eam pro-
 di sinat: tum quia superbissimus Captator valde gloriam
 quem à se deceptum per speciem virtutis ad vitia perducit.
 Secundò quia DEVS omnia suaviter administrat, atque ad
 homines per homines regi cupit, unde, etiam si quis inani
 peritus & spiritualis sit, nihilominus ad hanc submissionem
 DEO exhibendam debet se Ordini divinæ providentiæ,
 proinde etiam homini, à quo DEI loco regatur, subijcere.
 Tertio quia, cum hac persuasione animum imbuerit, hæc
 præstabit cætera, quæ erga hominem illum, à quo est con-
 ceptus, afferre debet, scilicet ut eundem tanquam DEI in-
 strumentum ad hoc sibi missum, ut eum dirigat, & perducat
 per viam, quæ ad vitam ducit, intueatur, idèoque cum omni
 reverentia, alacritate, & confidentia excipiat, quæ ei propo-
 net, & sicut modò genitus infans sine dolo lac concupiscit,
 ut in eo crescat in salutem.

IV. Tertium est, ut non miremur, si brevius nomen
 quam, quàm optabat, puncta Meditationis vel à S. Ignatio
 vel à me proponantur, id enim ea intentione factum est, ut
 ipse aliquid cogitando elicere conetur, sicque gustum
 jucundioris & fructum uberiorem percipiat, nam, ut beatus
 advertit *Cecottus* in suis notis ad *Exercitia*, in hoc secundo

non tam lumen speculativum, & abundantia scientiæ, quàm lumen practicum, quod in sensu rerum, & gustu interiore consistit, quæritur; unde rectè S. Ignatius annot. 2. monet, ut is, qui modum & ordinem meditandi alteri tradit, fideliter quidem narret puncta præcipua Meditationis, sed brevem duntaxat declaratiunculam adjiciat, ut ipsemet postea Exercitans manum admoveat, sicquæ & artem meditandi & cælestes veritates facilius addiscat. Id quod idem Cecottus exemplo Musicæ pulchrè declarat. Sicut enim nunquam quis artem Musicam addisceret, si Magister quamvis egregius semper solus caneret, sed ipsum etiam Discipulum ad vocem flectendam, & exemplum à Magistro datum imitandum hortari debet; ita nec artem & praxin meditandi addiscet, qui puncta, fusiùs ab alijs proposita duntaxat meditari consuevit, & non ipse etiam propriâ consideratione aliquid eruere laborat. Quia tamen interdum aliqui Sacerdotes necdum assueti sunt Meditationi, ideo ut his quoque consularur, viam monstrabo, & quâ ratione puncta Meditationis dividere, sibi quæ applicare debeant, paulò fusiùs ostendam.

EXERCITIA

PRIMÆ HEBDOMADÆ.

UT optatus ex hac hebdomade fructus reportetur, notandum est, duplicem eidem finem præfixum esse, generalem scilicet & specialem. Generalis est, ut cognoscatur, quòd aberraverimus à via ad ultimum finem ducente, dolorumque concipiatur de errore tanto, propositumque hauriatur ad eundem quamprimùm redeundi, & ad finem usque perseverandi. Specialis est purgatio animi perfecta, non à peccatis duntaxat, sed affectibus etiam inordinatis; cum enim juxta S. Thomam 2. 2. q. 81. a. 8. perfectio hominis in duobus capitibus consistat, puritate scilicet, & immobili cum DEO unione; puritas autem in eo consistat, quòd anima nulli alteri rei, quàm DEO adhæreat, meritò in hac hebdomade viæ purgatiivæ respondente laboratur, ut anima non à peccatis duntaxat, sed inordinatis etiam inclinationibus ad res creatas liberetur, atque in hunc finem salutaria media, inter quæ non postrema est Novissimorum memoria adhibeat.

PRIMA

PRIMA DIES.
MEDITATIO I.
DE FINE HOMINIS.

Tessera:

*Notum fac mihi, Domine, finem meum, ut sciam
desit mihi. Psal. 38.*

PRO meliori intellectu hujus Meditationis notandum
eam à S. Ignatio Principium sive Fundamentum
Principium quidem, eò quòd in ea de finis ultimi, ad quod
homo creatus est, cognitione & intentione agatur, hanc
tem intentio in vitæ reformatione sit principium practicum
ex quo tota actionum nostrarum praxis perinde emanat,
ut in speculativis scientijs variæ conclusiones ex universi-
bus principijs deducuntur. Fundamentum verò vocatur
quòd in ea velut basi firmissima totius ædificij spiritus
moles sustentetur. Porro textus hujus principij seu Medi-
tatione à S. Ignatio in libello Exercitiorum propositus
habet.

*Creatus est homo ad hunc finem, ut Dominum Deum
suum laudet, ac reveretur, eiq; serviens tandem sal-
vetur.*

*Reliqua Verò supra terram sita, creata sunt hominibus
causâ, ut eum ad finem creationis suæ prosequendum
vent. Unde sequitur, illis utendum & abstinendum
nus esse, quatenus ad prosecutionem finis & ad conferendum
absunt.*

*Quapropter debemus absque differentia nos habere
res creatas omnes (prout libertati arbitrij nostri sub-
sunt, & non prohibita) ita ut, quod in nobis est, non qua-
mus Sanitatem magis, quam aegritudinem, neque divitias
paupertati, honorem contemptui, & vitam longam breviori
feramus, sed consentaneum est, ex omnibus ea demum
ad finem ducunt, eligere, ac desiderare.*

*Etsi verò hæc tria capita sufficientem cui vis bene dispositi
intellectui materiam suppetere videatur, & ideo S. Pa-*

Nullum certum tempus pro hac Meditatione præscribat, ut tantò diutiùs huic, fundamento intellectus insistere, intimè- que illud penetrare possit; quia tamen aliquibus fortè non sufficiet ad horam etiam unicam insumendam, atque adeò uberiorem illi declarationem, vel applicationem desiderant, placet etiam hanc subijcere.

Punctum I.

Considera 1. Cur homo à DEO creatus sit, quòd videli- ceter esse suum naturale non ideo duntaxat acceperit, ut Au- thori naturæ perinde ut aliæ creaturæ obligatus maneret, sed insuper ex speciali amore & divina Ordinatione ad subli- miorem finem per gratiæ, aliorumque donorum supernatu- ralium communicationem fuerit elevatus, ut scilicet per a- ctus supernaturales ipsum cognoscere & amare, gloriàmque ipsius excellentissimo modo promovere, & augere possit; hoc enim S. Scriptura indicat, dum Gen. 2. hominem ad imagi- nem DEI creatum fuisse dicit, ut videlicet, sicut DEVS se- ipsum perfectissimè cognoscit, & amat, & per hoc infinite beatus est, ita & homo in hac quidem vita per cognitionem Fidei obscuram, & amorem liberum, in altera verò per visio- nem beatificam & amorem perfectum cognoscat ipsum DEVM, & fruatur, sicque in hoc similitudinem & imaginem DEI referat.

Considera 2. Quàm *sublimis* sit iste finis, utpote quo ex- cellior excogitari non potest, cum sicut DEO nil meliùs re- periri valet, ita nec illius possessione quidquam præstantius inveniri queat. Quàm item *jucundus*, eò quòd in summi boni possessione consistat. Quàm denique *facilis* quoad af- fsecutionem; quid enim faciliùs, quàm id velle, ad quod ipsa Natura, Ratio, & summæ felicitatis promissio inclinat?

Considera 3. Quàm magnum tibi à Deobeneficium sit col- latum, dum ex tam magno numero possibilium creaturarù, quas tamen DEVS vidit, perfectiori longè modo servituras sibi fuisse, te elegit, & ad tam excelsum finem creavis, & in- super, ut finem hunc faciliùs consequeris, tam sanum, in- tegrumque corpus, tam capacem intellectum, aliàque dona naturalia, uti & Parentes, ac Pastores Catholicos (quæ omnia non paucis sunt negata) benignissimè communicavit. Quàm

proin grato animo beneficium hoc agnoscere, atque tantum Benefactorem totis viribus laudare, amare, & servire debeas, dicens cum Psalmista Psal. 94. *Venite, adoramus, & proci damus, & ploremus ante Dominum, qui nos* (deprecando culpam, quòd tam negligentem ei servimus) *quia ipse est Dominus DEVS noster, nos autem populus eius.* Colloquium ad SS. Patronos cum congruis affectibus.

Punctum II.

Considera 1. Quòd DEVS non contentus creasse tantum insuper Mundum velut amplissimam & pulcherrimam domum in obsequium tuum creaverit, omnesque in illa existentes creaturas velut instrumenta, quibus ad cultum tuum, perfectiùsque cognoscendum & amandum juvare potestati subjecerit, uti jam pridem S. David agnovit Psal. 8. *Gloria & honore coronasti eum, constituisti eum per opera manuum tuarum: omnia subiecisti sub pedibus eius.* Hinc Hugo Victorinus pulchrè sic Mundum hominum alloquentem introducit: *Vide Homo, dicit Mundus modo amavit te, qui propter te fecit me: Servio tibi factus sum propter te, ut servias illi, qui fecit & me propter te, & te propter se. Si sentis beneficium debitum; si accipis benignitatem, redde charitatem.*

Considera 2. Quàm meritò à te requirat DEVS, uti fidelis servus, & prudens; ut scilicet per prudentiam sequas, quomodo creatura quævis ad finem tibi præfixum sequendum conducatur, & per fidelitatem non aliter eam quàm quatenus eam ad finem conducere cognoveris, adeò verè olim cum Esthere c. 14. dicere queas: *Domine Deus, quòd nunquam letata sit Ancilla tua, ex quo hoc Mundum) translata sum, usque in presentem diem pro te, Domine DEVS Abraham.*

Considera 3. Quomodo tu hactenus fidelis & prudens servi officium impleveris, aut implere certè deinceps saluberrimum S. Francisci Borgiæ consilium sequendum conditas in fratre ducis, & Scalarum tantum ministras hibeas, quibus ad DEVM Architectum universi accessum possis. Colloquium ad B. Virginem.

Punctum III.

Considera 1. Quàm magnum insuper beneficium Deus tibi concesserit, dum te non simpliciter ad gloriam suam, sicut alios homines creavit, sed etiam ad *majorem gloriam* suam in te, & alijs procurandam, ad Sacerdotalem Statum vocare dignatus est, in quo tum per ipsam Statum hujus supremam dignitatem ad majorem perfectionem sectandam, atque adeò finem etiam tuum perfectiùs consequendum incitareris; tum per Sacrificium Missæ velut gratissimum holocaustum, Officiique divini quotidianam recitationem copiosius eum laudare; tum per Sacramentorum administrationem, aliâque Pastoralis curæ ministeria gloriam illius etiam in alijs procurare posses.

Considera 2. Si Servus ad tantò majorem fidelitatem & diligentiam in Domini servitio adhibendâ incitatur, quantò plus se à Domino dilectum & exaltatum, quantòque plura bona ab eodem fidei, curæque commissâ advenit, quàm fideliter tu DEO servire, atque adeò vocationi tuæ satisfacere debeas, qui ab ipso tantopere te amatum, animâque velut pretiosissimum suum thesaurum curæ tuæ, fideique commendatas fuisse agnoscis? an non, quoties ad peccatum, aut inordinatum rei cuiuspiam creatæ amorem alliceris, in illa Josephi Ægyptiaci Patriarchæ verba erumpes: *Ecce Dominus meus, omnibus mihi traditis ignorat, quid habeat in domo sua; nec quidquam est, quod non in mea sit potestate, vel non tradiderit mihi, quo modo ergo possum hoc facere, & peccare in DEVM meum?* Gen. 39.

Considera 3. An & quomodo tu hæctenus fidelitatem istam præstiteris, & præstare deinceps tantò impensius velis, quantò minùs dignum te tam sublimi vocatione fuisse cognoscis. Colloquium ad Christum.

MEDITATIO II.

DE PECCATIS ALIENIS.

Hæc Meditatio à S. Ignatio Exercitium trium potentiarum vocatur, eò quòd in eo velut practico Exemplo ostendatur, quomodo per memoriæ, intellectus, & voluntatis exercitium

citium circa aliquam materiam discurrere, solidamque
 trinam & affectus eruere debeamus; unde hic modus
 ratè perpendendus est, & in reliquis quoque primè he-
 madæ Exercitijs usurpandus. Finis autem hujus Medita-
 nis est cognoscere, quàm graviter DEVS peccata in nobis
 simis Creaturis puniverit, quàmque adeò meritò quisque
 mere debeat, ne, sicut in dignitate longissimè cedit crea-
 ejusmodi, ita multò minus quoque ipsi parsurus sit DE-
 atque adeò alieno malo sapere, ac peccata seriò vitare dicitur.

Textus S. Ignatij.

*Oratio preparatoria est, quâ petimus à Domino gratiam
 ut vires atque operationes nostræ omnes sincerè ad epi-
 scopiam tendant.*

*Primum præludium est, ratio quadam componenda
 Pro qua notandum est, quòd in quavis Meditatione seu
 templatione de re corporea, ut puta de Christo, effingetur
 erit nobis secundùm visionem quandam imaginariam
 corporeus, id, quòd contemplamur, representans, ut
 templum aut domus, in quo reperiamus Christum IESUM
 vel MARIAM Virginem, & cetera, quæ spectant ad Con-
 plationis nostræ argumentum. Sin autem speculationis
 est res incorporea, ut est consideratio peccatorum nunc
 ta, poterit loci constructio talis esse, ut si per imaginatio-
 cernamus animam nostram in corpore isto corruptibilem
 in carcere constrictam; hominem quoque ipsum in hinc
 riâ & alle inter animalia bruta exulantem.*

*Secundum erit præludium, ut à Domino id postule-
 exopto juxta proposita Contemplationis argumentum, ut
 rum si de Christi Resurrectione fuerit meditandum, peti-
 erit latitia, quâ gaudenti Christo congaudeam: sin de pa-
 ne, lacrymas, pœnas, & angores petam ad compatien-
 Christo patienti. In presenti ergo Meditatione pudorem
 fusionemq; mei ipsius deo exposcere, attendens, quàm
 homines ob peccatum mortale vel unicum damnati fuerint.
 Et quòd ego toties damnationem sim commertus. Notandum
 adhuc, quòd omni Meditationi seu Contemplationi præ-
 debent tam Oratio preparatoria, quàm præludia duo, si-
 quæ*

ratio quidem semper fit eodem modo, praeludia vero pro diversitate rerum sunt diversa.

Punctum I.

Primum punctum erit, ut exercentur memoria mea circa primum peccatum omnium, quod fuit ab Angelis commissum, adhibito statim discursu intellectus, atque voluntatis motu, instigante me ad solvenda & intelligenda ea, per qua erubescam, & confundar totus, facta unius tantum peccati Angelorum cum tot meis comparatione. Unde colligere liceat, cum illi ob unum crimen addicti sint inferno, quam sepe ipse supplicium idem meruerim. In memoriam itaque dicimus trahendum esse, quo pacto Angeli creati primum in statu gratia, sed (quod necesse erat ad beatitudinis consummationem) non volentes per arbitrij libertatem, Creatori suo reverentiam & obsequium prestare, at contra eum insolentes conversi fuerint ex gratia in malitiam, & de caelo ad infernum precipitati. Consequenter discurrendum erit per officium intellectus circa hac pensculatijs, nec non concitandis simul voluntatis affectibus, acrius insistentium.

Ut hic discursus tanto fructuosius instituat, proderit 1. dignitatem Angelorum tum ex natura ipsa (quod nempe fuerint purissimi Spiritus) tum ex praestantissimis donis tam naturalibus, quam supernaturalibus, qualia nulli puro homini (excepta forte B. Virgine) sunt communicata, colligere. 2. Pariter Statum miserimum & deformationem, in quem per peccatum unicum dejecti sunt, perpendere. 3. Cogitatione ad nos conversa, naturam nostram cum Angelica, vilitatem nostram cum illorum dignitate, nostram inopiam cum illorum dotibus comparare, & salutarem inde timorem, odiumque peccati concipere erumpendo cum pio Asceta l. 3. de imit. c. 14. in sequentes affectus: *Intonas super me iudicia tua, Domine, & timore ac tremore concutis omnia ossa mea, & exarscescitur anima mea valde. Sto attonitus, & considero, quia cali non sunt mundi in conspectu tuo. Si in Angelis reperisti pravitatem, nec tamen pepercisti, quid fiet de me? ceciderunt stella de caelo, & ego pulvis quid presumo?* Colloquium ad SS. Patronos.

Secundum est punctum, easdem potentias tres, circum-
 catum primorum Parentum (quod secundum appellabimus
 exercere, tractando memoriâ, quam diuturnam ob illius
 nitentiam egerunt: quanta humanum genus corruptum
 vast: quot hominum millia ad inferos deturbata sunt.
 morandum est videlicet, quomodo Adam in Damasco
 campo de limo terra factus, postusq; in terrestri Paradi-
 ſo Eva formata ex una costarum ejus, cum de fructu
 ris scientiâ boni & mali prohibiti essent comedere, & ma-
 minus comedissent, post peccatum subito ejecti sint, Serpente
 pelliceis induti, & originali justitiâ privati, reliquum
 sua tempus, in laboribus & arumnis maximis, pœnitentiam
 traxerint. Super his etiam ratiocinio intellectus, &
 libus voluntatis utendum erit, sicut prius.

In hoc puncto tria iterum præcipue consideranda sunt.
 Status Adami ante peccatum cum eo, quem post peccatum
 sortitus est, comparandus erit. 2. Speciatim perpetu-
 dum erit, quod eadem pœna in omnes Adæ posteros sit
 pagata, ita ut, quidquid ab orbe condito ad hoc usque
 pus homines sunt passi, & in æternum patientur, sint
 scintillæ ab hac prima culpa originali provenientes, &
 næque justitiæ clarissima testimonia; quis enim non gra-
 sime offensum Principem illum crederet, qui ob peccatum
 Rebeli Subdito commissum, universam stirpem pœnitentiam
 gravissimè, & excinderet? 3. Unicum peccatum Adami
 in solo pomi esu prohibito consistens, & ex affectu
 blanditijs cedente factum, de quo tamen statim dolens
 severam pœnitentiam egit, cum nostris innumerabilibus
 deliberata malitia commissis comparare, & inde ex una
 te infinitam DEI benignitatem, dum propter tot peccata
 necdum nos ad infernum deturbavit, agnoscere, & admira-
 ri; ex altera verò salutarem timorem concipere, ne, sicut
 ratione pastoralis curæ susceptæ etiam Pater es Parochian-
 rum tuorum, aut aliorum Subditorum, ita peccatum quod
 tuum in illos, ob pravitatem exempli saltim, redundet,
 que adeo gravius etiam à DEO castigetur.

Punctum III.

Tertium est, ut exerceamur pari modo circa peccatum mortale, & particulare quodlibet (ipsum nos tertium peccatum dicemus, ut à duobus suprapositis distinguatur) considerando, quòd peccato tali vel semel duntaxat commisso, forte detrusi sint multi ad infernum, quòdque praterea prope innumeri ob delicta mea pauciora atq; leviora fortè crucientur aternis pœnis. Vnde memoriâ versandum erit, quanta sit peccati gravitas & malitia, DEVM omnium Conditorem atque Dominum offendentis. Ratiocinandum quoque est, supplicium aeternum peccato justè irrogari, utpote adversus infinitam bonitatem DEI perpetrato. Postremò suscitandi sunt affectus, sicut jam dictum est.

In hoc puncto cum S. Ignatius gravitatem peccati ex dignitate Personæ offensæ ostendat, proderit bene considerare tres titulos, ob quos specialiter DEVS per peccatum offenditur, quorum primus est titulus *Dominij*, quòd scilicet sit Rex Regum, & Dominus Dominantium. Secundus *Conditoris*, ratione cujus plus quam Pater amandus est, cum ipse non corpus duntaxat, sed etiam animam dederit. Tertius *Benefactoris* maximi, specialiter propter factam Redemptionem; ex quibus consideratis facilè gravitas peccati deprehenderetur; si enim in hoc Mundo tam gravia censentur læsæ Majestatis, & parricidij crimina, quàm grave esse debet peccatum in tantum Dominum, Patrem, & Benefactorem commissum, ut non immeritò S. Augustinus dixerit: *Dominæ, qui te non amat, quia creatus est, infernum meruit, qui Verò non amat te, quia redemptus est, meretur, ut novus pro ipso infernus sit.* Unde 2. perpendendum erit, si tam multi propter unicum peccatum grave commissum, mox ad infernum detrusi sunt; quantum tibi beneficium iterum collatum sit à DEO, dum tot, tamque gravia peccata committentem non modò non detrusit ad infernum, sed insuper tam bonam penitentiae occasionem per hæc Exercitia offert, imò ultro ad eandem per tot stimulos invitat; an non vel ex hoc solo capite novum detestandi peccata, & tam bonum Dominum amandi impulsus recipies, & Sacerdotem illum imitaberis, qui, ut in vitis Patrum legitur, cum Filiam

liam Sacerdotis Ethnici deperisset, eamque sibi in Coniugium dari petiisset, & quia Sacerdos Ethnicus ex idoli sui marito sic requisiverat, etiam DEVM, omnisque Caelites adorasset, postea, ubi idolum quoddam Sacerdos Ethnicus, an matrem suam deponere deberet, interrogaverat, respondit: *Non des illi, nec enim DEVS illum adhuc deseruit*: adeo hoc responso compunctus est, ut in amarissimis lacrymas effusus ex illo momento firmissime statueret, Deum qui se tam graviter delinquentem, & abjurantem necesse deseruerat, nunquam amplius derelinquere, idque responsum praestiterit.

Colloquium fiet imaginando IESVM Christum coram adesse in cruce fixum. Itaque exquiram mecum rationem qua Creator ipse infinitus fieri creatura, & ab aeterna vita ad temporariam mortem venire pro peccatis meis dignatus sit. Arguam insuper meipsum percontans, quid habuerim dignum memoratu egerim pro Christo? quid agam tantum aut agere debeam? & in eum intuens sic cruce affixum proloquar, qua suggeret mens & affectus. Porro Colloquium proprium est, ut fiat sicut Amici sermo ad Amicum, sicut ubi ad Dominum, nunc gratia aliquid petendo, nunc culpa aliquam meam incusando, interdum propria, qua communicando, ac petendo consilium super illis, sive auxiliium. Ultimo dicatur Pater noster.

Consideratio.

Prima haec consideratio erit inspectio Status sui; cuius examen instituetur in primis circa peccata & defectus potiores, quibus adhuc obnoxius es, ut deprehensis morbus curam, eorumque radicibus, tanto facilius media adhiberi possint, quae perfecta sanitas obtineri possit.

II. Facto hoc Examine considerari breviter poterit quantum opere Sanitas spiritualis seu liberatio à morbis spiritualibus necessaria sit Sacerdoti curam Animarum gerenti; id ex eo deprehendere facile poteris, quod, sicut Operarii & Artificibus temporalibus quivis morbus, vel etiam capite molestissimus est, quod à sperato lucro & modo de operum ac laborum suorum impediatur, ita Operatio spirituali tanto gravior ac molestior accidere morbus animae

Seu peccatum debeat, quanto graviori à lucro & augmento eundem impedit, videlicet primò à lucro & incremento *glorie divinae*, cujus pars minima omnibus alijs lucris eliam collectivè sumptis præferenda est: dein à lucro *propria salutis & meritorum*, quod itidem pluris, quàm alia lucra omnia temporalia, faciendum, cum nihil profit homini si mundum universum lucretur, animæ verò suæ detrimentum faciat: & tandem *aliena salutis* lucro, quod tanti faciendum est, quanti æstimandæ sunt ipsæ animæ, quæ omnes res alias mundi longissimè antecedunt.

III. Quia verò morbi efficaciter curari non possunt, nisi radix morbi tollatur, idèd hæc specialiter indaganda est, deprehendensque, eam tibi jam pridem à S. Jacobo c. 4. fuisse indicatam, dum dixit: *Vnde bella & lites in vobis? nonne hinc? ex concupiscentijs vestris, qua militant in membris vestris. Vnusquisque enim, ut idem c. 1. ait, tentatur à concupiscentia sua abstractus & illectus; deinde concupiscentia cum conceperit, parit peccatum.* Vide proin cujus rei concupiscentia hætenus in tantum malum te præcipitavit, an honoris, aut voluptatum, aut divitiarum? & quomodo hanc radicem extirpare possis, scilicet eadem fermè ratione, quâ concupiscentiam noxij ejuspiam cibi tollere solemus, ut scilicet, sicut hoc in casu inprimis damna ex cibi talis sumptione oriri solita demonstramus, & postea ad cibum longè meliorem, saniorémque à nobis oblatum comedendum hortamur, ita ad internam quoque concupiscentiam rei hætenus inordinatè concupitæ tollendam, falsitatem bonitatis & damna bene perpendamus, simulque, quàm omnis hæc apparens bonitas infinities perfectius in DEO possideatur, consideremus, illud sap. 13. ad præsentem materiam accommodantes: *Quorum si specie delectati Deos putaverunt, sciant, quanto his Dominator eorum speciosior est; speciei enim Generator hac omnia constituit.* Claudatur hæc consideratio brevi oratiunculâ, quâ & venia præteritorum peccatorum suppliciter petatur, & gratia ad eadem deinceps cum radice extirpanda flagitetur, eundemque in finem etiam SS. Patronorum & B. Virginis patrocinium imploretur.

MEDITATIO III.
DE PECCATIS PROPRIIS.

Finis hujus Meditationis geminus est, nimirum ut & peccatorum nostrorum multitudinem cognoscamus, & eorum gravitatem, ut par est, aestimare discamus. Quem finem tria à S. Patre Ignatio motiva suggeruntur, videlicet scđditas peccati, offendentis vilitas, & offensi dignitas. Ut merito hæc meditatio utilissima & efficacissima judicetur peccata detestanda, utpote quæ continet præcipua merita ad illius horrorem incitantia. Cæterum in ipsis peccatis memorandis rectè monent Ascetæ, ne, in materia præsertim lubrica, personæ in memoriam accersantur, eò quòd amor facile reerudescere soleat.

Textus S. Ignatij.

Preparatoria Oratio eadem, qua supra.

Prius praludium exigit constractionem loci, ut in præcedenti Meditatione.

Posteriori vero fiet, postcendendo id, quod hic quarimus, de peccatis, atque abundantem præsertim.

Punctum I.

Punctum primum sit processus quidam, per quem peccata totius vitæ in memoriam revocantur, percurtis gradatim discussisque annis, & spatiis temporum singulis. Quæ in triplici juvatur compendio, consideratis videlicet locis habitationis nostræ, conversationum modis, & officiorum negotiorum, quibus functi sumus, generibus diversis.

Punctum II.

Secundam est, peccata ipsa perpendere, quanta sit factitas & iniquitas ex natura sua, si vel prohibita non essent.

Hæc scđditas ex tribus capitibus colligi potest. I. Quòd peccatum sit aversio à summo bono, & ultimato suo fine, unde sicut summa cujusque rei perfectio & pulchritudo in eo consistit, quod fini suo conformiter operetur, ita è contrarium si à fine suo aberret, summam scđditatem forticitur, maxime si fini

si finis sit summus, qualis homini præfixus est. II. Quòd sit *conversio ad creaturam*, eamque loco Dei pro ultimo fine constituat; quæ inordinatio meritò fœdissima censeri debet; quis enim non fœdissimum facinus ab eo commissum diceret, qui relictis cibis optimis, ad siliquas porcorum & stercorea comedenda se converteret? aut relictò fonte limpidissimo sitim ex turbidâ, fœtidâque lacunâ aquis levaret? aut amorem à speciosissima Virgine ad leprosam Æthiopissam converteret? Hinc meritò Deus tam patheticis verbis hanc inordinationem & fœditatem describit, dum Jerem. 2. dicit: *Obsupestite calis super hoc. & porta ejus desolamini vehementer, dicit Dominus. Duo enim mala fecit populus meus. Me dereliquerunt: fontem aqua viva, & foderunt sibi cisternas, cisternas dissipatas, quæ continere non valent aqua:* III. Quòd summam gloriam suam, id est, rationis in cæteras potentias & membra imperium abjiciat, & brutorum in morem cupiditatibus serviat, quam fœditatem indicavit S. David ps. 48. dicens: *Homo, cum in honore esset, non intellexit: comparatus est jumentis insipientibus, & similis factus est illis.*

Punctum III.

Tertium est, considerare me ipsum, quisnam aut qualis sim. additis exemplis. quæ me in majorem mei contemptum trahant, ut si mecum reputem, quantulus sim ad hominum omnium cætum comparatus: quid deinde sit multitudo universa mortalium, si cum Angelis, Beatisque omnibus conferatur: post hæc attendendum est, quid rei sit tandem, quidquid est creatum præ ipso creatore. Iam quid homuncio ego unus esse possum? Demum inspiciam corruptionem mei totius; pravitatem animæ, atque corporis fœditatem; ac me tanquam ulcus sive apostemæ esse ducam, ex quo tanta sanies peccatorum, tantaque vitiorum lues efflaxerit.

Juvabit etiam pro hoc puncto in memoriam revocare compendium brevissimum, quo hominis vilitatem S. Bernardus complexus est, dum dixit: *Quid fui homo? Spermæ fœtidum. Quid est? Saccus stercoreum. Quid eris? Cibus Vermium.* An non enim hæc perpendens meritò in illa verba erumpes cum Jobo c. 14. *Et dignum ducis super hujus-*

ccmu.

cemodi aperire oculos tuos, & adducere eum tecum in iudicium?

Punctum IV.

Quartum est, cogitare quid sit Deus, quem ita offendit collectis, comparatisq; perfectionibus attributis Deo, ut proprijs, cum oppositis meis vitijs, summam scilicet ejus puritatem, sapientiam, Bonitatem, & Iustitiam cum extrema mea infirmitate, ignorantia, malitia, & iniquitate.

Pro hoc puncto merito S. Bernardi sententia ob oculum habenda est l. 16. in Cant. sic loquentis: *Pensa cujus sitis vidimus & horrois tuum atque omnium contempsisse Patrem, offendisse Dominum Majestatis. Majestatis est timere. Domini est timeri, atque maximè hujus Majestatis, & hujus Domini. Nam si reum Regia Majestatis, quamvis humana, humanis legibus plecti capite sancitum est, quis contemnentium Omnipotentiam divinam erit? tanquam montes, & fumigant, & tam tremendam Majestatem ad irritare valis pulvisculus, uno levi flatu mox dispergendus? & minimè recolligendus?*

Punctum V.

Quintum, in exclamationem prorumpere ex commotio affectus vehementi, admirando valde, quomodo creaturæ immes (discursu facto per singulas) me sustinuerint tandem & hucusque vivam servaverint: quomodo Angeli divini Iustitia gladium ferentes, equo animo me tulerint, custodierint, suisque etsiam juverint suffragijs: quomodo pro me intercesserint Sancti: quomodo calum, sol, luna, & alia sidera, elementa, cunctaque animantium genera, & terra gemina, debita vindictæ loco mihi servierint: quo demum modo non absorbuerit me dehiscens tellus, & nulla infernalis referans, in quibus perpetuas penas daturus essem.

Nec tamen in hoc loco affectu consistere debet hujus meditationis fructus, sed insuper etiam efficax detestatio peccatorum, & serium propositum cavendum futurum eliciendum est, unde majoris facilitatis causa meditatio hæc in tria puncta dividi posset, & in primo quidem ipsa peccata, ut supra dictum, in memoriam revocari, eorumque multitudo peculiariter perpendi, cui considerationi commo-

de affectus admirationis supra in ultimo puncto propositus subnecti posset. In secundo puncto peccati gravitas ex triplici motivo in tribus intermediis punctis explicato indagari posset, quautopere hæc gravitas augeatur, si à sacerdote ejusmodi peccatum committatur. Primò quidem ratione *dignitatis*; sicut enim macula quævis in Actalica aut alia pretiosa veste multò fœdior censetur, quàm in crassa & rudi materia; ita peccatum quoque tantò fœdus, graviusque reputatur, quò dignior est persona, quæ illud admisit. Secundò ratione *officij*; cum enim ratione muneris sacerdotalis ad majorem sanctitatem, quam alij homines sectari solent, procurandam obligetur, ut dicere possit cum Christo: *Quis arguet me de peccato?* aliòsque tantò liberius, efficaciusque corrigere possit; hoc ipso tantò gravior erit peccati ab eo commissi malitia, quântò major erat obligatio ad eandem devitandam. Tertiò ratione *Beneficij*; cum enim, quò majora & plura quis ab offenso beneficia accepit, tantò major censetur offensa, quàm tantum Benefactorem lædere non horruit, meritò Sacerdotis peccata tantò graviora, fœdioraque æstimari debent, quântò majus est beneficium vocationis ad altissimum Sacerdotij statum. Quartò ratione *advertentia* majoris, cum enim Sacerdos ob scientiam Theologicam magis penetrare, & æstimare peccati malitiam didicerit, hoc ipso tantò culpabilior est, si illam committat, quântò perfectiorem de ea cognitionem hausit. Unde meritò Deus ad Sacerdotem peccatorem illa Psalmistæ pl. 54. verba usurpare potest: *Si inimicus meus mihi maledixisset, sustinuissem utique. Tu vero homo unanims, Dux meus,* (id est, meo loco, ut alios duceres, constitutus) *notus meus* (ob majorem familiaritatem) *qui dulces mecum capiebas cibos* (per quotidianam cibi Eucharistici sumpcionem) quòd tantopere me offenderis, meritò mihi summopere displicet.

Terminanda demum erit hæc meditatio per colloquium, extollendo infinitam Dei misericordiam, gratias pro viribus agendo, quòd vitam ad hunc usque diem prorogaverit: unde proposita in futurum mei emendatione recitabo semel Pater noster.

Materia Lektionis.

Ex libello de imitatione Christi legi potest lib. 4. c. 7.

Ex libro Ascetico, & historico aliquot capita.

Ex libello exercitiorum legi possunt priores Regulae animi motus, quos diversi excitant spiritus, discernendos, boni solum admittantur, & pellantur mali; quae pro tanto consideratius legendae sunt, quanto majorem in Sacerdos notitiam hauriet, non ad se duntaxat, sed aliorum tiam dirigendos, ut ambo observare studeant Apostolicum monitum Joan. 1. c. 4. *Nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus, si ex Deo sint.* Unde pro meliori intellectui harum regularum supponendum est ex communi Asceticarum doctrina, duo esse principia, à quibus animi motus oriuntur, *internum* scilicet, quod est ipsa cujusque hominis natura, cujus motus pulchrè & fusè Thomas Kempensis l. 3. c. 14 explicat; & *externum*, quod iterum in *bonum*, quale est Deus vel Angelus, & in *malum*, quale est diabolus, subdividitur; ad quae proinde discernenda sequentes regulae in compendium brevitatis causâ redactae à S. Ignatio in libello Exercitiorum sunt praescriptae.

Regula I.

Quòd spiritus malus per illecebras carnis objectas, eos qui facile peccant mortaliter, ad nova peccata allicere; bonus verò spiritus conscientiam pungere, & à peccato abstergere solet.

Regula II.

Quod homines perfectionis studiosos malus spiritus per scrupulos, tristitias, aliasque perturbationes à profectu impedire nitatur; bonus verò spiritus per consolationes, meritisque illustrationes roborare, & ad progressum incitare conetur.

Regula III.

Quòd consolatio spiritualis sit lætitia quaedam animæ et amore Creatoris sui exorta, vel certè ad eundem impellens; quæ proin, si etiam in corpus redundet, sensibilis vocatur, sin minus, rationalis appellatur. Etsi verò ejusmodi consolationes per se bonæ sint, & meritò appetendæ, eò quòd, ut P. Petrus Faber dicere solebat, non obscurum sint gratiæ præsentis indicium, efficaciantque, ut anima hoc pabulo roborati

borata impensius se divino servitio mancipet; rectè tamen monent Ascetæ, non esse iisdem nimium innitendum, eò quòd veniant, & vadant. Unde *Serius amator* Christi, ait Thomas Kemp. l. 2. c. 9. *Et studiosus sectator virtutum non currit super consolationes, nec quarritales sensibiles dulcedines, sed magis fortes exercitationes, Et pro Christo duras sustinere labores.*

Regula IV.

Quòd desolatio sit tristitia quædam animi, & obtenebratio torporem in amore & servitio Dei inducens, & ad res terrenas amplectendas instigans. Unde utiles plerumque ejusmodi desolationes esse, unanimiter docent Ascetæ, easque theatrum & arenam virtutis vocant, in quo præclara occasio majoris meriti, victoriæ sui, & amoris erga Deum demonstrandi offertur. Id quòd egregiè more suo Thomas Kempensis l. 2. c. 9. indicavit, dum dixit: *Non est grave, humanum contemnere solatium, cum adest divinum; magnum est, Et valde magnum tam humano, quàm divino posse carere solatio, Et pro honore Dei libenter exilium cordis velle sustinere.*

Regula V.

Quòd tempore desolationis nihil, aut innovandum sit circa propositum animi, aut vitæ statum (intellige, si bonus sit hic status; si enim malus sit, utique ad emendationem impelli debet animus, ut cum Deo in gratiam redeat) Ratio autem hujus Regulæ rectè à S. Ignatio hæc assignatur, quòd tali tempore homo à spiritu malo agitetur, cujus instigatione nunquam rectè aliquid agitur.

Regula VI.

Quòd tempore desolationis adhibenda sint media, quæ contra desolationis impulsum tendunt, qualia sunt oratio, humilitas, patientia, discussio sui, ut si per culpam quandam fortè causam dederit tali desolationi, sublatâ causâ ipse etiam effectus tollatur. Sic Christus in horto orans docuit; sic Joannes Berckmannus Societatis nostræ Scholasticus, qui, cum desolatus erat, animum non demittebat, nec orationes, aliâque pietatis exercitia negligebat, sed ferventer Deum inter-

interpellans, redde mihi, clamabat, lætitiā salutis tuæ
emitte lucem & veritatem tuam. Quod si quis putet, se opor-
re non posse, suadent Ascetæ, ut saltem imitetur Mendicem
ulceribus plenum, qui se in terram abjicit coram Medico,
miseri cordi homine, & licet verbum nullum dicat, oculis
vultu, & ipsis ulceribus perorat.

Regula VII.

Quod, quamdiu desolatio præsens est, cogitandum
nos probationis causâ nobis ipsis relinqui, ut per naturalia
quoque vires insultibus inimici nostri obstetamus. Quod
men Riccius p. 3. tr. 3. c. 8. raro contingere putat, eò quod
non solet Deus imbecilibus humeris tam grave onus im-
ponere. Sed & illud firmiter persuadendum est, non solum
naturalibus viribus in tali casu hominem relinqui, sed verum
etiam gratiam & auxilium divinum adesse, licet ob debili-
tatem fervoris & consolationis non ita sentiatur.

Regula VIII.

Quod ad desolationes, ut par est, sustinendas, singulariter
profit patientiæ studium, & spes securitatis brevi iterum con-
solationis; uti jam olim etiam pius Asceta suavit. l. 2. c. 1.
dicens: *Cum ablata fuerit consolatio, non statim desperare,
sed cum humilitate & patientia expectare caelestem visitationem,
quoniam potens est Deus ampliore tibi redonare consolationem.*
Ibidem non est novum, nec alienum viam Desolationis
pertis, quia in magnis Sanctis: & in antiquis Prophetis
sæpe talis alternationis modus. Hinc Riccius l. c. monet
ejusmodi desolatum, etsi speret redituram consolationem,
sæpe tamen paratum esse debere ad novas desolationes, ut
persuadere sibi debere, plures fore desolationes, quam con-
solationes, eò quod ejusmodi desolationes sint singularia
signa divinæ providentiæ, & maximi erga nos amoris indicia
nostræ humilitatis fomenta, virtutis experimenta, seges ma-
ritorum, & præcipuum adjumentum ad perfectionem.

Regula IX.

Quod tres sint præcipuæ causæ desolationis, nempe
castigetur tepiditas in spiritualibus Exercitijs: ut probetur
homo

homo, num gratis velit servire Deo : & ut agnoscat consolationes, & fervorem devotionis gratuita esse dona Dei, non nostris meritis debita. Unde sæpe citatus pius Asceta l. 2. c. 9. ait: *Cum igitur spiritualis a Deo consolatio datur, cum gratiarum actione accipe eam, sed Dei munus intellige esse, non tuum meritum. Noli extolli, noli nimium gaudere, nec inaniter præsumere, sed esto magis humilior ex dono, cautior quoque & timorator in cunctis actibus tuis: quoniam transibit hora illa, & sequetur tentatio.* Ex his tamen tribus causis posteriores duæ plerumque in ijs duntaxat, qui virtuti impensius student, locum habent, prima verò potissimam causam desolationibus præbet, maximè si ad teporem, uti communiter fieri solet, etiam inordinatus amor ad res aliquas creatas accedat; uti iterum bene advertit Thomas Kempensis, l. 1. c. 21. dum ait: *Quod divinas (consolationes) non habemus, aut rarius sentimus, nos in culpa sumus, quia compunctionem cordis non quarimus, nec sanas & externas omnino abjicimus.*

Regula X.

Quod is, qui consolatione fruitur, prospicere debeat, quomodo gerere se velit, si desolatio succedat, ut ad illam debito modo supportandam præparare se possit; quod consilium jam olim etiam pius Asceta l. 3. c. 7. approbavit dicens: *Consilium bonum est, ut fervoris spiritum concepto, mediteris, quid futurum sit abscedente lumine.*

Regula XI.

Quod affluente consolatione meminisse debeat, quam ignavus sit & pusillanimis desolatione ingruente, ne complacentiam, quæ consolationes plerumque sequitur, admittat, sicque collatum à gratuito donum amittere mereatur; qui enim pacis tempore nimis securus esse voluerit, sæpe tempore belli nimis dejectus & formidolosus reperietur. Ait iterum Thomas Kempensis loco cit. Hinc mox in Persona Dei addit: *Si scires semper humilis & modicus in te permanere, nec non spiritum tuum bene moderari & regere, non incideres tam citò in periculum & offensam.* Sicut autem tempore consolationis animum deprimmere, ita, ubi desolatio

tio ingruit, eundem per spem ad futuram gratiam divinam erigere debet, memor, quod non patiarur tentari Deus hominem supra id, quod potest, sed faciat etiam cum tentatione proventum.

Regula XII.

Quod dæmon consuetudinem imbellis mulieris imitetur, quæ mox abjicit animum, si maritum erecto animo, vultuque advertit obistere; secus, si timidum esse cognoscat. Nempe & dæmon, est leo, si cedas: si stas, ut musca recedit. Hinc S. Jacobus c. 4. hortatur: *Resistite Diabolo, & superet vobis.*

Regula XIII.

Quod idem dæmon vehementer laboret, ne fraudulenter suæ suggestiones Viris spiritualibus detegantur, perinde ut impuri amatores virginem seducere volentes summopere procurant, ne sua consilia parentibus innotescant, quia utique hoc pacto de conatibus suis actum putat. Hinc alijs pudorem ac verecundiam, seu præposteram reverentiam eorum, quibus secreta essent aperienda, alijs suspicionem, diffidentiam & timerem objicit: nonnullos ab alienat ab illis quos deberent consulere, alios vanam sui fiduciam fallit, ut certum estiment hujusmodi detectionem sibi non adeo esse necessariam.

Regula XIV.

Quod idem dæmon iterum imitetur belli ducem, qui in castrum quamquam oppugnaturus, explorat, quænam pars in castrum præ cæteris sit maximè debilis, & ex eo loco arcem oppugnat, ut proin circa illa vitia, in quibus vincendis maxime se adhuc debilem esse advertit, præcipuè vigilanter fortiterque contra insultus Adversarij pugnandum sit.

Materia Scriptionis.

Cum totus hic dies in indagandis proprijs peccatis, eorumque radicibus consumendus sit, atque adeo ad confessionem etiam generalem ab ultima saltem simili confessione etiam præparatio suadeatur, utiliter quoque hodie pro materia scriptionis hæc ipsa peccatorum annotatio cum remedi-

ex meditatione haustus, assumetur, ut vel ex ipsa descriptione peccatorum suorum cumulum clarius cognoscat, atque adeo ad majorem pudorem & dolorem excitetur.

SECUNDA DIES.

Scopus hujus diei est, salutaria media contra peccatum preparare; quia verò inter hæc media non postremum jure merito censetur novissimorum consideratio, uti Deus ipse per Siracidem c. 7. indicavit dicentem: *In omnibus operibus tuis memorare novissima, & in æternum non peccabis.* Et iterum Deut. 32. c. *Vtinam saperent, & intelligerent, & novissima providerent.* hinc post peccatorum considerationem communiter meditationes de prioribus saltem tribus novissimis, utpote quæ magis ad compunctionem & horrorem peccatorum ingenerandum conducere videntur, morte videlicet, judicio, & inferno instituuntur. Etsi verò S. Ignacius nec de morte, nec de judicio ullam meditationem libello exercitiorum inseruerit, expressè tamen post quintum Exercitium monet, si visum fuerit expedire ad profectum eorum, qui exercentur, posse alias meditationes de morte, & judicio adjici.

Thesera.

Esote parati, quia horâ quâ non putatis, Filius hominis veniet. Luc. 12.

MEDITATIO I.

DE MORTE SACERDOTIS

Preludium I. est, proponere sibi ob oculos, hominem in lecto jacentem, & morti vicinum, atque ex una parte quidem Angelum Custodem, ex altera verò cacodæmones adstantes, & animæ egressum sollicitè expectantes.

Preludium II. Est petere à Deo gratiam, quâ & mortis acerbitatem ritè cognoscere, & quænam ad eam sanctè obsequendam præparatio adhibenda sit, ritè cognoscere queas.

Punctum I.

Considera I. tres primarias conditiones mortis, videlicet

cet quòd I. sit certissima quoad substantiam; cum statuta sit omnibus hominibus semel mori, teste Apostolo c. 9. Hebr. & sicut in Adamo omnes peccavimus, ita per peccatum quoque illius mors in omnes transferit. II. Quòd certissima sit quoad circumstantiam temporis, loci, & modum, unde rectè Thomas Kempensis l. 1. c. 23. ait: *Ab stulto quid cogitas, te diu visurum, cum nullum diem habeas securum? quàm multi decepti sunt, & insperatè de corpore extracti? Quoties audisti à dicentibus, quia ille gladio cecidit, ille submersus est, ille ab alto ruens cervicem fregit, ille manducando obrigit, ille ludendo finem fecit. Alii igne, alius ferro, alius peste, alius latrocinio interijt, & omnium finis mors est, & vita hominum tanquam umbra subito pertransit.* III. Acerbissima quoad presentiam quia corpus morbis & doloribus, anima per conscientiam præteritorum, & metu futurorum usque ad eò angustiatum, ut meritò cum S. Davide ps. 17. exclamare possit moribundus; *Circumdederunt me dolores mortis, & torrentes iniquitatis conturbaverunt me; præoccupaverunt me lachrymæ mortis;* nec immeritò aliqui cum Aristotele, mortem omnium terribilium terribilissimum dicant, maximè si equè prius opibus, voluptatibus, honoribus, aut caris hominibus inordinato amore adhæserit, & hæc omnia tunc detestanda esse cognoverit, tunc enim verè implebitur, quæ Siracides c. 41. dixit: *O mors, quàm amara est memoria tui, homini pacem habenti in substantia sua.*

Considera II. Quàm meritò proinde Christus Luc. 12. mortem semper præ oculis habendam, & dignam præparationem suscipiendam hortatus sit dicens: *Estote parati, quæ horâ, quâ non putatis, Filius hominis veniet;* cum plane morte pendeat felix aut infelix æternitas, nullâque sit magna satis securitas, ubi periclitatur æternitas.

Considera III. An & quomodo tu mortem ob oculos habueris, & deinceps habere velis, saluberrimum S. Bernardi consilium med. c. 3. sequens: *Quoniam igitur mors te ubique expectat, tu quoque, si sapiens fueris, ubique eam expectabis;* Sic enim mors ipsa, cum venerit, vincetur, prius, quàm venerit, semper timeatur, ut sapienter S. Gregorius

gorius hom. 33. in Evang. advertit. Colloquium ad SS. Patronos.

Punctum II.

Confidera I. Qualem præparationem ad mortem Christianas suaferit, nimirum ut sint lumbi nostri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus nostris, id est, ut & ab omni rerum terrenarum inordinato usu, atque adeo ab ipso etiam peccato abstineamus, & magno fervore, caritatis opera tam erga Deum, quam erga proximum exerceamus; hoc enim est lumbos præcinctos habere, & lucernas ardentes in manibus tenere.

Confidera II. Quàm solida & apta sit hæc præparatio ad beatam mortem obtinendam, cum mors sit Echo ipsius vitæ, ideoque non possit, teste S. Augustino de doctr. Christ. *male mori, qui bene vixerit*; unde merito Thomas Kempensis l. 1. c. 23. ait: *Quàm felix & prudens, qui talis nunc nititur esse in vita, qualis optat inveniri in morte.* Quis enim in morte non optaret optimè, sanctissimèque vixisse?

Confidera III. Quàm felix ex hoc capite sit Sacerdotum status, ut qui ob dignitatem talis status tam præclaram offerat occasionem, & obligationem tam ad charitatem erga Deum, quam ad charitatem erga proximum exercendam, quàmque adeo sollicitè vocationi suæ satisfacere, nec se tantum prædicto modo ad beatam mortem præparare, sed etiam alios ad eundem finem juvare, sicque moribundis promptè & constanter assistere debeat, ut Deus illi pari mensura remittatur, beatamque mortem perinde concedat, ac alijs ipse procuravit. Colloquium ad B. Virginem rogando, ut, sicut Mater Machabæorum olim septem Filios ad mortem fortiter obeundam animavit, ita ipsa quoque in terribili mortis agone fideliter assistere, atque ad extremam luctam fortiter peragendam animare, & juvare dignetur.

Punctum III.

Confidera I. Quàm pretiosa in conspectu Domini futura sit mors, quàm talis præparatio præcessit; pretiosa planè, inquit D. Bernardus in Epist. *Quia finis laborum, victoria consummatio, vita janua, & perfecta securitatis ingressus.* unde etiam Apocalypsis 14. dicitur: *Beati mortui, qui in*

Domino moriamur. Amodo jam dicit spiritus, ut requiescant à laboribus suis; opera enim illorum sequuntur illi.
 Et verò etiam ipse Christus in Parabola Luc. 12. de seruo vigilante proposita indicavit, dum dixit: *Beatus ille seruo quem, cum venerit Dominus, invenerit vigilantem. Amen dico vobis super omnia bona constituet eum.*

Confidera II. Si tantò jucundior est quies, quantò graviores labores præcesserunt: si tantò gloriosior & jucundior victoria, quantò difficilius certamen præcessit: si tantò nobilior merces amplior, quantò præstantiora obsequia sunt exhibita; quam beata, quam jucunda, quam gloriosa mortis Sacerdotis esse debeat, quam tam laboriosa vita inter præstantissima geminæ caritatis exercitia feliciter exacta: tam multiplex ac difficile certamen tam ante, quam in morte præcessit. An non cum insigni lætitia in illa S. Pauli Tim. 4. verba erumpet: *Bonum certamen certavi, fidem servavi, cursum consummavi; de reliquo reposta est mihi corona justitiæ &c.*

Confidera III. An non hæc ipsa causa sufficiens tibi possit, ut totis viribus deinceps vocationi tuæ satisfacere, omnia boni Sacerdotis officia singulari studio implere coneris, illud Balaami num. 23. usurpans: *Moriatur anima mea morte justorum, (& zelosorum Sacerdotum) & serva novissima mea horum similia.*

Colloquium instituetur ad Christum, rogando illum beatissimam mortem suam, ut & tibi prius gratiam reddere vendi, & postea etiam bene moriendi concedere dignetur.

MEDITATIO II. DE EXTREMO JUDICIO.

Punctum I.

Confidera I. Quòd quatuor præcipuè capita judicium aliquod metuendum faciant, severitas scilicet Judicis, acerrimorumque sententiarum vehementia, adstantium multitudo & auctoritas sententiæ pronuntiatio; quòdque hæc omnia speciali quadam ratione in extremo judicio concurrant. Nam I. Judicium erit severissimum triplici ex capite, nempe quia de omni

verbo & cogitatione, ac opere rationem reddet, & ipsas etiam iustitias iudicabit; deinde quia severissimam poenam exigit, de omni delicto: & tandem quia inflexibilis est, & ut S. Augustinus l. 3. de symb. loquitur, nec gratiâ prævenerit, nec misericordiâ fleat, nec pecuniâ corrumpitur, nec poenitentia mitigatur. II. Accusantes erunt non tantum demones, qui tantò ferocius insultabunt, quantò majori in hominem quemvis odio, invidiaque flagrant; sed etiam SS. Angeli Custodes, imò ipsa propria conscientia, quorum salutaria monita ac stimulos tam imprudenter negleximus, ut verè adeò de his dici nunc queat: *Inimici hominis domestici eius*. III. Adstantes erunt omnes Sancti sed & omnes reliqui homines ad infernum damnati, qui non modò propria sua, sed tua etiam opera, quæ occultissima olim putabas, cognosceat, iustissimumque Dei iudicium approbabit. IV. tandem sententia vel ex eo capite singulariter metuenda erit, quod per eam quisque ad aeternitatem vel felicissimam, vel miserissimam sit damnandus, nec ulla ab ea appellatio, vel mutatio unquam sit speranda, sed, ut Ecclesiastes c. 11. prædicit, *si ceciderit lignum ad Austrum vel Aquilonem, in quocunque loco ceciderit, ibi erit per totam aeternitatem*, ut adeò verè de hoc die dixerit Propheta Joel c. 2. *magnus dies Domini, & terribilis valde, & quis sustinebit eum?*

Confidera II. Si dies hic tam metuendus sit futurus etiam ijs, qui de se ipsis tantum rationem reddere debent, quantopere eum timere debeant Sacerdotes curam animarum gerentes, atque adeò de omnibus istis animabus rationem reddituri? cum unius animæ salus tanti facienda sit, teste S. Chryostomo hom. 3. in c. 1. act. ut nulla ratio possit extimare.

Confidera III. quàm æquum sit, ut deinceps tibi illam Serratoris admonitionem Luc. 21. applices: *Vigilate itaque omni tempore orantes, ut digni habeamini fugere omnia ista, quæ futura sunt*. Vide ergo, quomodo te ad hoc Iudicium præparare debeas, & velis. Colloquium ad SS. Patrones.

Punctum II.

Confidera I. Quæ potissimum media conducant ad leniendum iudicem & favorabilem sententiam obtinendam,

nimirum si bonam causam, bonos Advocatos, & amicum
Judicem habeat.

Considera II. quæ sit bona causa respectu supremi Judi-
cij, si videlicet aut nulla culpa commissa sit, aut certe per de-
bitam pœnitentiam deleta; cum Deus judicare non solet
illos, qui seipsos in hac vita per pœnitentiam dijudicare so-
lent, uti S. Paulus 1. Cor. 11. dixit. Quinam item optime
Advocati, nempe B. Virgo, aliisque Cœlites, quos pio & con-
stanti cultu, aliisque obsequijs demereri nobis studuimus.
Quæ denique amicitia Judicem lenire maximè soleat, si vi-
delicet nostrum erga ipsum amorem tum per varias tribula-
tiones pro & cum ipso toleratas, tum per varia opera chari-
tatis & misericordiæ proximo exhibita ostenderit; sic enim
quoad primum amicitia indicium testatus est Thomas
Kemp. l. 2. c. 12. dum dixit: *Hoc signum crucis erit in celo,
cum Dominus ad judicandum venerit. Tunc omnes servi
crucis, qui se crucifixo conformaverunt in vita, accedent
ad Christum Judicem cum magna fiducia.* Quoad alterum
verò indicium id satis clarè Christus ipse confirmavit,
dum Matt. 24. dixit, se idè electos ad beatitudinis regnum
vocaturum, eò quòd misericordiæ opera erga alios
exercuerint, ipse autem, quod Uni ex minimis suis præstitum
fuit, sibi factum reputet.

Considera III. Quàm vel ex hoc etiam capite Sacerdotum
status felicissimus sit judicandus, quòd tam præclarum
habeat occasionem & sanctius vivendi, & cœlites, quorum
laudes & honorem varijs modis celebrare & promovere so-
let, sibi demerendi, & opera misericordiæ non solum corporalia,
sed etiam spiritualia utpote longè præstantiora excelen-
dendi. Vide proin, quomodo hæc media hæcenus usurpantur
& usurpare deinceps velis. Colloquium ad B. Virginem.

Punctum III.

Considera I. Quanta gloria & honor Sanctis sit obre-
turus ex eo, quòd tota eorum vita inter tam præclaras
victorias, aliæque præstantia facinora transacta omnibus
hominibus & Angelis manifestabitur: quando stabunt
magna constantia adversus eos, qui se angustiaverunt,
qui abstulerunt labores eorum. Et hi ipsi videntes tam
bitam

bitam mutationem turbabuntur timore horribili in subita-
tione in sperata salutis, dicentes intra se, pœnitentiam (sed
seram, & infructuosam) agentes, & præ angustia Spiritus
gementes: Hi sunt, quos aliquando habuimus in derisum, &
in similitudinem improprij, nos insensati vitam illorum æ-
stimabamus insaniam, & finem illorum sine honore, ecce
quomodo computari sunt inter Filios DEI, & inter Sanctos
fors illorum est. Sap. 5.

Considera II. Si Homines tanta agunt, & patiuntur in hoc
Mundo, ut gloriam falsam, vanam, & brevem apud paucos
homines, ad quos fama facti perventura est, sibi comparent,
quid te facere oporteat, ut gloriam veram & immortalem,
apud DEVM & Angelos, ac Homines omnes obtinendam
prometearis.

Considera III. Cùm Sacerdotalis Status sicut dignitate &
officio longè Statibus alijs præcellit, ita opera quoque longè
præstantiora excrcendi occasionem multò crebriorem offe-
rat, quanto opere tu iterum ob vocationem ad hunc Statum
gaudere, DEO gratias agere, atque ut Sacerdotum optimo-
rum gloriosum exitum considerans, vestigiis eorundem acrite
institas, in illa Josephi & Azariæ Machabæorum l. 1. c. 5.
verba erumpere debeas: *Faciamus & nos nobis nomen, &
eamus pugnare adversus Gentes, quæ in circuitu nostro sunt,*
gloriamque DEI, & nostram, aliorumque salutem impedire
moliuntur.

Colloquium ad Christum illa Ecclesiæ verba cum affectu
singulari usurpando: *Iuste Iudex ultionis, donum fac remis-
sionis ante diem rationis. Ingemisco tanquam reus, culpâ
robor Cultus meus, Supplicanti parce DEVS. Recordare
IESV pie, quod sum causa tua & cæca, ne me perdas illa die.
Quærens me sedisti lassus, redemisti crucem passus, tantus
labor non sit cassus.*

Consideratio.

De Linguae Custodia.

In hac consideratione, quæ ideo hîc præscribitur, quod
experientiâ constat, nullo ferè membro frequentius & gra-
vius delinquere Sacerdotes quàm lingua, cùm tamen ut in-
fîa mox dicitur, illi præ alijs in lingua custodia seu arte lo-
quendi

quendi excellere deberent, tria præcipuè perpendenda sunt. Primò in quibus præcipuè capitibus linguæ custodia consistat, videlicet in sequentibus tribus. 1. Ut *consideratè loquaris*; quem in finem aliqui suadent, ut os perinde ut loculos pecuniâ plenos aperiamus, atque adeò, sicut antè, quæ pecuniam ex loculis promamus, priùs, an necessitas, utilitas aut charitas id exigant, perpendimus, ita id ipsum antè, quæ os referemus, consideremus; unde sicut Religiosus quidam *ne temerè è cella exiret, ostio cellæ hæc tria verba: Necessitas, Utilitas, Charitas*: inscripsit, ut hac ratione semper meminisset, quæ causa ad cellam deserendam impellere deberet. ita Sacerdos quoque eadem tria verba ori suo quasi inscripta imaginari, per eaque ad consideratè loquendum impellere se debet. 2. Eadem ars loquendi requirit, ut *gravisè loquaris*, id est, ut ab omni verbo vano, levi, minùs honorifico & ædificatorio studiosè abstineas; nam, ut sapienter advertebat Hugo l. 2. de anima, *Vanus sermo Vana conscientia est in dextera, mores hominis lingua pandit; qualis sermo ostendit talis animus approbatur, quoniam ex abundantia cordis loquitur*. Nimirum sicut, si dolium vini percussum, altè resonet, signum est, parùm aut nihil vini in eo contineri, ita Sacerdos in levia & vana verba prorumpere solitus clarè indicium præbet, parùm se de virtute ac perfectione posse habere, atque adeò autoritatem suam, famamque non modicè imminuit. 3. Ut *charitatè loquaris*, atque adeò, nec alios tecum & de te loqui optares, ita & tu cum & de aliquo nimitum mansuetè, & honorificè, sermonem misceas, quæ in finem cavendum erit, ut neque divinum Numen blasphemijs aut juramentis illicitis, neque Proximum convitijs, detractionibus, murmurationibus, mordacibusve, aut asperis verbis lædas, memor semper sapientissimi moniti à Tobie Seniore Filio dati c. 4. *Quod ab alio oderis fieri, Vide, ne quando alteri facias*.

Secundò perpendendum est, quare Sacerdos specialitè linguam diligenter custodire, artémque loquendi studiose addiscere debeat, nempe quia hoc ipso, quòd Sacerdotij Ordinem & curam pastoralem susceperit, etiam obligationem offerendi Sacrificij, Officij divini recitandi, Verbi divini prædicandi, & Sacramenta administrandi suscepit, quæ

omnia munera cum per linguam velut primarium membrum
 peragantur, an non merito dici potest, illius linguam spe-
 cialiter DEO consecratam, atque adeo indecens esse, ut ad
 profana & mala verba adhibeatur. Id quod bene S. Bernar-
 dus agnovit, dum sequentem notatu sane dignissimam sen-
 tentiam pronuntiavit: *Inter saculares nuga, nuga sunt: in-
 ter Sacerdotes blasphemia. Consecrasti os tuum Evangelio,
 talibus jam aperire illicitum, assuescere sacrilegum.* Sa-
 cerdotibus ergo præ omnibus alijs illud Eph. 4. observan-
 dum est: *Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat, sed
 si quis bonus ad adificationem, ut det gratiam audientibus.*
 Atque adeo vera manet S. Jacobi c. 1. sententia: *Si quis pu-
 tat se Religiosum (& Sacerdotem) esse, non refranans lin-
 guam suam, hujus vana est religio.*

Tertio tandem perpendendum erit, quodnam sit Medium
 ad artem hanc addiscendam. Unum vel alterum suggero.
 Primum est, Spiritum sanctum in Magistrum eligere, ejus-
 que gratiam frequenter, sed tum maximè, cum loquendum
 est, per breve suspirium invocare. Quàm bene namque, &
 quàm celeriter hanc artem doceat, S. Lucas Act. 2. indicavit
 dicens: *Repleti sunt omnes Spiritu sancto, & cœperunt lo-
 qui.* Quàm necessarium verò sit hoc medium, ipse jam olim
 Salomon Prov. 16. ostendit dicens: *Hominis est animam
 preparare, & Domini gubernare linguam,* utpote quam, te-
 ste S. Jacobo c. 3. nullus hominum domare potest; atque ad-
 eò ad DEVM confugiendum est, qui domet illam, ut rectè
 S. Augustinus concludit. Secundum est *Silentij accurata
 observatio;* hinc enim duo habentur commoda, nempe ut,
 dum alios libentiùs audimus, artem rectè loquendi ab ipsis
 addiscamus; & dum veloces ad loquendum non sumus, spa-
 tium considerandi verba habeamus, sicque tam facile non
 delinquamus. Hoc remedium jam olim piissimus Asceta l. 1.
 c. 2. docuit dicens: *Nemo securè loquitur, nisi qui libenter
 tacet; in multiloquio namque non deerit peccatum,* teste
 Salomone Prov. 10. Tertium esse potest *fervoris in divi-
 no servitio augmentum;* cum enim causa potissima, cur tam
 libenter loquamur, teste eodem Asceta l. 1. c. 10. sit ista,
 quòd, cum per amorem DEO minùs perfectè adhæreamus,
 per mutuas locutiones invicem consolari quæramus, & cor
 diver-

diversis cogitationibus fatigatum relevare optemus, ceterum hæc seu radix per fervorem talem penitus tollitur; tunc enim sicut cor DEO, & divinis rebus plenum erit, atque in ipsius solis consolationem suam quærit, & quiescit, ita quoque abundantia hæc cordis non nisi divina loqui discet. Unde et sic cit. Author dixit: *Malus usus & negligentia cordis nostri multum facit ad incustodiam oris nostri.*

MEDITATIO III.

IN INFERNŌ.

Textus S. Ignatij.

Prælude primum hic habet compositionem loci, scilicet præ oculis imaginationis, inferni longitudine, latitudine, & profunditate.

Prælude secundum consistit in poscenda intima partium, quas damnati luunt, apprehensione, ut, si quando me ceperit amoris divini oblivio, saltem à peccatis supplicij timor coërceat.

Punctum I. Est spectare per imaginationem casta inferorum incendia, & animas ignes quibusdam corporibus velut ergastulis inclusas.

Punctum II. Audire imaginariè planctus, ejulatus, & miserationes, atque blasphemias in Christum, & Sanctum ejus, illinc erumpentes.

Punctum III. Imaginario etiam olfactu fumum, sulphur, & sentina cujusdam seu facis atque putredinis gravæ lentiam persentire.

Punctum IV. Gustare similiter res amarissimas, ut lacrymas, rancorem, conscientiaque vermem.

Punctum V. Tangere quodammodo ignes illos, quorum tactu anima ipsa amburuntur.

Colloquendo interim cum Christo, in memoriam adducenda erunt illorum anima, qui ad inferni penas damnati sunt, & quia credere noluerunt adventum Christi; & licet crederent, non tamen conformem præceptis ejus vitam exegerunt, idque & ante adventum Christi, & eodem tempore, quo & vixit Christus in hoc Mundo, & post illud deinceps. Gratia postremò agenda sunt eidem Christo quam maxime

quod in tale quodpiam exitium non permiserit me corrüere, sed potius ad hanc usque diem summa pietate ac misericordiam prosecutus sit. Finis imponetur dicto Pater noster.

Circa hanc Meditationem duo obiter sunt notanda. Primum est, quod S. Ignacius infernum hic proposuerit secundum illam constitutionem, quam post diem iudicij fortiter procedit enim per pœnas sensuum corporeorum, ex quibus in pœnas animæ commodius descendere licebit.

Alterum est, eundem S. Patrem in hoc Exercitio specialem quendam modum meditandi, qui *applicatio sensuum* vocatur, adhibuisse, qui modus in eo consistit, ut propositâ certâ quâpiam materiâ, imaginemur nos oculis videre Personas, de quibus agitur, & notatis, quæ circa eas occurrunt, circumstantijs utilitatem aliquam elicere: deinde audire, quid loquantur, aut loqui eas deceat: postea interiore quodam gustu & olfactu sentire, quæ sit suavitas vel fœtor illarum Personarum: & tandem per internum tactum atrectare, & vel venerari, vel detestari loca, vestigia, aliâque ad tales Personas spectantia, omnia in usum nostrum & utilitatem trahendo, ut ipse S. Pater in alia materia, nempe in quinta Contemplatione secundæ hebdomadæ ostendit.

Et si verò hæc Meditatio copiosam suggereret meditandi materiam, quia tamen unam duntaxat pœnam, sensus videlicet, continet, ideo ut Sacerdos totam Inferni constitutionem clarius cognoscat, sibi que applicare sciat, poterit sequentia tria puncta considerare.

Punctum I.

Considera 1. Quid propriè sit Infernus, videlicet locus, in quo damnati debitas scelerum suorum pœnas luunt, & in quo est *omnis mali presentia, omnis boni absentia, omnis pœna indefinita*, quibus tribus versiculis breviter simul, & sufficienter tota Inferni constitutio explicatur, ut consideranti patebit.

Considera 2. Quàm gravia sint mala, quæ in Inferno damnati patiuntur, videlicet talia, quibus omnia tormenta & dolores, quos omnes homines collectivè accepti passi sunt, aut patientur in hoc Mundo comparati, merissima refrige-

frigeria ceneri debeant; de quibus jure dici possit, quòd ne oculus ea viderit, nec auris audiverit, nec in cor hominis accenderint, unde meritò Hugo l. 4. de anima dixit, Infernum esse lacum sine mensura profundum sine fundo, plenum ardore incomparabili, plenum fœtore intolerabili, plenum dolore innumerabili, ubi miseria, tenebræ, ordo nullus, horror æternus, nulla spes boni, nulla mali desperatio. Et verò ob hoc sit intolerabilis gehenna, tamen si mille, inquit S. Chrysostomus, gehennæ fingantur, nihil erunt in comparatione pœnæ, quæ omnis boni absentiam affert, & damnatos à visione beatificæ Deitatis arcet; si enim Anna Tebia Vxor absentiam Filij irremediabilibus lacrymis deplorabat dicens: *Heu, heu me, Fili mi, ut quid te misimus peregrinari, lumen oculorum nostrorum, baculum senectutis nostræ, solatium Vita nostræ, spem posteritatis nostræ. Omnia simul in te uno habentes, te non debuimus dimittere à nobis.* Quanto magis damnati irremediabilibus lacrymis absentiam perpetuam summi boni deplorabunt. Verùm & hæc pœna, licet maxima, tolerabilis adhuc foret, si non tertio scilicet indefinita & æternitas accederet; cum enim omnium malorum levamen sit spes finis secuturi, hæc proleto sublatâ tantò magis aggravari necesse est malum, quanto certius est, nunquam desitutum, uti in pœnis damnatorum certissimum est; nam ut rectè S. Gregorius in moral. dicitur *ad districti Iudicis justitiam pertinet, ut nunquam careat supplicio, quorum mens in hac Vita nunquam soluitur peccato; Et ut nullus detur iniquo terminus ultionis, quia quoadmodum saluit, habere noluit terminum criminis.*

Considera 3. Quàm graves tibi jure meritò hæc consideratio stimulos addere debeat, ut non ipse modò has pœnas studiosè devites, sed etiam, ne animæ tuæ curæ committantur aliæque in easdem pœnas veniant, sedulo cooperandi; si enim dives Epulo tam sollicitus fuit, ne Fratres sui carnales sui in hunc locum venirent, quanto magis tu sollicitus esse debebis, ut Fratres tui spirituales, quorum cognatio longè præstantior est, in pœnas has intolerabiles inant. Colloquium ad SS. Patronos.

Punctum II.

Confidera 1. Quàm magnum beneficium tibi à DEO colatum sit, dum, postquam toties hæctenus Infernum meritus fuisses, non modò ad Inferos non detrufit, sed tempus adhuc pœnitentiæ tam benignè concessit. Ut verò hujus beneficij magnitudinem melius agnoscas, finge hominem quempiam ob graviffima scelera morti crudeliffimæ adjudicatum, quovis momento destinatum supplicium expectare; ad hunc verò subitò famulum à Rege mitti, qui nuntiet, Regem illius misericordiâ tactum, paratum esse omnem pœnam ei remittere, si veniam delicti pœnitens petat, & loco acerbiffimæ mortis unicum colaphum patienter sustineat; quin imò si hoc fecerit, omnia ei bona ablata restituenda, aliâque plura conferenda, ac denique in Filium adoptivum & Hæredem Regni assumptum iri; quo gaudio putas hunc Nuntium à captivo tali acceptum iri? quantâ alacritate colaphum accepturum? quàm grato animo beneficium hoc agniturum? quanto amore in Regem talem exarsurû? quàm sedulò cauturum, ne tantum Benefactorem unquam ampliùs offenderet?

Confidera 2. An non eadem tibi gratia modo tantò perfectiori à DEO facta sit, quantò gravius erat supplicium ad quod ob peccatum mortale fueras destinatus; & quantò præstantiora sunt bona, quæ tibi sunt restituta, vel de novo collata; & quantò nobilior est regnum, cujus possessio tibi promissa est: & quantò sæpius denique post repetitos lapsus iterum in gratiam susceptus es.

Confidera 3. Quàm æquum proinde sit, ut & tu beneficium tale animo gratiffimo agnoscas, in Benefactorem singulari amore exardescas, nunquam deinceps ampliùs offendas, & omnes adversitates, in quas æternam pœnam commutavit, magna cum patientia, gaudiòque sustineas. Colloquium ad B. Virginem.

Punctum III.

Confidera 1. Quæ remedia adhibere debeas ad Inferni pœnas devitandas. An non sequentia tria placebunt. 1. *Voluntatis propria abnegatio*: hoc enim medium velut optimum S. Bernardus ser. 3. de Resurr. suavitè dicens: *Cesset voluntas*

luntas propria, & infernus non erit. In quem enim deliviet ignis ille, nisi in propriam voluntatem? 2. Recordatio crebra gehenna: sic enim, ut Psalmista Psal. 76. ait, descendens in Infernum vivens, ne mortuus descendere cogatur non enim sinit in gehennam incidere gehenna recordatur, sic S. Joanne Chrysoftomo. 3. Zelus animarum: cum enim hoc opus sit præstantissimum genus Misericordie Eleemosynæ, de illa meritò verificatur, quod Tobias c. pronuntiavit: Eleemosyna à peccato, & à morte liberat, non patietur animam ire in tenebras. Cum enim per illum hunc tot animas à gehenna liberare studeas, & alius Christus, quod uni ex minimis factum est, sibi factum ceperet, æquum sanè est, ut, quod beneficium sibi toties exhibitum censet Christus, hoc etiam vicissim exhibeat, ut, quod mensurâ mensi fuerimus, eadem remetiatur iterum, ut quod olim Luc. 6. promisit. Hinc S. Jacobus c. 5. dixit: Qui se verti fecerit peccatorem ab errore suo, salvabit animam suam à morte, & operiet multitudinem peccatorum.

Considera 2. Quàm apta & efficacia sint hæc media optatum finem liberationis à gehenna obtinendum, quæque adeò vel hoc titulo iterum in animarum salutem incutere studiosè debeas, maximè cum ipse Christus S. Carthaginiensis Senensi Dial. c. 29. dixerit: Ego vos affectuosè deprecor, assidue me rogetis pro salute peccatorum, quorum à Sobrietate sudores atque lacrymosas orationes, ut eis impendam, opto, misericordiam gratiosam.

Considera 3. Quomodo hæc media hæctenus adhibueris & adhibere deinceps velis. Colloquium ad Christum, supra.

Materia Læctionis.

Ex libello de Imitatione Christi l. 1. c. 21.

Ex libro ordinario, quantum tempus, & occupationum aliæ patiuntur.

Ex libello Exercitiorum ea, quæ S. Ignatius de utroque Examine Conscientiæ, generali scilicet & partiali scripsit reliquit, & statim Fundamento subjunxit, ut indicaret, cuius qui exercetur, maturè circa hæc bina Examina instruendus atque ut ea velut præcipua media ad purgationem animæ studio

frigidose usurpet, serio admonendum esse. Ut autem ea, quæ ibi dicuntur, melius intelligantur, hæc, quæ subijcio breviter notanda sunt.

Primo per Conscientiam hoc loco nihil aliud intelligi, quam dictamen & iudicium intellectus, quo aliquid bene vel male factum esse iudicamus. Hinc cum hoc dictamen nos male fecisse dicat, Conscientia nos reprehendere dicitur: cum imperatum quid esse dicat, ligare: cum scrupulum commissi peccati ingerit, remordere: cum denique nihil nos peccasse iudicat, absolvere censetur.

Secundo notandum, hanc Conscientiam tunc examinari censeo, quando per intellectum & memoriam super actiones à nobis perpetratas, itémque super verba & cogitationes nostras non nudè duntaxat nos reflectimus, sed insuper etiam errores, quos à nobis commissos fuisse deprehendimus, detestamur, propositumque firmum concipimus deinceps sedulo eisdem devitandi, & corrigendi. Unde merito Examen hoc iudicio simile dicitur, in quo nos ipsos coram DEO diiudicamus, ut in altera vita ab eodem ampliùs non iudicemur, quoad culpam intellige. Hinc rectè S. Augustinus in l. de utilit. agenda pœnit. monet: *In tribunal mentis tuæ ascende, & reum te constitue ante te. Noli te ponere post te, ne DEVS ponat te ante te.*

Tertiò notandum duplex ejusmodi Examen à S. Ignatio hic prescribi, *generale* scilicet, quod ad omnium delictorum purgationem adhibetur; & *particulare*, quod ad singularis alicujus delicti emendationem instituitur; quæ utraque, quanti æstimanda, & quomodo facienda sint, supra in primæ partis primo capite fusiùs ostensum est, quæ proinde hodie utiliter legi possunt.

Materia Scriptionis.

Materiam Scriptioni hoc die accepta à divina bonitate beneficia dabunt, quæ quidem ut sedulo annotentur, & suo tempore relegantur, sequentes quatuor rationes persuadere possunt. 1. Quòd talis annotatio ad negotiationem spirituales vel maximè pertineat; ut enim Mercatores, ut faciliùs lucrum vel damnum suæ negotiationis faciliùs cognoscant, non tantùm expensum, sed etiam acceptum diligenter
Instru. VIII. I. 107

ter annotant, ita eandem industriam à Negotiatore quoque
 spirituali adhiberi convenit. 2. Quòd eadem annotatio
 gratias DEO pro tot beneficiis frequentet & ferventer age-
 das vehementer impellat, & hoc ipso ad plura beneficia in-
 petrandi disponat; cum, ut Cassiodorus epist. 4. rectè adve-
 tit, *invitet ad magna, qui gratanter suscipit modica, &*
spem de futuris recipiat, qui transacta beneficia recognoscit.
 Ideò certè non possunt in nobis dona gratiæ fluere, quia
 grati sumus Authori, nec totum refundimus fontali origi-
 nem. semper enim debetur gratia dignè gratias agentis, teste Tho-
 ma Kemp. 1. 2. c. 10. 3. Quia Charitas etiam erga Deum
 non modicè inflammatur per ejusmodi memoriam, cum ni-
 hil æquè alliciat ad amorem, quàm amor, amor autem ni-
 lo magis judicio, quàm operibus & beneficiis demonstratur.
 Hinc exclamare cum S. Bernardo cogitur, qui tam multa
 beneficia, imò innumera beneficia se accepisse agnoscit. *Am-
 charitas, amat immensitas, & nos rependimus cum memo-
 ra?* 4. Quòd fiducia quoque non postremum animæ Deo
 servire volentis bonum per ejusmodi beneficia sæpius in me-
 moriam vocata tanquam vivos carbones mirum quantum
 accenditur, cum per talia beneficia DEVS agro fertili, sicut
 lis esse cognoscatur, cui tantò libentiùs semina nostra com-
 mittimus, quantò liberaliùs eadem nobis cum scœnore ab eo
 lo restitui advertimus. Proderit ergo, Catalogum beneficiorum
 ejusmodi beneficiorum, specialium maximè, conficere, cuius
 sæpiùs per annum relegere, ut suprà indicati quatuor
 ctus obtineantur. In quo tamen Catalogo non tantum pro-
 spera, sed etiam adversa notanda sunt, cum & hæc memora-
 inter beneficia numerentur, ut bene S. Chrysostomus tract. 1.
 Symb. advertit dicens: *Admoneo vos, ut Dominum semper
 benedicatis. Si venerint mala, benedicite, & dissolvantur
 mala. Si prospera venerint, benedicite, & perseverabunt
 bona.* Poterit autem talis Catalogus hoc vel simili modo
 confici.

Catalogus Beneficiorum specialium à DEO
 acceptorum.

Hoc anno, mense, die (singula distinctè explicari con-
 nit) ex singulari bonitate & providentia DEI, à Parentibus

Christianis natus, in hunc Mundum cum integris membris
& corpore prodij, & salutari sacri baptisimatis undâ feliciter
obitus, S. Angelum Vitæ meæ Custodem, & hos Sanctos
(secundum nomen, quod geris) Patronos accepi; multis
item à DEO tam supernaturalibus gratiæ & virtutum, quàm
naturalibus ingenij & aliorum talentorum donis sum dona-
tus. Ob quæ proinde benedicam Dominum omni tempore,
semper laus ejus in ore meo.

Hoc die, mense, anno, Sacrosancti Chrismatis Sacramen-
to initiatus, militiæque Christianæ adscriptus sum. Hinc
exclamabo cum Davide Psal. 22. *Dominus protector vitæ*
(& fidei) *mea, à quo trepidabo. Si consistant adversum me*
castra, non timebit cor meum.

Hoc anno ad literas, & artes liberales addiscendas, bene-
ficio innumeris non concessio applicatus, fundamenta pro Sa-
cerdotali Statu jacere cœpi. Quare iterum exclamo cum Da-
vide Psal. 70. *DEVS docuisti me à juventute mea: Et usque*
in senectutem pronuntiabo mirabilia tua.

Hoc anno, mense, die in Congregationem B. Virginis
Annunciatae susceptus, non modicum ad virtutem plantan-
dam adjumentum, & stimulos accepi. O utinam, Christe,
sicut tradidisti tu Matrem tuam mihi dicens: *Ecce Mater*
tua: ita ego eandem revererer, & colerem, ut jure de me
quoque dici posset: *Et accepit eam ex illa hora in suam.*

Hoc anno primos ad Sacerdotalem Statum stimulos sen-
tiens, eisdem acrius quotidie stimulantibus, cum Confessa-
rio de Vocatione agere cœpi, & post seriam deliberationem,
eandem cum consilio dicti Confessarij amplecti statui. O
Domine, quid est homo, quod memor es ejus? aut Filius ho-
minum, quia innotuisti ei?

Hoc anno post multas difficultates ad ipsam Presbyteria-
tus dignitatem promotus sum: *Propterea, o Domine, solun-*
tate sacrificabo tibi, Et confitebor nomini tuo, quoniam bo-
num est.

Hoc anno ad Beneficium Ecclesiæ N. assumptus, curam
Animarum suscepi. O utinam tecum, O Christe, dicere pos-
sim: *Pater Sancte, quos dedisti mihi, custodivi, Et nemo ex*
eis perijt.

Hoc anno sat gravi morbo benignissimè à DEO visita-
tus,

tus, post sex vel septem hebdomades feliciter iterum eodem liberatus sum. *Ideo omnia membra mea confitemini meo Domino, quoniam bonus, quoniam in seculum misericors est eius.*

Hoc anno grave per grandinem damnum in frugibus passus sum; sed si bona à Domino recipimus, mala quatenus pari patientia sustineamus; *Sicut Domino placuit, ita etiam factum est. Sit nomen Domini benedictum.*

Hoc anno graves ab Inimicis meis persecutiones sustinui, graviterque ab iisdem, licet falsò accusatus sum. Sed in omnia mea, DEI providentiæ, & suæ innocentiae confisa, non passer erepta est de laqueo venantium, laqueus contentus & nos liberati sumus. Simili ergo modo vel breviori quoque beneficia annotari poterunt.

EXERCITIA SECUNDÆ HEBDOMADÆ

Proœmium.

POSTquam in priori hebdomade cognovit Exercitans, finis illi à DEO præfixus sit, & quàm longè ab illo aberraverit, ideòque in viam, quæ ducit ad vitam, redire statim ante omnia de perito Duce prospiciendum est; nam, ut ait S. Franciscus Xaverius dicere solebat, nulla est certior, & tiorque ratio, rectà ac sine errore ad perfectionis apicem perveniendi, quàm peritum itineris sequi Ducem; quem accuratior, & aptiorem Ducem eligere poterit, quàm illum, quem ipse seipso Joan. 8. dixit: *Ego sum lux Mundi, qui me sequens non ambulat in tenebris.* Et iterum Joan. 14. *Ego sum Veritas, & Vita, nemo venit ad Patrem, nisi per me.* Scilicet quæ verba eleganter S. Augustinus in Psal. 109. *Parvum dedit DEO, inquit, ut Filium suum daret demonstratorem suum ipsum viam fecit, ut per illum iret, regentem te, ambulantem per te.*

Finis ergo & Scopus hujus & posterioris hebdomadæ Imitatio Christi secundum Apostoli ad Rom. 13. *confitebor*

dicentis: *Sicut in die honeste ambulemus, non in comessationibus, & ebrietatibus; non in cubilibus & impudiciis; non in contentione & amulatione, sed induimini IESVM Christum.* Quid autem sit Christum induere, pulchrè explicat S. Chrysostomus super cap. 13. epist. 1. ad Corinth. dum ait: *Induere Christum est undique in nobis per sanctimoniam & mansuetudinem Christum in nobis conspicuum esse; homo enim indutus id esse videtur, quod indutus est: appareat itaque in nobis Christus.*

Quid autem in specie imitari præcipuè debeamus in Christo, ipsemet velut in brevi quodam compendio Luc. 9. declaravit dicens: *Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, tollat crucem suam, & sequatur me.* Quibus verbis tria officia vel capita, in quibus eum imitari debeamus, complexus est; scilicet *abstinere* per verbum *abneget*, *sustinere* per verba *tollat crucem suam*, & *agere* per verba *sequatur me* indicatum; in his namque totam perfectionem Christiani hominis consistere, ex ipsa natura perfectionis facillè colligitur, cum enim hæc in amore DEI consistat, ut alibi dictum est, amor autem hic per perfectam unionem voluntatum demonstrari debeat, ut scilicet faciat amans semper, quod amato placere novit, hoc ipso primum Christiani hominis officium, *agere* videlicet, & *facere* voluntatem DEI exurgit; nam, ut ipse Christus Matt. 7. dixit: *Non omnis, qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum; sed qui facit voluntatem Patris mei, qui in cælis est, ipse intrabit in regnum cælorum.* Quia verò peccata omnia, neque adeo etiam transgressionem voluntatis divinæ, teste S. Augustino in Psal. 38. *facit aut malè ardens cupiditas, aut malè jaceus timiditas*, hinc reliqua duo officia exurgunt, scilicet *abstinere* seu moderari concupiscentiam rerum illicitarum, & *sustinere* seu moderari timorem adversitatum occurrentium, de quibus duobus officijs eleganter iterum S. Augustinus in serm. de S. Vincentio sic discurret: *Duplicem a-ciem producit Mundus contra Milites Christi; blanditur enim, ut decipiat: terret, ut frangat. Non nos teneat voluptas propria; non nos terreat crudelitas aliena, & virtus est Mundus. Ad utrosque aditus occurrit Christus, & non vincitur Christianus.*

Porro quia Christus hæc tria officia per totam vitam quædam docuit, sed *abstinentia* tempore vitæ suæ privatæ, *acti-*
nis ultimo triennio, & *sustinentia* denique in Passione pro-
 clariora exempla & specimina dedit, ideo S. Ignatius quocumque
 in hac hebdomade Christum, prout abstinere & agere de-
 cuit, proposuit; in sequenti verò eundem, prout sustinere
 exempla reliquit, aspiciendum dedit. Finis ergo hujus
 secundæ hebdomadæ est, Christum in abstinendo & agendo
 imitari, prout ex Meditationibus mox subiiciendis clari-
 patebit.

TERTIA DIES.

SCopus hujus diei est, perfectam imitationem Christi in
 vita privata rectè instituenda procurare; nam, ut S. Basilii
 serm. de renunc. dixit, *propter hoc Naturam nostram suscipit,*
ut in se velut tabula quadam Seram nobis Veritatem &
Virtutem depingeret, eamque nobis omnibus tanquam Archet-
ypum imitandum proponeret. Hinc ad hanc similitudinem
 alludens S. Gregorius Ep. 1. de perf. Christ. *Quisque; ait, ta-*
ta sua est Pictor, & Artifex huius operis est Voluntas, color-
es autem sunt Virtutes, Exemplar Christus esse debet, ut
 ipse de se Joan. 13. dixit: *Exemplum dedi vobis, ut, quem*
admodum ego feci, ita & vos faciatis.

Tessera:

Gloria magna est sequi Dominum. Eccl. 13.

MEDITATIO I.

DE REGNO JESU CHRISTI.

Hæc Meditatio, ut Ludovicus de Palma in proem. ad
 continet partim finem totum Incarnationis, vitæ, & doctrinæ
 Christi, partim summam totius perfectionis Christianitatis
 quæ est Christi imitatio; hinc, ut S. Bernardus ser. 4. de
 dixit, *omnis nostra Virtus tam longè est à Vera Virtute,*
quàm longè est ab ea forma, quam Verbo & exemplo com-
mendavit Christus præsens in carne. Ut enim origo fontium
 & fluminum mare est, ita scientiarum & virtutum Dominus
 JESVS Christus, inquit idem ser. 13. in Cant. *Quis enim De-*
 minit

mitius virtutum, nisi Rex gloriae in cassum ergo laborat in acquisitione virtutum, qui eas alibi, quam in Christo quaerit, id quod ipse Christus S. Birgittae suavitatis dicens l. 6. c. 27. *Quidam delectat audire opera Mundanorum, & bella Procerum, & cur tali auditu inani occuparis, cum ego sim omnium Dominus, nullaque delectatio sine me in pretio habenda sit. Si cupis audire facta magni Domini, si considerare opera magna, debes utique audire & considerare facta mea, quae intellectu incomprehensibilia sunt, cogitatione stupenda, & auditu admiranda.*

Ut autem titulus hujus Meditationis recte intelligatur, dicendum prius, quid sit regnum DEI, nempe illud nihil aliud esse, quam voluntariam & liberam subjectionem creaturae rationalis ad Creatorem suum; ita enim piissimus Author l. 3. c. 53. indicavit, dum in Persona Christi dixit: *Perfecta Victoria est, de semetipso triumphare; qui enim semetipsum subiectum tenet, ut sensualitas rationi, & ratio in cunctis obediat mihi, hic verè Victor est sui, & Dominus Mundi.* Et hoc videlicet est regnum, de quo Christus Luc. 17. locutus est dicens: *Regnum DEI intra vos est.*

Textus S. Ignatij.

Preludium primum ad constructionem loci nunc erit, ut spectare nos imaginemur Synagogas, Villas, & oppida, quae praedicans Christus pertransibat, & sic de locis aliis.

Secundum ad gratiam poscendam pertinens, in hac parte erit, petere à DEO, ne obsurdescamus vocante nos Christo, sed ad sequendum, ac obtemperandum prompti simus.

Punctum I.

Punctum primum esto, proponere mihi ob oculos humanum Regem divinitus electum, cui Principes & Populi omnes Christiani reverentiam & obsequium praestare debeant.

Punctum II.

Secundum est, imaginari, quod audiam illum Regem loquentem ad omnes Subditos: In animo mihi est regiones infidelium universas ditioni meae subicere. Quicumque igitur comitari me velit, paratus sit oportet non alio uti sensu, & affectu, rebusque aliis, quam me utentem conspexerit. In eisdem quoque laboribus, sigillis, & casibus ceteris mecum per-

persistendum erit, ut particeps fiat victoria & felicitatis
nusquisque, prout laborum ac molestiarum socius exi-
terit.

Punctum III.

Tertium erit, considerare, quidnam respondere debeam
Regi amantissimo & liberalissimo fideles Subditi, & quam
prompte ad omnem ejus voluntatem offerre se accinctos. Con-
tra vero si quis non obaudiret, quanto apud homines universos
sit superio dignus esset, atque quam ignavus miles appa-
rere mandus.

Pars secunda hujus Exercitij consistit in collatione similitu-
tudinis inter dictum Regem & Dominum IESVM Christum
circa triplex punctum.

Primo sic applicabimus Exemplum: Si terrenus ille Rex
cum bellica evocatione sua dignus est, cui attentio & obsequium
praestetur, quanto magis Christus Rex aeternus, Merito
dignus, toti conspicuus, qui singulos ad se invitat his Verbis:
Mea haec est iustissima voluntas, totius Mundi Dominum
mibi vendicare, inimicos meos debellare omnes, ac ita de meo
in Patris mei gloriam intrare; proinde quisquis eo mecum
venire cupit, laboret mecum necesse est; labori enim praemium
respondebit.

Secundo ratiocinabimur, neminem fore sanae mentis, qui
non cupidissime servitio Christi se totum offerat & adducat.

Tertio judicandum erit, quod ij, qui se obsequiis illius
prorsus duxerint mancipandos, non se ipsos tantum ad laborum
tolerantiam, verum etiam majora & praetiora quaedam
munera oblaturi sint, expugnatam carnis, sensuum, &
morisque proprii & mundani rebellionem. Unde respondet
quisque in hunc fere modum: En, o Rex Supreme, ac Domini
universorum, tua ego, licet indignissimus, fretus tamen gratia
& ope, me tibi penitus offero, meaque omnia tua subditi
voluntati, attestans coram infinita bonitate tua, nec non in
conspectu gloriosa Virginis Matris tuae, totiusque curiae celestis
hunc esse animum meum, hoc desiderium, hoc certissimum
decretum, ut (dummodo in majorem laudem tuae, & obsequium
meum proventum cedat) quam possim proxime te sequar, &
amittere in ferendis injuriis & adversis omnibus, cum servitium

tum spiritus, tum etiam rerum paupertate, si, inquam, sanctissima Majestati tua placeat ad tale me vita institutum eligere, atque recipere.

Hæc meditatio, ut patet, eò præcipuè tendit, ut in genere servamus, Christum sequi, & imitari; ad quem finem et si textus S. Ignatii hæcenus propositus sufficiens videatur, ut tamen eundem faciliùs sibi applicare possit Sacerdos, poterit supradicto textui hæc, quæ sequuntur, adungere.

Punctum I.

Considera I. Ad quid invitet Christus, nempe ad Regnum Dei dilatarandum, & conservandum, id est, majorem gloriam Dei in omnibus nostris actionibus quærendam, ita ut ipsum non solum perfectè cognoscamus & æstimemus, sed etiam perfectè serviamus, semper faciendo, quod ipse sanctissimo beneplacito magis conforme esse cognoverimus; sic enim Deus verè in nobis regnare, & dominari dicitur. Hunc autem finem Christo propositum fuisse, ipse Jo. 8. indicavit dicens: *Ego non quæro gloriam meam, sed ejus qui misit me Patris.*

Considera II. Quàm altus, & verè appetendus sit hic finis; cum cognosces, si infinitam dignitatem, potentiam, sapientiam, bonitatem, immensitatem, & æternitatem Dei accuratius ponderaveris; ex harum enim perfectionum consideratione intelliges, quemadmodum nihil excellentius reperiri, imò nec excogitari potest, quàm Deus, ita nec finem excellentiorem appeti posse, quàm gloriam & beneplacitum illius. Hinc præclare S. Chrysostomus l. 2. de compunct. cord. ait: *Si omnino dignus fueris agere aliquid, quod Deo placeat, aliam adhuc præter hoc ipsum, quod placere merueris, mercedem requiris? verè ignoras, quàm bonum sit placere Deo: si enim scires, nunquam aliquid mercedis aut muneris extrinsecus appeteres.*

Considera III. Si Aulici hujus mundi tanta cum fidelitate & alacritate Regibus & Principibus mundanis serviunt, eorumque beneplacitum quærunt, quid te facere par sit, qui Domini infinitis dignioris servitio te mancipasti. An non te ipsum eisdem, quibus olim duo Aulici, teste S. Augustino l. 8. Confess. c. 6. se alloquebantur, verbis ad Deo perfectiùs

deinceps serviendum excitabis: *Dic, quaso te omnibus istis laboribus nostris quò ambimus pervenire? quid quarimus? cuius rei causa militamus? majorne esse poterit spes nostra in palatio, quàm ut amici Imperatoris simus? Et ibi, quò non fragile, plenùmque periculis? Et per quod pericula pervenitur ad grandius periculum? Et quamdiu istud erit amicus autem Dei, si voluero, ecce nunc fio. Colloquium ad SS. Patronos.*

Punctum II.

Confidera I. Quòd aliud adhuc efficacissimum medium tibi Christus offerat ad supra dictum finem obtinendum, gloriàmque ac regnum Dei quærendum, scilicet Exemplum suum, quo tibi ostendit, quomodo & in quibus potissimum gloriam Patris sui quædere debeas, nam, ut S. Augustinus vera Relig. rectè advertit, *tota vita Christi in terra per hominem, quem gessit, disciplina morum fuit; omnia enim bona mundi Christus contempsit, quæ contemnenda docuit. Et omnia mala sustinuit, quæ sustinenda præcepit, ut nec illis quæreretur felicitas, nec in istis infelicitas timeretur.*

Confidera II. Si S. Augustinus l. 1. Conf. c. 2. de se ipsa fatetur: *Exempla servorum tuorum, quos de nigrii lucida Et de mortuis vivos feceras, congesta in sinum cogitatione mea urebant, Et absolvebant gravem torporem, ne in ima vergeremus, Et accendebant nos valde. Quare majorem efficaciam apud te habere debeat exemplum Christi, qui omnes illos servos sanèitate & ferreè infinities superat, & præterea per imitationem suam ad tantam sublimem dignitatem promoveri te cupit. An non merito ad illius imitationem te S. Gregorij Naz. orat. 40. in Passione præclarâ sententiâ excitabis: *Simus ut Christus, quoniam Christus quoque sicut nos: efficiamur Dii propter ipsum, quoniam ipsam ipse quoque propter nos homo factus est.**

Confidera III. Quomodo hætenus exemplum hoc imitari studueris, & imitari deinceps velis. Exclama proinde Ethai Gethæo 2. Reg. 15. *Visit Dominus, Et visit Dominus meus Rex, quoniam in quocunque loco fueris, Dominus meus Rex, sive in morte, sive in vita, ibi erit servus tuus.* Colloquium ad B. Virg.

Punctum III.

Confidera I. Cùm plerique homines ad seruiendum domini temporalibus spe lucri incitentur, quomodo nec hoc motivum tibi deesse patiatur Christus, sed liberalissimè promittat, te quemadmodum laborum & tolerantia socius fueris, ita præmium quoque, gaudiùmque secum participaturum; id quod S. Paulus quoque Corinthijs 2. c. 1. in memoriam revocavit dicens: *Sicut socij Passionum estis, ita & consolationis eritis.*

Confidera II. Si famuli terrenorum dominorum pro tam vili mercede tam graves labores suscipiunt, aliàque difficillima opera tam alacriter perficiunt, quantò majori alacritate ac constantia tu jugum suave Domini & onus leve Domini Dei tui, qui est ipse merces tua magna nimis suscipere, & portare debeas; ne illam pij Authoris in persona Christi factam increpationem audire debeas: *Vile pretium quaritur, pro vanare, & parva promissione, diu noctuque fatigari non timeatur. Sed proh pudor! pro bono incommutabili, pro præmio inestimabili, pro summo honore & gloria interminabili vel ad modicum fatigari pigritatur. Erubescere ergo serve piger & querulose, quòd illi paratiores inveniantur ad perditionem, quam tu ad vitam. Equidem sua spe nonnunquam frustrantur, sed mea promissio neminem fallit, nec confidentem mihi dimittit inanem.* l. 3. c. 3.

Confidera III. Si tria motiva hæcenus proposita quævis meritò movere possunt ad Christum sequendum, quantò magis te movere debeant, ut qui inter primarios Famulos, quibus officium omnium divinorum divinißimum commissum est, scilicet cooperari Deo in salute animarum ex speciali gratia & beneficio assumptus es. Vide proin, quæ ratione vocationi & beneficio tanto respondere velis, te quo iterum Deo per colloquium à S. Ignatio supra in textum formatum in perpetuum servum consecra.

MEDITATIO II.

DE NATIVITATE CHRISTI.

In priori Meditatione factum quidem fuit propositum
ini-

imitandi Christum, sed in genere duntaxat; quare cum magis efficacia sint decreta, quæ ad particulares actiones se extendunt, in hac & sequentibus meditationibus paulò aptius demonstrandum est, quibus in rebus Christum præcipue imitari debeamus, & quomodo tria officia hominis Christiani, scilicet *abstinere, sustinere, & agere* docuerit. Quia autem primum officium, *abstinere* videlicet, in Nativitate, quæ prima illius in mundum ingressi doctrina fuit, potissimum docuit, idèò omisâ, brevitate causa, meditatione de Incarnatione, quam S. Ignatius meditationi de regno Dei subjecerat, de Nativitate duntaxat velut solenni Christi principio meditatio instituitur.

Textus S. Ignatij.

Prælium primum ex historia dependet, quæ recensenda est ab egressu B. Virginis ex oppido Nazareth. quo scilicet modo jam nono mense gravida, & insidens asina (ut potest meditari licet) ac Ioseph comes cum ancillula & bove profecti sunt Bethlehem, tributum à Cesare exactum pro se soluturi.

Secundum verò deducendum erit ex consideratione itineris, asinatâ à ejus longitudine, obliquitate, lenitate, & asperitate passim occurrente. Deinceps etiam Nativitatis locum mirabimur, spelunca similem, latum & angustum planum & erectum, commodè & incommodè paratum.

Tertium continet gratia postulationem, ut intimo cognosciam, quo pacto Filius Dei, meâ causâ, sit homo factus, & ardentius ipsum amem, & abhinc sequar studiosius.

Punctum I.

Punctum primum est, aspectus personarum, ut Virginiis, Iosephi & Conjugis Ioseph cum Famula & Christi Domini, ut Infantis nunc primum nati: inter quos me adesse fingam tanquam pauperculum, eorum ut cunque necessitatibus cum reverentia maxima famulantem, ac inde, quid ad mercedem emolumentum à tali spectaculo possit, dispiciam.

Punctum II.

Secundum conficitur ex verbis, quæ ibidem fiunt, & rehexione fructuosa.

Punctum III.

Tertium ex negotiorum, qua illic geruntur, inspectione, praestiteris, laborum & causarum, ob quas summus omnium Dominus in summa natus sit egestate, laturus quoque in hac vita cum perpetua paupertate labores, famem, sitim, aërum, frigus, opprobria, verbera, & crucem tandem subiturus, idque mei causa, unde per singulas studebo proventum aliquem spiritualem colligere. Hac demum concludenda erunt in isto colloquio, & finiro cum Pater noster.

Haecenus textus S. Ignatij, ex quo ut fructus Sacerdoti proprius hauriri queat, poterunt sequentia puncta adjungi,

Punctum I.

Considera I. Cur Christus praecipue in hunc mundum veniit, & cum talibus circumstantijs nasci voluerit, videlicet ut, quia ipse est aeterna Patris sapientia, homines quoque caelestem sapientiam tam paucis cognitam, & quasi nihili ultimam doceret. Hinc Luc. 2. Sapientia & aetate crevisse, id est, magis quotidie ostendisse dicitur.

Considera II. Qualem sapientiam docuerit Christus, illam videlicet, de qua pius Alceta l. 1. c. 1. dixit: *Ista est summa Sapientia, per contemptum mundi tendere ad regna caelestia*; nam, ut l. 3. c. 32. ait, *Valde vilis & parva, & pene oblivioni tradita videtur vera caelestis sapientia, non sapiens alta de se, nec magnificari quarens in terra, quam multi ore tenui pradicant, sed vita longe dissentunt, ipsa tamen est pretiosa margarita à multis abscondita.*

Considera II. Si, ut S. Ambrosius in S. de B. Virg. dixit, *primus discendi ardor est nobilitas Magistri*; quanta cum alacritate tu sapientissimum hunc Magistrum audire debeas, qui ultrò te & alios homines ad scholam suam illis sapientiae verbis prov. 8. invitat: *Nunc ergo filij audite me, Beati, qui custodiunt vias meas. Audite disciplinam, & esote sapientes, & nolite abjicere eam. Beatus homo, qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quotidie (considerando vitam & doctrinas meas) & observat ad postes ostij mei. Qui me invenerit, inveniet vitam, & hauriet salutem à Domina.* Colloq. ad SS. Patronos.

Pun-

Punctum II.

Confidera I. Quàm præclarè contemptum mundi Christus in Nativitate sua docuerit, dum scilicet omnia, quæ mundus tantoperè suscipit, quærit, & amplectitur, repudiavit, & paupertatem pro divitijs, tribulationes & labores pro voluptatibus, vilipensionem pro honoribus elegit, uti omnes Nativitatis circumstantiæ testantur.

Confidera II. Quas ob causas hæc omnia præ mundi delictijs elegerit, scilicet quia per infinitam sapientiam suam clarissimè cognoverat vanitatem rerum mundanarum, et altera verò parte pari claritate intellexerat, quàm longè aptiora media ad gloriam divinam, propriamque ac aliam salutem procurandam forent, paupertas, afflictio, contemptus, & similia, ut quæ hoc ipso, quòd hominem à terrenis rebus abstrahant, ad cœlestia bona desideranda, querenda, & amplectenda inclinant, ut adeò meritò cum Salomone sap. 7. dicere queat: *Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa, & innumerabilis honestas per manus illius.*

Confidera III. An non hæc causæ sufficientes meritò estimari debeant ad te quoque permovendum, ut cum S. Paulus ad Philip. c. 3. omnia, quæ tibi mundus hæctenus obtulit, aut etiamnum offert, detrimentum facias, & arbitreris æstercora ut Christum ac ejus similitudinem lucrifacias, nam ut rectè S. Augustinus S. 1. de convers. S. Pauli pronuntiat, *quisquis in Christum credidit, ipsum intueri debet, cetera creatura vilescat, ut Creator in corde dulcescat.* Colloquium ad B. Virginem.

Punctum III.

Confidera I. Cur Christus primo loco Nativitatem suam Pastoribus manifestare, eosque ad præsepe evocare voluerit, videlicet ut hoc facto indicaret sapientiam, quam ipse, ut dictum, in Nativitate sua docuerat, Pastoribus spiritualiter specialiter necessariam, atque adeò ab his ante alios ad discendam esse, ut qui olim post suum ex hoc orbe discessum veram sapientiam homines docturi sint, atque adeò præ eandem bene didicisse debeant.

Confidera II. Si illi discipuli, qui meliora ad artem aliam quam

quam addiscendam talenta sunt nacti, ideoque à Magistris
pluribus estimantur, & amantur, atque in successores deputan-
tur, merito non leves stimulos habere creduntur, ad majo-
rem in ea arte addiscenda diligentiam adhibendam; quan-
to enim fervore tu à Christo sapientiam hanc cœlestem, &
scientiam Sanctorum addiscere debeas, ut qui ex tot milli-
bus electus es ab illo, ut ei in officio Magistri succederes, &
tam præclara eum in finem talenta & media accepisti.

Considera III. Quomodo te hactenus in hac schola gesse-
ris, & quantum profeceris; & si quidem negligentem te
fuisse deprehenderis veniam supplex pete, & emendationem
seriam firmiter promitte, per colloquium ad Christum.

CONSIDERATIO

DE CURA SUI IPSIUS.

Considera I. Quid requirat hæc cura, scilicet in ge-
nere, ut tuæ animæ salutem ante omnia cures; in specie ve-
ro sequentia diligenter observes. Et primò quidem purita-
tem conscientie maximam procures, atque adeò ab omni
non mortali duntaxat, sed veniali etiam peccato pro viri-
bus abstinere. II. Ut virtutes statui tuo convenientes scias,
& studiosè exerceas, quales respectu Sacerdotis sunt chari-
tas Dei, Zelus animarum, Devotio, Castitas, Temperantia,
Humilitas, Constantia. III. Ut Exercitia spiritualia, puta
Missæ sacrificium, Oratio vocalis, lectio spiritualis, Exa-
men Conscientie, Preces matutinæ & vespertinæ cum omni
diligentia, id est, integrè, devotè, & reverenter peragantur.
IV. Ut quotidianæ à te actiones cum purissima intentione
fiant, ne serò nimis cum Apostolis queri debeas: *Præceptor,*
tu anote laborantes nihil cepimus. V. Ut suo tempore di-
ligenter recollectiones instituas, retiâque reficias, audiens
Christi imperium Marc. 6. *Venite seorsum in desertum lo-
cum, & requiescite pusillum.* Examina proinde, quomodo
hæc quinque capita observaveris, & observare deinceps
velis.

Considera II. Cur istam tui ipsius curam strenuè suscipere,
& gerere constanter debeas, videlicet I. Quia sic Deus re-
quirit, mandans, ut proximum tuum, sicut te ipsum diligas,
quod

quod minime profectò præstares, si illius salutem, tuâ negligentiâ, procurares. II. Quia sic Christus docuit Matt. 16. dicens: *Quid prodest homini, si mundum universum lucretur, animam verò suam detrimentum faciat?* III. Quia ad ipsam graviter SS. Patres hortantur. Inter quos præclare S. Bernardus lib. 1. confid. c. 5. ad Eugenium Papam scribens sic loquitur: *Si totus vis esse omnium, instar illius, qui omnia factus est, laudo humanitatem, sed si plena est, quomodo autem plena te excluso? Et tu homo es, ergo ut intelligas sit plena humanitas, colligat te intra se finis, qui neque recipit, alioquin quid prodest tibi juxta verbum Domini, si universos lucretis, te unum perdens? quid solus fructus dari munere tui? memento proinde; non dico semper, dico sæpe, sed vel interdum reddere te ipsum tibi.* Quod ipsum alibi similitudine conchæ eleganter declarans, lib. 18. in Cant. sic loquitur: *Quamobrem si sapias, concham exhibebis, et non canalem; hæc siquidem penè simul, et recipit, et refundit; illa verò, donec impleatur, expectat, sic, quod superabundat, sine damno communicat.* In eodem sensum Eucherius in epist. Paræni. loquitur, dicens: *Primas apud nos curas, quæ prima habetur, obtineat, secundasque sibi sollicitudinis partes salus, quæ summa est, recipiat. Hac nos occupet in præsidium ac tutelam sui, jam non planè primas, sed sola. Omnia vincat eo studio, quo præcipue omnia.* IV. Quia & salus aliena hanc propriam curam suadet; cum enim, qui sibi nequam est, nemini bonus esse possit, ut commune proverbium habet, quomodo alteri salutem procurabit efficaciter, qui suam negligit? an non audiet ab illis, quibuscum agit: *Medice, cura te ipsum?* V. Quia & ipsa ratio eam exigit, dictans, charitatem à se incipere. Unde præclare iterum S. Bernardus lib. 18. in Cant. *Ego, inquit, nullum ad salutem pietatis gradum gradui anteponendum censeo, quem sapiens Eccl. 30. præcipit dicens: Misereere animæ tuæ placens Deo. Propterea inquit Apostolus ad Hebr. 13. abundantius observare oportet nos ea, quæ audivimus, ne fortè peresluamus. Benignitiam Filij sæculi eandem doctrinam passim exemplo suo docent, ut qui, recte quotidianâ experientiâ, proprium lucrum*

& commodum vel omnium actionum suarum cynosuram spectant, unde merito potest Sacerdos timere, ne, si sui ipsius curam negligat, iterum Christum audiat objicientem sibi, filios scilicet prudentiores esse lucis filijs. VII. Denique natura ipsa in omnibus plantis & alijs viventibus id confirmat, ut quæ non ante, generare, aut semen communicare incipiunt, quam ipsa perfectionem suam intrinsecam acceperint. Merito ergo Sacerdos salubre Siracidis c. 29. consilium sequatur: *Recupera proximum secundum virtutem, & attende, ne incidas, in errorem scilicet eorum, qui præpostero Zelo sic alienæ salutis curam suscipiunt, ut suæ vel nullam, vel exiguam gerant.*

Considera III. Quænam hæc impediunt te impediverint, quò minus accuratam tui ipsius curam gereres. Tria præcipue reperies. Primum est, *defectus luminis*, quo perfecte cognoscas, & bene ponderes, ac apprehendas, in quo ordinata charitas consistat; unde motiva in priori puncto proposita diligenter consideranda sunt, & alias etiam in meditationibus cum Deo frequenter de hac materia agendum erit, ut experiaris in te, quod sponsa Cant. 1. de se ipsa loquitur dicens: *Introduxit me Rex in cellam Sinarum, & ordinavit in me charitatem.* Secundum est, *Inordinatus zelus*, quo scilicet multa opera suscipimus, non ut proximo proficimus, sed ut laudem & famam nobis conciliemus; hinc enim fit, ut totos nos ejusmodi operibus impendamus, aliæque opera ad propriam salutem pertinentia vel omnino negligamus, vel certe decurtemus, aut obiter duntaxat, & sine fructu peragamus. Quod impedimentum proinde per rectificationem intentionis removendum est; si enim nihil aliud in omnibus actionibus nostris, quam Dei beneplacitum queramus, hoc ipso etiam non alio modo, quam qui ipsi placet, proximi salutem procurare desiderabimus, qualis modus autem utriusque non est, ut proximo cum detrimento nostræ salutis serviamus. Unde verus Operarius prudentes Virgines Mat. 25. imitatur, quæ cum fatuæ oleum peterent, quod ipsæ sine dispendio suo se dare non posse advertebant, audacter negarunt dicentes: *Ne forte non sufficiat nobis & vobis, ite potius ad vendentes, & emite vobis.* Tertium est, quod multa nimis negotia simul suscipiantur; hinc enim

M

fit,

fit, ut, quemadmodum S. Gregorius l. Past. c. 4. advertit
*impar inveniat ad singula, qui confusa mente dividit
 ad multa.* Quare pro hoc impedimento removendo bene
 advertenda, & observanda est doctrina Ludovici de Pom-
 tom. 3. tr. 4. c. 9. asserentis, fervorem non tam in eo poli-
 tum esse, ut multa quis complectatur, quam ut officium cu-
 rà fiat. Hinc cum Moyses in hoc genere excedere videretur,
 à socero suo Jetro Exod. 10. audire debuit: *Non bene-
 rem facis, stulto labore consumeris.* E contrario verò De-
 ipse, licet mundum unico momento creare potuisset, man-
 per sex dierum intervallum absolvere, ut vel hoc suo exco-
 plo doceret, quantopere cupiat ab ijs, qui minorem mun-
 dum, id est, hominem creare, seu in primævum suum statum
 reducere desideret, nihil præproperum & inordinatum, sed
 omnia in mensura & ordine fieri, ne locū alioqui habeat
 Iud Salomonis essatum: *Totum spiritum suum profertur
 tus, sapiens differt, & reservat in posterum.* Certè hæc
 ter primas fraudes dæmonis, quibus fructum & salutem no-
 stram impedire conatur meritò numeranda est; quam ju-
 olim Exod. c. 5. Pharaoni quoque inspiravit, dum eidem sug-
 gessit, ut Israëlitas multitudine laborum opprimeret, ut
 Deo sacrificarent. Ne ergo in hanc fraudem incidat Sacer-
 dos, dicat cum S. Davide ps. 21. *Erue à frumina Deus
 manum meam, & de manu canis (infernalis) unicum meum.*
 itaque deinceps sui ipsius curam gerat, ut verè dicere
 eodem Psalmista ps. 119. possit: *Anima mea in manibus
 meis semper:* quia, ut bene notat S. Bernardus l. 3. de vigi-
 Nat. *sicut, quod in manibus tenemus, non obliviscimur fac-
 lè, sic nunquam oblivisci debemus negotium animarum no-
 strarum, & illa cura principaliter in cordibus nostris cogere
 debet.*

MEDITATIO III.

DE VITA PRIVATA CHRISTI.

Etsi S. Ignatius pro ijs, qui Exercitia longiori tempore
 cturi sunt, plures meditationes de vita Christi, puta de
 sentatione illius in templo, de fuga in Ægyptum &c. pro-
 scripserit, quia tamen hæc divisio pro octo diebus
 tatur.

tant est facta, ideò, cum omnes meditationes hujusmodi tam actò tempore absolvi non queant, in compendio quodam omnes illæ meditationes sub titulo privatæ vitæ tradi possunt. Unde sicut in priori meditatione perpensum est, quomodo Christus primum Christiani hominis officium docuerit, scilicet *abstinere*, ita in hac considerandum est, quomodo etiam alterum officium, *agere* videlicet, monstraverit. Quia verò duplex Christi actio fuit, privata scilicet, & publica, priorem in hac mediatiōe, posteriorem sequenti die considerabimus.

Præludium I. erit, Christum nunc circumcisum, nunc in templo oblatum, nunc in Ægyptum fugientem, nunc in templum Jerosolymitanum ascendentein, nunc in Nazareth cum Patre laborantem intueri.

Præludium II. Petere gratiam, ut vitam Christi occultam ritè cognoscere, ac æstimare, & pro viribus imitari queas.

Punctum I.

Considera I. Quid Christus à primo instanti Nativitatis usque ad trigésimum annum egerit, id nempe, quod S. Lucas c. 2. tribus verbis istis: *Et erat subditus illis*: indicavit; verè enim, si totam hanc illius vitam (quam cum proximo adhuc publicè conversari non cœperat, occultam voco) nihil magis, quàm obedientiam æterno Patri, & Parentibus terrenis exhibere studebat, uti ex circumcissione, oblatione in templo, fuga in Ægyptum, ascensione ad templum Jerosolymitanum, commoratione tant diuturna in Nazareth patet.

Considera II. Quibus in rebus potissimum hanc obedientiam exerceverit, nempe ut faceret semper, *quæ* Patri cœlesti & parentibus terrenis placere cognoverat, & *quomodo* placebat, & *quia* illis placebant, & ideò meritò Encomium illud: *Bene omnia fecit*: Marc. 7. postea audivit.

Considera III. Quàm præclarum sit hoc elogium, & quàm à te quoque & omnibus hominibus apperendum, utpote in quo summa perfectio continetur, cum, sicut arbor bona ex fructibus bonis cognoscitur, ita perfectus quoque Christianus ex quotidianis actionibus ritè peractis dignoscatur, ut adeò meritò illuminatus quidam Asceta dixerit,

summam Christiani hominis perfectionem in hoc consistit, ut quotidianas actiones bene perficiat. Unde ad hanc perfectionem ipse quoque Christus Matt. 12. invitavit dicens: *Estote perfecti, sicut & Pater Vester celestis perfectus est*: per quæ verba utriusque non voluit nos in substantia perfectione similes esse, sed ut sicut ille cuncta, quæ creata viderat esse valde bona. G. c. 1. ita & nos illum in hoc imitari studeremus. Vide proinde, quomodo hac in parte Christum imitari studueris, & deinceps velis. Colloquium SS. Patronos.

Punctum II.

Considera I. Quem fructum Christus ex hac sua vita culta tulerit, scilicet quod creverit ætate, sapientia & gratia apud Deum & homines, non quidem augmentum veritatis sapientia & gratia capiendo (cum à primo vitæ instanti in gradu hæc omnia possederit) sed eam pro nostra imitatione magis in dies manifestando.

Considera II. Quam verè hunc fructum sperare etiam possis, si omnia tua opera bene facere studueris; nam etiam iam cresces I. *Ætate non materiali duntaxat, sed etiam spirituali*, de qua S. Gregorius l. 4. mor. c. 12. dixit: *Vita Christiana dies sunt virtutes singula; menses autem multitudinea facta virtutum*. Unde, ut idem l. 21. moral. c. 13. ait: *Electis, cum foris ætas corporis, intus, si ita dicere liceat, crescit ætas virtutis. Senectus quippe Generabilis est diuturna*, teste Salomone sap. 4. *Neque annorum numerus computata; canis autem sunt sensus hominis, & ætas senectutis Vita immaculata*. II. Pariter cresces sapientia: hæc nihil aliud sit, quam rerum cœlestium sapida scientia, id est, non in nuda cognitione earum consistens, sed in studio sectandi conjuncta; quis autem hanc sapientiam magis possidet, quam qui opera quotidiana, quæ sola sequuntur nos post mortem, & præmium cœlestis sollicitant, bene se studet? Sed & III. *Gratiâ apud Deum & Cœlites crescit* cum perpetuam illis laudem per talia opera, gratissimum obsequium præstet, ut bene S. Augustinus in ps. 150. ait: *Vis semper laudare Deum; benefac omnia, & facis, & semper laudasti Deum*. Unde hi potissimum

judicio *Benedicti* vocabuntur, & ad regnum Patris possidendam à Christo citabuntur. IV. denique etiam *gratiâ* ad *hominem* crescet; tum quia si talia opera pro ipsis & defunctis offerat, magna & multa illis beneficia à Deo impetrabit, atque adeo hoc ipso etiam amorem & gratiam merebitur; tum quia, ut Thomas Kemp. l. 1. c. 25. bene advertit, jucundum valde & dulce est, videre fervidos & devotos Fratres, bene morigeratos & disciplinatos. Quos omnes fructus breviter & bene complexus est, qui dixit per talem occultam vitam summum Deo & Cœlitibus obsequium, summum ipsi operanti in hac & altera vita gaudium, summum defunctis & viventibus auxilium exhiberi, & procurari.

Considera III. Quàm rectè triplex hoc motivum triplici funiculo, qui difficilè rumpitur, comparetur, atque adeo & te, qui ratione vocationis ad majorem perfectionem tenentis merito obligare debeat ad singulare studium bonis operibus ritè perficiendis impendendum. Colloquium ad B. Virginem.

Punctum III.

Considera I. Quæ media adhibere possis, & debeas ad vitam hanc occultam ritè addiscendam, nempe ut Christum in omnibus suis actionibus & vita *Spectatorem*, *Adjutorem*, *Instructorem* seu *Magistrum*, *Consolatorem*, & *Præmiatorem* adhibeas, dicāsque cum pio Poëta:

Tu Consolator, Merces, Spectator, JESU,

Tu meus Adjutor, tuque Magister eris.

Considera II. Quàm efficax sit hoc medium ad actiones tuas quotidianas summa cum perfectione obeundas: Si enim Spectatorem, & talium maximè, à quibus copiosum præmium sperari potest, præsentia & aspectus, tantopere excitat Actores aut Artifices, ad personam suam aptissimè representandam, operaque sua exactissimè faciendam, quanto magis tu opera tua perfectissimè absolvere conaberis, si memineras, te Christum, cujus solius præsentia & præmia, omnium hominum præsentiam & mercedem infinities superat, non Spectatorem & Præmiatorem solum, sed etiam Adjutorem, qui gratiâ suâ & cooperatione juvet; & Magistrum,

qui exemplo suo præceat, & instruat: & Consolatorem, in difficultatibus occurrentibus præsentiam suam & consolatione roborer, & soletur, habere.

Confidera III. Cum opera Sacerdotis hoc ipso, quod vino Ministerio immediatè sit consecratus, ex se præstantiora longè sint, quàm aliorum hominum, quàm æquum est, quemadmodum etiam sæculares Artifices majorem diligentiam in preciosioribus operibus adhibent, in quoque omnem conatum in quotidianis tuis actionibus perfecte obeundis præstes, illud S. Davidis 1. Paralip. c. 29. modo usurpauit: *Totis viribus preparavi impensius domini* (seu opera mea quotidiana perfeci) *non enim mihi preparatur habitatio (& actio) sed Deo.* Colloquere ad Christum, pro Spectatore, Adjutore, Magistro, Consolatore, & Præmiatore denuò ipsum eligendo.

Materia Lectionis.

Ex libro 2. de imitatione legi hoc die poterit cap. 1.

Ex libello Exercitiorum verò legi possunt Regulae de electione; non quidem eo fine, ut status (si quidem iam electus sit) de novo eligatur, sed ut in alijs etiam occurrentibus negotijs adhibeantur; modò omnia semper eligens metatur ex Dei honore, nullo habito respectu ad proprias conditiones, maximè temporales, ut intentio semper in Deum directa sit, nec ob aliquid terrenum inflectatur.

Præcipuè autem S. Ignatius has regulas circa emendationem & ordinationem status observandas esse ait, ita, ut si quis matrimonio junctus, vel officio dignitatis Ecclesiæ adstrictus est, regularum harum adminiculo, sedulo colligat, quàm amplam domum & familiam æquum sit habere: quibus eam modis tractare & administrare conveniat, quibus instruere verbis & exemplis: quantum præterea possit facultatibus sumptum facere liceat in usus proprios vel domesticos: quid rursus pauperibus erogare, vel impendere pijs operibus deceat, nihil affectando aliud, quàm quærere, nisi quod honorem Dei, & salutem suam præstet. Hoc enim unusquisque sibi persuasum habeat, tantum se studijs spiritualibus promoturum esse, quantum ab animæ sui ipsius, & commodi proprii affectione sese abstraxerit.

Cæterum ipsas regulas, modumque eligendi, & alia ad electionem ritè instituendam pertinentia partim in ipso libello Exercitiarum, partim in parte prima hujus instructionis fufius legi possunt.

Materia Scriptionis.

Cùm nihil æquè necessarium & decens videatur, quàm ut dignitatem statûs sacerdotalis, & vocationis suæ excellentiam ritè cognoscat Sacerdos, ne alioqui de ipso dici queat, quod S. David de homine dignitatem suam non cognoscen- te ps. 48. dixit: *Homo (& Sacerdos) cùm in honore esset, non intellexit, propterea comparatus est jumentis insipientibus, & similis factus est illis.* Meritò consultum videtur, ut semper in memoria, aut certè ad manum habeat breviusculas quasdam sententias, quibus SS. Patres sacerdotalis dignita- tis magnitudinem exprimere sunt conati, quare non inuti- lem laborem suscipiet, si hodie paucas ejusmodi sententias sibi conscribat, quales exempli gratiâ sequentes esse possunt.

I. Sacerdotium est summa bonorum omnium, qua in homi- nibus consistunt. S. Ignatius ad Smyrn.

II. Qui bene præsumt, Presbyteri, duplici honore digni habeantur, maxime qui laborant in verbo & doctrina: S. Paulus 1. Tim. c. 5.

III. Tantùm interesse debet inter Sacerdotem & quem- libet virum probum, quantum inter calum & terram di- scriminis est. S. Isidorus Pelus. l. 2. ep. 205.

IV. Quanto anima corpore præstantior est, tantò est sacer- dotium Regno excellentius. S. Clemens l. 2. c. 34.

V. Aurum non tam pretiosus est plumbo, quàm regia po- testate altior est dignitas sacerdotalis. S. Ambrosius l. 2. de dign. dist. 36.

VI. Verè veneranda Sacerdotum dignitas, in quorum manibus Dei Filius velut in utero matris incarnatur. S. Augustinus hom. 2. in ps.

VII. Omnium quidem bonorum magna est gratia, inter omnes autem maxima est sacerdotalis dignitas, si quis eam immaculatè custodiat. S. Chrysostomus hom. 15. in Matt.

VIII. Honorate Sacerdotes, ut Patres, ut Dominos, ut be- neficos,

nesicos, & benevivendi Authores. S. Clemens l. 7. contra
Apost. l. 32.

IX. Sacerdotes merito non modo plus Revereri debentur
quam vel Principes & Reges; Sed etiam majore honore
quam parentes proprios honestare. S. Chrysostomus l. 3. de
Sacerdotio.

X. O Sacerdos Dei altissimi, si altitudinem cœli contra
pleris, altior es: si pulchritudinem solis & lunæ, pulchrior
es: si discretionem Angelorum, discretior es: si omnium
Dominorum sublimitatem, sublimior es: Solo Deo & Crea-
tore tuo inferior es: Cassand. in Cathal. gloriæ.

XI. Quod datum non est Angelis, concessum est Sacerdotibus; hi enim ineffabile efficiunt sacrificij mysterium, & Angeli conficientibus velut famuli assistunt. S. Augustinus.

XII. Grandis dignitas Sacerdotum, sed grandis ruina, si
peccant: lætæmur ad ascensum, sed timeamus ad lapsum.
S. Hieronymus super Ezech. lib. 2.

DIES QUARTA.

Scopus hujus diei est Christum in vita publica, id est, in
conversatione cum proximo rectè instituenda imitari, quæ
est altera pars secundi officij ad Christianum, & Sacerdotem
maximè pertinentis, & in agendo constitui; unde merito
Sacerdos operam dare debet, ut omnia hujus diei Exer-
citia magnâ cum diligentia peragat, scopumque illis pro-
prium obtinere conetur.

Tessera.

Non degeneremus ab excelsis cogitationibus Filij Dei, sed
inferamus crimen gloriæ nostræ. i. Mach. c. 9.

MEDITATIO I. DE DUOBUS VEXILLIS.

Hæc Meditatio cõ potissimum tendit, ut, sicut in medi-
tatione de Regno Dei Sacerdos statuit Christum in genere
qui, ita nunc armilustrum veniat, discatque, contra quos
hostes in specie, & quibus armis sub vexillo Christi pugna-
re debeat.

debeat, fortiterque se ad bellum accingat. Unde S. Ignatius hanc Meditationem maximi semper faciebat, utpote ex qua ideam totius perfectionis Religiosæ, ipsiusque Societatis IESU fundandæ concepit, ideoque ab alijs quoque eandem Meditationem magna cum contentione & fructu, & quidem, si fieri posset, mediâ nocte, ut tantò collectior mens maneres, institui optabat.

Textus S. Ignatij.

Prælium primum erit historica quadam consideratio Christi ex una parte, & ex altera Luciferi, quorum uterque omnes homines ad se vocat, sub vexillo suo congregandos.

Secundum est, ad constructionem loci, ut representetur nobis campus amplissimus circa Ierosolymam, in quo Dominus IESUS Christus tanquam bonorum omnium summus Dux assistat. Rursum alter campus in Babylonia, ubi se Lucifer malorum & adversariorum Ducem exhibeat.

Tertium ad gratiam petendam illud erit, ut poscamus exploratas habere fraudes mali ducis invocata simul divina opè ad eas devitandas; Veri autem, optimiq; Imperatoris Christi agnoscere mores ingenuos, ac per gratiam imitari posse.

Punctum I.

Punctum primum est, imaginari coram oculis meis, apud Campum Babylonicum Ducem impiorum in cathedra ignea & fumosa sedere horribilem figurâ, & cultuq; terribilem.

Punctum II.

Secundum est, advertere, quomodo convocatos Demones innumeros per totum orbem spargat ad nocendum, nullis circumstantiis & locis, nullis Personarum generibus immunibus relicta.

Punctum III.

Tertium, attendere, cujuscumque concionem habeat ad Ministros suos, quos instigat, ut correptis, injectisque laqueis & catenis homines primum trahant (quod ferè contingit) ad cupiditatem divitiarum, unde postea facilius in mundani honoris ambitionem, ac demum in Superbia barathrum deturbari queant.

Atque ita tres sunt precipui tentationum gradus in
vitijs, honoribus, & Superbia fundati, ex quibus in alia
tiorum genera omnia praecepta fit decursus.

Similiter ex opposito considerandus est summus, opti-
que Dux noster, & Imperator Christus.

Primum Punctum erit, conspiciari Christum in amo
campo juxta Ierolimam, humili quidem constitutum
sed valde speciosum formam, & aspectu summè amabilem.

Secundum autem est, speculari, quo pacto ipse
Dominus universi electos Apostolos, Discipulos, & Minis-
alios per orbem mittat, qui omnium hominum generum,
tui, & conditioni doctrinam sacram, ac salutiferam
pertiant.

Tertium, auscultare concionem Christi exhortatoriam
ad servos & amicos suos omnes in opus tale destinatos,
eis precipit, ut juvare studeant, quemlibet, ac primo
cendum curent ad spiritualem affectum paupertatis, &
super (si divini obsequij ratio, & electio celestis eos ser-
secundam actu ipso veram paupertatem; deinde ut ad
probrij, contemptusq; desiderium alliciant, unde humili-
tis virtus enascitur. Et ita consurgunt tres perfectionis
dus, scilicet paupertas, abjectio sui, atque humilitas,
ex diametro divitiis, honori, & superbia opponuntur, ac
vites omnes statim introducunt.

Colloquium postea formandum erit ad Virginem beatam
implorandamq; est per eam à Filio gratia, ut recipi possit
manere sub vexillo, idq; primò per spiritualem tantum pau-
pertatem, aut etiam in rerum exspoliatione sitam (si quod
dem ad eam me vocare atque admittere dignabitur) detra-
per abjectionem quoque seu ignominiam, ut ipsum im-
Sicinius, deprecando tamen culpam aliorum, ne contentio
mei tam in alicujus detrimentum, quam in offensam de-
cedat. Terminabitur primùm hoc colloquium per
MARIA.

Secundum Colloquium ad Christum dirigitur, ut matris
Patre impetret illud idem, subdeturq; in fine Oratio ad
ma Christi.

Tertiam ad Patrem, ut annuat petitioni, cum Patre
noster.

Pro meliori intellectu hujus Meditationis duo obiter notanda sunt. Primum est, quod S. Pater Ignatius hac similitudine duorum vexillorum usus sit, eò quod illam præ aliis idoneam valde judicaverit, ad Spiritus contrarios detegendos, qui intra nos pugnant, primamque nobis lucem ingenendam pro Spirituum discretione necessariam, ut tantò melius inter bonum & malum distinguere, & huic quidem resistere, illud verò eligere, & sectari valeamus. Alterum est, quod idem Sanctus Pater in hac Meditatione nullam concupiscentiæ carnis, quæ tamen inter potissimos animæ hostes numeratur, mentionem fecerit, eò quod ea duntaxat (ut Suarez to. 4. de Relig. l. 9. c. 5. n. 29. putat) enumerare voluerit, quæ maximè perturbant rectam electionem, suntque divitiarum, honor, & superbia; non autem carnis concupiscentia, cum, quidquid in hoc genere vitiosum est, non cadat sub electionem, sed per se notum sit, eam compesci & frangi debere. Porro ut & hanc Meditationem facilius sibi applicare possit Sacerdos, poterit eam in tria puncta ad hunc tenè modum dividere.

Punctum I.

Considera 1. Quales sint Duces, qui te ad suum vexillum attrahere conantur, videlicet ex una parte Christus Creator, Redemptor ac summus Benefactor tuus, Dux potentissimus, felicissimus, & amantissimus suorum Militum, honestissimum belli sui finem, majorem scilicet DEI gloriam, & tuam ac aliorum salutem habens, & amplissimum denique ac perpetuum præmium promittens. Ex altera verò parte Dæmon infensissimus DEI, & tuus, omniumque hominum Hostis, atque adeò pro fine horum omnium perditionem constituens, & præmij loco milites suos inexplicabilibus tormentis per totam æternitatem excrucians.

Considera 2. Si juxta S. Job testimonium, Militia est vita hominis super terram, atque adeò necessario sub alterutro Duce pugnandù est, an non æquius sit, ut sub Christo omnes optimi Ducis condiciones habente, ex fine tam glorioso, & pro tam magno præmio, quam sub Dæmone contraria omnia habente, & promittente, stipendia merearis.

Considera 3. Si ob allatas rationes quivis homo Christi
vexil-

vexillum jure merito sequi debet, quanto potiori jure & caritate tu Christi castra sequi debeas, utpote quem non modo ad bellum vocare, sed etiam inter præcipuos suos Cæsarum adlegere dignatus est. Vide proin, quomodo te ad hæc ætenua gesseris; & si quidem te Vexillum Christi deservit deprehenderit, vel nunc veniam supplex à Duce Christo pete, atque, ut probrum ex imbecillitate & infidelitate committum fortissimis facinoribus, & generosis victorijs eluas, ad id te conaturum promitte. Colloquium etiam ad SS. Patres & Tronos insitui potest.

Punctum II.

Considera 1. Contra quos præcipuè hostes pugnandum sub vexillo Christi, videlicet contra triplicem Exercitium quem inimicus Daemon contra te & omnes homines eductus divitiarum scilicet, voluptatum, & honorum inordinatum amorem & concupiscentiam; nam, ut rectè S. Jacobus advertit, *unusquisque tentatur à concupiscentia sua abducitur & illectus.*

Considera 2. Quantopere timendus sit hic hostis, ob triplicem causam. 1. Quia tam multas jam victorias à fortissimis quibusque Heroibus reportavit. 2. Quia internus & domesticus hostis est, atque adeò declinari neque cum, teste S. Scriptura Gen. 8. *Sensus & cogitatio hominis cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua.* 3. Quia perpetuum cum eo bellum gerendum est; nam, ut bene advertit pius Author 1. c. 13. *non est homo securus à tentatione, quamdiu vixerit, quia in nobis est, unde tentamur ex quo in concupiscentia nati sumus.*

Considera 3. Si generosi Milites tantò amplius gaudent de hostis potentia & fortitudine, quanto meliorem sibi occasionem oblatam advertunt, insignem Victoriâ, præcæque reportandi, quantopere tu quoque gratulari debeas de tam multiplici & gloriosa certandi & vincendi occasione oblatâ, quòd proinde teipsû ad certamen illis S. Chrysolostomus (de Mart. verbis animare debeas: *Vnde in Christiano Sacerdos) delicatus es Miles, si putas, te posse sine pugna & incere, sine certamine triumphare. Exere Sives, forte dimica, atrociter in prælio isto concerta. Considera patrum*

conditionem attende, militiam nosse: pactum, quod spon-
dit: conditionem, qua accessisti: militiam, cui nomen de-
disti. Colloquium ad B. Virginem, rogando illam, ut, quo-
ntiam ipsa terribilis fuit, & etiam nunc est, sicut castrorum a-
cies ordinata, ita te quoque tuis hostibus terribilem, sua in-
tercessione facere dignetur.

Punctum III.

Considera 1. Quam præclaro exemplo tibi præverit Dux
tuus Christus in certamine contra triplicem hunc Hostem
suscipiendo, dum scilicet post quadraginta dierum in deser-
to commorationem, triplicem cum hoste conflictum susce-
pit, & in primo quidem concupiscentiam carnis, in altero
concupiscentiam honoris, in tertio concupiscentiam divi-
tiarum generosè ac feliciter superavit, ita ut Dux ipse Dia-
bolus cum triplici suo Exercitu eum derelinquere coactus sit,
nequaquam amplius redire ausus.

Considera 2. Quibus armis potissimum usus sit ad hostes
hos superandos, videlicet gladio ancipiti Spiritus, quod est
Verbum DEI, cum, quoties Diabolus ipsum tentavit, eun-
dem sententiâ aliquâ ex S. Scriptura velut Verbo DEI petra
elaserit, & fugarit.

Considera 3. Quam aptus & efficax sit hic gladius ad si-
mitem de iisdem hostibus victoriam reportandam, cum di-
rectè jagulum petat triplicis concupiscentiæ, & oblati leu-
ostentis bonis melioribus falsam & apparentem divitiarum,
honoris, & voluptatum bonitatem vilescere & desipere fa-
ciat. Quam sedulo proinde ac constanter à te maxime, velut
Sacerdote clavem ad Armamentarium Verbi divini seu S.
Scripturæ habente usurpari, aliisque tibi subjectis Militibus
distribui debeat. Maxime verò unam ex sequentibus senten-
tiis usurpando: *Quid mihi est in celo, & à te quid volui su-
per terram? DEVS cordis mei, & pars mea in æternum.* Ps.
72. *Renuit consolari anima mea, memor sui DEI, & dele-
ctatum sum.* Psal. 76. *Delectare, O anima mea, in Domino,*
& absit tibi petitiones cordis tui. Psal. 36. *Absit mihi glo-
riari (& delectari) nisi in cruce Domini nostri IESV Chri-
sti, per quem mihi Mundus crucifixus est, & ego mundo.*
Gal. 6. Excita proinde te ad prælium pulchrâ illâ pij Autho-
ris

ris l. 3. c. 56. sententiâ: *Eja Fratres, pergamus simul, IESUS erit nobiscum. Erit Adjutor noster, qui est Dux noster, praeceptor. En Rex noster ingreditur ante nos, qui pugnat pro nobis. Sequamur civiliter, nemo metuat terrores, parati mori fortiter in bello, nec inferamus crimen nostrum, ut fugiamus à Cruce.* Colloquium ad Christum cecundo cum memorato Alceta: *Domine IESU, sicut dixisti, & promisisti, sic fiat, & mihi promereri contingat. Summi suscepi de manu tua Crucem velut vexillum, & Verbum velut gladium ancipitem ac sanctum, in quo deijciam omnes Adversarios meos; portabo, & portabo eam usque ad mortem.*

MEDITATIO II.

DE TRIBVS CLASSIBVS.

Etiâ hæc Meditatio per commodè subjungitur Meditationi de duobus vexillis; cum enim Miles, postquam Hostium sui fraudes & Machinationes cognovit, & contra eundem fortiter pugnare decrevit, nihil magis necessarium sit, quam ut arma alacriter corripiat, & suum in ipsa acie Ordinem locum à Duce assignatum teneat, rectè S. Ignatius in hac Meditacione diversitatem eorum, qui Christum sequi volunt proponit, ut cognitâ priorum graduum insufficientia ad nem optatum obtinendum; ad tertium & perfectissimum gradum pervenire contendamus, sicque S. Pauli consiliis ad æmulanda charismata meliora adhortantis sequamur.

Textus S. Ignatij.

Preludium primum fiat, propositis historia tribus huiusmodi classibus distinctis, quarum unaquaq, decem milia catorum alio, quam divini cultus & amoris studio servaverit, nunc autem placatum habere DEVM, & salutem exoptet, sublato utcunque noxio affectu rerum, utpote salutaris impedimento.

Secundum est, imaginaria constructio loci cuiuslibet, quo & ideam, meipsum coram DEO, Sanctisq, omnibus stantem atque perseverantem, cum desiderio intelligam quoniam pacto ipsi DEO placere queam potissimum.

Tertium est, optata rei petitio, nimirum gratia, per quam id eligam, quod & DEO acceptissimum, & mihi saluberrimum futurum sit.

Prima igitur Classis optat quidem acquisita rei acquirere affectum, ut conciliari DEO possit, sed media, debitaque adminicula toto & ita tempore non admoveat.

Secunda itidem affectum malè ordinatum auferre cupit, sed rem interim mordicus tenere, ac DEVM potius irahere ad votum proprium, quam relicto impedimento, per conducibiliorem Statum ad illam tendere.

Tertia postremo affectum insincerum solens abijcere, rem ipsam vel tollere, vel tenere aequè parata est, prout ad divinum cultum commodius fore, vel ex divino instinctu, vel ex rationis dictamine animadvertit, ac interim omnia relinquens integra, illud tantum versat, & inquirit, nec aliam admittit relinquenda aut retinenda rei acquisita causam, præter rationem ac desiderium divine gloria, ut quam maxima sit.

Colloquia tria subsequenter, ut nuper facta sunt in Meditatione de duobus vexillis.

Hæc Meditatio, ut ex contextu apparet, eò potissimum collimar, ut cognoscat Exercitans, non posse se perfectam paupertatem spirituales consequi, nisi etiam ad actualem sit dispositus, atque adeò paulatim ad Electionem Statûs facilius disponit. Quia tamen Sacerdos, qui hîc præcipuè indiget, Statum sacerdotalem jam elegisse supponitur, ideo ut debitum fructum ex hac Meditatione ipse quoque referat, poterit eandem in sequentem modum peragere.

Punctum I.

Considera I. primam Classem Sacerdotum in eo consistere, quod Ordinem quidem Presbyteratus, curamque animarum susceperint, sed nulla ad geminum hunc finem obtinendum media adhibere volunt; hinc SS. Missæ Sacrificium, Officium divinum, & similia Exercitia spiritualia tepidè & sine fructu peragunt, Verbi divini prædicationem, & Sacramentorum administrationem obiter & sine legitimo Zelo obeunt, verbo, solo nomine Sacerdotis & Pastoris contenti sunt.

Con-

Confidera II. Quàm periculosum fit in hac Classe versari. Quis enim Dux toleraret Militem, nunquam ad vigilias, bellum, aliâque officia militaria prodire volentem, quis Dominus retineret Famulum, solo titulo Famuli contentum, nunquam autem ad debita servitia præstanda munum applicantem? quantò minùs ergo DEVS tolerabit Sacerdotem, si vitam & opera Vocationi suæ congrua non gerit? an non jure ad Sacerdotem ejusmodi illa Apocalypsis c. 3. verba repetet: *Scio opera tua, quia nomen habes, & vivas, & mortuus es. Esto sigilans, & confirma candelabrum, quæ moritura erant.* Et iterum c. 2. *Memor esto, unde cecideris, & age penitentiam, & prima opera fac; si non venio cito, & movebo candelabrum tuum de loco suo.*

Confidera III. An non & tu hac in Classe fueris; & si tandem in ea te fuisse deprehendas, emendationem serio propone, & sicut olim Alexander Militi nomen quidem Alexandri gerenti, sed nulla egregia facinora præstanti dixit: *nomen Alexandri depone, aut Alexandro digna gere:* ita tu similibus verbis adhortare: *aut Sacerdotis nomen depone, aut Sacerdote digna age:* nihil enim prodest, quod aliquis Sacerdos vocetur in nomine, si hoc non ostendit in opere, ut rectè olim in simili casu S. Augustinus Sen. 3. Sanctis pronuntiavit. Colloquium ad SS. Patronos.

Punctum II.

Confidera I. Secundam Classem Sacerdotum in eo consistere, quòd media quidem ad suam, aliorumque salutem curandam adhibere velint, non autem ea, quæ DEVS imperiores, recta ratio præscribat, sed potiùs, quæ proprius amor & voluntas dicat. Hinc in functionibus suis consolationem & laudem ac formam propriam, quam solum solum quærunt.

Confidera II. Quàm parùm honorificum, imò necesse etiam sit, in hac quoque Classe consistere. Quis enim Militem retineret, suo magis, quàm Ducis arbitrio ac electione pugnare volentem? an non defectu directionis auxiliij à Duce offerendi infeliciter pugnabit? idem autem Sacerdos timere debet, si media à se potiùs excogitata, quàm à DEO & Superioribus præscripta adhibeat. Tunc enim

ritio de eo verificabitur, quod Christus Joan. 15. dixit: *Si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palme, & ardet, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet.*

Confidera III. An non & tu in hac classe adhuc hæreas, acque adeo meritò illa Apoc. 3. verba applicare queas: non interio opera tua plena coram DEO meo. *In mente ergo habe, qualiter acceperis (vocationem tuam) & audieris (media, quæ adhibere debeas) & serua, & penitentiam age.* Colloquium ad B. Virginem.

Punctum III.

Confidera I. Tertiam Classem Sacerdotum in eo consistere, ut tam suam, quàm Proximi salutem non tam juxta suum, quàm DEI & Superiorum arbitrium procurare, omniàque ab ijs præscripta media sollicitè usurpare velint, illud Christi præceptum Joan. 15. semper ob oculos habentes: *Ego sum vitis, & vos palmites: sicut palme non potest ferre fructum à semetipso, sic nec vos, nisi in me manseritis.*

Confidera II. Quàm multa & efficacia motiva habeas, ut ad hanc Classem pervenire totis viribus contendas. Nam 1. Liberalitas DEI ad hunc Statum te vocantis id exigit, cui par est utique mutua liberalitate respondere. 2. Proprium tuum commodum id suadet; quò enim liberaliorem erga summam Majestatem te præstiteris, tantò eum in te liberaliorem etiam experieris, & in dies magis idoneus eris ad gratias & dona spiritualia uberiora percipienda, ut S. Ignatius suos p. 3. constit. c. 1. §. 22. hortatus est. 3. Ad salutem quoque Proximi promovendam mirè conducit hæc Classis, cum Christus aperte dixerit Joan. 15. *Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum: quis autem magis in eo manet, quàm qui ad exemplum illius non suam in omnibus suis actionibus, sed ejus qui misit illum, voluntatem ac gloriam querit.* 4. Exempla sæcularium quoque non modicè impellunt, quis enim non quotidie videt, quàm efficacia media ad finem sibi præfixum excogitent? quàm fortiter & constanter ea exequantur? potuerunt ergo illi & isti, & tu non poteris?

Confidera III. Quomodo hactenus conatus sis ad hanc classem pervenire, & conari deinceps velis, illam tibi S. Pauli ad
Instru. VIII. N li ad

li ad Eph. 4. sententiam ab Ecclesia dictam credens: *Obsecro vos, ut dignè ambuletis Vocatione, quâ Vocati estis, cum omni humilitate & mansuetudine, cum patientia & ceteris. Vocati estis in una spe Vocationis & cetera. Colloquimini ad Christum.*

Consideratio

De Cura Animarum.

Considera I. In quo consistat Cura Animarum, nimirum in hoc, ut veri Pastoris officium impleas, atque ad eum tibi commissas *pascas* SS. Evcharistia, & Verbo divinitus tam in Concionibus & Catechesi, quàm in privata conversatione. 2. Ut eas Oves tuas pro viribus *custodias*, committendo eas frequenter protectioni divinæ, repellendo malignarum occasionum, easque à fraudibus Furis infernalium seu Dæmonis defendendo, ut illicere aliquando possis cum Pastore Christi Joan 17. *Cum essem cum ois, ego servavi eos in nomine tuo. Quos dedisti mihi, custodivi, & nemo ex eis perijt.* 3. Ut ægrotas oves *sanet* per confessiones auditas, per opportunas correptiones, per salutaria media præscripta. Vide proin, quomodo hæc omnia habere observaveris, & observare deinceps velis.

Considera II. Quas ob causas hanc curam Pastoralē benè suscipere, & sedulò administrare debeas, videlicet Quia DEVS easdem tibi commisit, severam olim rationem exacturus, & ut S. Joannes Apostolus olim Episcopo, cui adolescentem educandum commiserat, dixit, ad te dictum Redde depositum meum. 2. Quia tam caro sanguinis vitæ Christi pretio sunt redemptæ, unde meritò S. Cyprianus Borromæus l. 3. c. 2. act. Mediol. f. 837. *Si, inquit, tam diligenter erga pecora diligentia impendunt Pastores illi (qui oves materiales custodiunt) quam, quæso, excusationem habebimus quibus rationales anima concedita sunt, quòd profundi hunc somnum dormimus?* 3. Quia amplissima mercedem promissa pro tali custodia; *scenim magna mercedis est, ait Gregorius l. 19. mor. c. 16. à morte eripere carnem quamque morituram, quanti est meriti à morte animam liberare in caelesti Patria sine fine & cetera. Pondera proin ha-*

motiva, & per eadem Zelum tuum sub cinere amoris proprii spiritum exuscita.

Considera 3. Quibus medijs & industriis uti debeas ad curam hanc Pastoralem dignè & fructuosè gerendam, videlicet iisdem, quibus Pastores ovium materialium uti consueverunt. Et primò quidem Amorem specialem erga oves tuas concipiendo; si enim Dæmon olim, cùm à Christo in iudicio rogatus, cur dicere ausus sit, quòd majori impetu in perniciem animarum feratur, quàm torrens violentus per campos rapi consuevit, respondit: *quia tu illas tantopere amas*; quidni eundem amorem tu quoque considerans simili amore accendaris, atque adeò & simili impetu rapiaris ad eas diligentissimè custodièdas. Secundò Vigilantiam velut carnem secum semper habendo, sicque diligenter pericula, quæ ingruere possunt, sollicitè prævidendo, & fortiter removendo. Tertiò Baculum fortitudinis & invictæ constantiæ in manibus semper tenendo, illud Christi Matth. 10. semper ob oculos habendo: *Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere*, nisi per vestram timiditatem & locordiam eis aditus ad illam permittatur. Vide proin, quàm efficacia sint hæc media, & quomodo tu ea hactenus adhibueris, aut adhibere deinceps velis. Colloquium ad Christum.

MEDITATIO III.

DE VITA PUBLICA CHRISTI.

Per Vitam publicam Christi hoc loco nihil aliud intelligitur, quam tres anni ultimi Vitæ Christi, quos in salute Proximi per publicas actiones, puta conciones, sanationes, conversationes &c. procuranda consumpsit, unde Scopus hujus Meditationis erit addiscere, quomodo Christus cum hominibus egerit, & quibus industriis eorum salutem procuraverit.

Præiudicium primum erit, Christum in tertis obambulantem, & prædicantem, aliâque beneficia tam corporalia, quàm spiritualia conferentem inveni.

Secundum erit, petere gratiam, ut hoc Exemplar bene aspicere, & quàm proximè imitari queam.

Punctum I.

Confidera I. Quomodo Christus se ad vitam hanc publicam præpararit, & quid ante curam animarum susceptam observarit, videlicet 1. Per baptismi Peccatoribus præcipue poenitentiam administrati susceptionem, perfectissimam militatem exercuit, ut, quo altius futurum erat prædicationis Evangelicæ ædificium, tanto profundius prius fundamentum jaceret. 2. Non antè, quàm à Patre cælesti mitteretur, illaque vox: *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui*; de cælo audiretur; ut adeò merito illa facta c. 61. verba usurpare potuerit: *Spiritus Domini super me, eò quòd unxerit Dominus me, evangelizare pauperibus misit me, prædicare captivis remissionem*. 3. Orationi & jejuniis per quadraginta dies vacavit, ut gratiam ad tantum opus necessariam petere, & impetrare doceret. 4. Dæmonium ter tentantem fortiter repulit, & vicit, ut iterum in exemplo suo doceret, neminem securè alios ad pugnam cum Dæmone & vitijs suscipiendam efficaciter hortari posse, non priùs ipse generosam de hoste victoriam reportasset.

Confidera II. Quàm aptæ sint hæc industriæ ad curam animarum fructuosè suscipiendam, eò quòd per eandem Operarius Evangelicus cum DEO arctius jungatur, adeò adeò optatum successum, & gratiam vocationis jure merei sperare queat.

Confidera III. Quomodo tu hæcenus has industriæ observaris, & observare deinceps velis. Colloquium ad Patronos.

Punctum II.

Confidera I. Quomodo Christus se gesserit, quando ad curam animarum suscepit; videlicet quòd 1. hanc curam suscepit *prudenter*, præmittendo orationem; & bonam attentionem præmittendo omnibus actionibus, ut, dum irrigaret, & plantaret, DEVS incrementum daret. 2. *Universaliter*, omnes æquali amore complectendo, ita ut jure illud præ potuerit: *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos*. Matth. 11. 3. *Efficaciter*, beneficia tam corporalia, quàm spiritualia liberaliter conferebat, ita ut hoc quasi exemplo perinde, ac S. Joannes Discipulus

lor ad imitationem hortatus sit: dicens: *Filioli mei, non diligamus serbo, aut linguâ, sed opere & Veritate.* 1. Joan. 3.

4. *Fortiter*, nulli difficultati aut murmurationi, alterive obstaculo cedens, nulli labori aut molestiæ succumbens, ita ut velut bonus Pastor animam suam dare non dubitaverit pro ovibus suis, ut per hoc indicium magnitudinem charitatis suæ probaret.

Confidera II. Quàm bene & succinctè his quatuor proprietatibus tota Pastoralis curæ obligatio & perfectio comprehendatur; quàm æquum proinde sit, ut ad hoc exemplar oculos, mentemque assiduò reflectas, & quàm proximè æmulari studeas.

Confidera 3. Quomodo id hætenus egeris, & agere deinceps velis. Colloquium ad B. Virginem.

Punctum III.

Confidera I. Quomodo Christus se post actiones in Proximi salutem susceptas gesserit, nimirum, quòd gratias Patri suo devotè egerit; nihil sibi de fructu, sed omnia Patri adscripserit, non quærens gloriam suam, sed ejus, qui miserat ipsum, Patris: non tristatus sit, si optatus successus & fructus non est secutus, sed placidè in divina ordinatione acquieverit.

Confidera II. Quàm æquum sit, ut tu quoque simili modo te geras; & primò quidem gratias tantò ferventiùs persolvas, quantò majus tibi beneficium collatum esse agnoscis, dum te velut tam vile & inutile instrumentum ad tam excelsum opus assumere dignatus est. Deinde verò de fructu etià tantò tibi minus adscribas, quantò clariùs cognoscis, te plantasse & rigasse duntaxat, incrementum autem à DEO datum esse, atque adeò meritò cum S. David. Ps. 113. exclames: *Non nobis, Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam.* Denique quoad fructum etià divinæ dispositioni plenissimè te conformes, sciens, quòd curam à te solùm exigat DEVS. non curationem, & securus sit labor tuus, ut quem nullus defectus evacuare valet, ut bene S. Bernardus l. 4. de consid. c. 2. advertit.

Confidera III. Quomodo hæc tria capita hætenus observaris, & observare deinceps velis. Colloquium ad Christum.

Ex lib. 3. de Imitatione legi potest c. 56.

Ex libello Exercitiorum verò legi possunt tres Gradus Humilitatis in hunc modum à S. Ignatio propositi.

Primus Humilitatis modus hic est ad salutem necessarius ut me penitus subdum divina legi observanda, utque mundi quidem totius oblato mihi dominio, & extremo discrimine objecto, transgrediar ex deliberato Mandatum ullum divinum, aut humanum, quod quidem peccati talis Vinculo nos obliget.

Secundus majoris est perfectionis, ut fixo animo ad divitias, paupertatem, honorem, ignominiam, brevitatem ac longitudinem, aequè sim propensus, ubi aequalis est detrahitur laudis & salutis mea occasio, utque nulla vel humana quocumque tacumque felicitatis, vel propriae mortis conditione propensum adducar unquam, ut culpam, licet venialem tantum carnem admittere.

Tertius est modus humilitatis absolutissima, ut prope iam duos adeptus, etiam si nullo superaddito laus DEI periret, ad majorem tamen imitationem Christi, eligam pauperem cum copauere, spreto, & illuso, paupertatem, contemptum & insipientia titulum complecti, quam opes, honores, & sapientia estimationem.

Porro circa hos tres gradus rectius intelligendos, sequentia breviter annotasse proderit. Primò finem eorundem esse, ut omnium præteritarum Meditationum fructus in rospendium redigantur, & proposita in eis facta confirmemur, unde S. Ignatius eorum considerationem non pro speculativa Meditatione præscripsit, sed solummodo per vices, totò decursu, recolere eos iussit.

Secundò totam perfectionem Christianam in his tribus gradibus contineri, atque adeò primum viæ purgativæ, secundum illuminativæ, tertium unitivæ respondere.

Tertiò. Eisdem gradus appellari à S. Patre modos humilitatis, eò quòd humilitas, licet immediatus ejus finis sit, effectum propriæ excellentiæ moderari, per hanc tamen considerationem conetur perfectè hominem subjicere DEO, & mandatorum perfectam observationem disponere.

casuper rationem, cur hos gradus sic nominaverit, affert Lu-
 dovicus de Palma, quod scilicet hi gradus contemptum o-
 mnium divitiarum & honorum, & vires, bonamque dispo-
 sitionem ad infamiam & vilipensionem subeundam exi-
 gant, quæ omnia sine profunda humilitate fieri non possunt.

Quartò hos gradus à S. Patre faciendæ electioni præposi-
 tos fuisse, eò quòd hæc electio maximè pendeat ex abstra-
 ctione à rebus temporalibus, animiq; subiectione ad Deum,
 quæ utraque dispositio per hos tres gradus obtinetur.

Materia Scriptionis.

Pro hac hodie materiam copiosam axiomata quædam spi-
 ritualia dabunt; hæc enim sunt quasi firmi lapides, ex qui-
 bus fundamentum Christianæ perfectionis construi debet,
 ad quos in memoriam & animum jaciendos sequentibus
 verbis hortatur Origenes hom. 26. in Lucam: *Antequam*
eruat ur tempestas, antequam ventorum flatus consurgant,
& intumescant flumina, omne studium ad adificiorum fun-
damentum vertamus: edificemus domum nostram firmis lapi-
dibus, ut, cum durus turbo surrexerit, ostendamus nos habe-
re adificiam supra firmam petram Christum IESVM. Ut
 autem ejusmodi axiomata in promptu habeas, sequentem in
 modum annotari possunt.

Axiomata Vitæ Spiritualis.

I. *Nemo bonus, nisi solus DEVS,* Luc. 18. intellige sub-
 stantialiter, & à se. Hinc DEVS Moyse Exod. 33. *Veni, ego*
ostendam omne bonum tibi.

II. *Fecisti nos, Domine, ad te, & inquietum est cor no-*
strum, donec requiescat in te. S. Augustinus l. 1. Conf. hinc
 DEVS triangulare cor fecit, ut innueret, à solo DEO uno &
 trino, non autem à circulari Mundo impleri illud posse.

III. *Dulcius ex ipso fonte petuntur aqua;* quia ex illo
 purius, recentius, copiosius hauriuntur. Hinc DEVS Jerem.
 2. queritur: *Me dereliquerunt fontem aqua viva.*

IV. *Gustato Spiritu despicit omnis caro;* hinc S. David hor-
 tatur Ps. 33. *Gustate, & videte, quoniam suavis est Do-*
minus.

V. *Nihil malum, nisi peccatum;* quia hoc solùm separat
 à sum-

à summo bono, vel minuit possessionem illius. Hinc S. Petrus 1. c. 3. *quis est, inquit, qui noceat vobis, si boni amatores fueritis.*

VI. *Tantum proficies, quantum tibi vim intuleris.* Thomas Kemp. l. 1. c. 25. quia, cum seclus hominis ad malum proni sint, necesse est, ut, quanto violentius se à malo abstergerit, tanto propinquius ad summum bonum accedat. Hinc S. Ignatius, & Franciscus Xaverius nihil magis, quam virtutem suam commendabant.

VII. *Si vis vitam, muta vitam.* S. Augustinus. quia mutando vitam tuam imperfectam, moreris tibi, quantum autem moreris tibi, tantum Deo vivis, qui est vita vera, jucunda, secunda, perfecta.

VIII. *Omnis gloria Filie Regis ab intus.* Pl. 44. quia omnis gloria hominis in possessione summi boni, quae per amorem obtinetur, consistit; amor autem intrinsecus est virtutis. Hinc merito DEVS per Prophetam Jer. c. 9. honoratur: *Non gloriatur Sapiens in Sapientia sua: & non gloriatur fortis in fortitudine sua: & non gloriatur dives in divitiis suis: sed in hoc gloriatur, qui gloriatur, scire, & non esse me.*

IX. *Optima Vita optimus DEI cultus.* Seneca in poemate. quia optima vita est vita beneplacito & voluntati DEI conformis; nemo autem DEVM magis colit, quam qui eius voluntatem perfecte implet; hinc S. Augustinus in Pl. 150. dicit: *Vis semper laudare DEVM & benefacere omnia, qua scilicet & semper laudasti DEVM.*

X. *Rectè novit vivere, qui rectè novit orare.* S. Augustinus ho. 40. quia duo media ad vitam rectè instituendam sunt necessaria, illustratio intellectus, & motio voluntatis, haec autem utrumque per orationem rectè institutam obrietur.

XI. *Tantum DEVS apponit ad adiutorium, quantum addimus ad studium.* Cæsarius hom. 3. ad Monachos. Quia quando homo facit, quod in se est, tunc præparatio hominis ad gratiam habet necessitatem ad id, ad quod ordinatur a DEO, non quidem necessitatem coactionis, sed infallibilitatis, quia intentio deficere non potest, uti S. Thomas 1. 2. q. 112. a. 3. discipulatur.

XII. *Summa patientia, summa scientia;* quia hæc scientia, scilicet nosse rectè pati, est summè necessaria, utilis, &

Hinc S. Paulus aperte dicitur, me scire aliquid inter vos, nisi IESVM Christum, & hanc crucifixum.

XIII. *Opinio, non tribulatio nos cruciat*: quia tribulatio mala in se non est, cum summam recte accipientibus utilitatem afferat; sed opinio de illa malam facit; cum igitur turbamur ex earum adventu, non alios culpemus, sed nos ipsos, id est, opiniones nostras, ait recte Epictetus. c. 10. Enech.

XIV. *Prima Virtus Monachi est, hominum iudicia contemnere*. S. Hieronymus in epist. ad Pammach. quia cum humana iudicia plerumque valde distorta sint, id est, contraria recte rationi, nihil unquam recte aget, qui talibus iudicijs velut regulæ suas actiones conformat. Hinc S. Paulus 1. Cor. 4. dixit: *Mihi autem pro minimo est, ut à vobis iudicer, aut ab humano die*. Si enim hominibus placerem, Christi servus non essem.

XV. *Perfectio maxima in minimis*. Quia in his major difficultas superanda est, atque adeò amor Dei, in quo perfectio consistit, magis exercetur; hinc S. Ignatius, teste Niccolao Lyrazo l. 1. apoph. 5. ad quendam sic scripsit: *Libentissimè audimus, te inter fratres infima quarere, & ultima atque minima consecrari; nam magnitudo humana mentis non in celsa est, ut magna ex suo sensu quis eligat, & amplectatur, sed ut ad minima se extendat. Perge igitur exerceri in minimis, ut maxima aeterna vita promissa promerearis*.

XVI. *Qui abstinens est, adjiciet vitam*. prov. 21. quia, dum sanitatem corporis conservat, vitam quoque corporalem adjicit; & dum ad spirituales actiones ritè peragendas aptior per abstinentiam efficitur, spirituales quoque vitam gratiæ & gloriæ non mediocriter auget.

XVII. *Qui se humiliat, exaltabitur* Luc. 14. nam I. exaltatur ad majorem amicitiam Dei. ut S. Augustinus in ps. 25. indicavit dicens: *Vis esse exaltatus? esto humilis, quia surgimus sancti, cum fuimus humiles*. II. Exaltatur ad officia digniora: quia Deus infima mundi eligit, ut confundat fortia. III. Exaltatur ad famam majorem, quia gloria sequitur fugientes.

N 5.

XVIII.

XVIII. *Omnia nostra aliena sunt, solum tempus nostrum est.* Seneca. quia temporis solius perfectum dominium habemus; hinc tam sollicitè inonet Apostolus ad Eph. 5. *Redete, Fratres, quomodo cautè ambuletis, non quasi iniqui, sed quasi sapientes, redimentes tempus.*

XIX. *Obediens loquetur Victorias.* Prov. 21. quia 1. vincet *demonem*; quia per solas voluntates nostras propinuos impugnant, atque ad eò, dum hæc alijs perfecte per obedientiam subicitur, arma demonis infringuntur. Hinc Gregorius in 4. Reg. c. 4. *ceteris virtutibus, inquit, deus impugnamus, obedientia vincimus.* II. Vincet *carum propriam*; expedit enim inferius subijci superiori, inquit S. Augustinus, *ut is, qui subijci vult id, quod inferius subiciat se superiori suo. Tu majori, tibi minor.* Ty. D. sibi caro. Hinc Thomas Kemp. l. 2. c. 13. monet: *Disce gatur celeriter superiori tuo te submittere, si carum propriam optas subjugare.* III. Vincet *inimicos*; quia, si placuerint Domino viæ ejus (id quod maximè per obedientiam fieri solet) etiam inimicos convertet ad pacem; certè, cum sit vir secundum cor Dei, brachium Dei confortabit eum. IV. Vincit *difficultates in actionibus occurrentes*; quia, cum faciat cum Ezechia mandata, quæ præcepit Dominus, cum ipso quoque Dominus erit, & in cunctis, quæ processerit, sapienter se geret. V. Vincet *tribulationes*; quia obedienti perinde ut diligenti omnia convertentur in bonum.

XX. *In Christianis non exordia laudantur, sed finis.* Hieronymus l. 1. contra Jovin. nam incassum bonum agitur, si ante vitæ terminum deseratur; & frustra velociter currit, qui, priusquam ad metas venerit, deficit, ut S. Gregorius l. 1. mor. rectè pronuntiavit.

EXERCITIA TERTIÆ HEBDOMADÆ.

HActenus in superiori hebdomada consideratum est, per rationem Christus Dux & Magister noster prima doctrina hominis Christiani, scilicet *abstinere, & agere, docere*

rit, superest, ut pariter nunc consideretur, quomodo tertium officium, videlicet *sustinere* docuerit, id quod in tertia hac hebdomada discetur. Unde facile patet, quis sit scopus huius hebdomadae, nempe *artem patiendi* à Christo velut peritissimo Magistro discere; quòd ut facilius obtineatur, sequentia de hac arte monita breviter notanda sunt.

Primum monitum est, artem hanc in tribus praecipue regulis consistere, scilicet ut *patienter*, id est, absque murmuratione & contradictione: *libenter*, id est, eo animo, ut, si optio daretur iater auream & spineam coronam, hanc cum S. Catharina Senensi eligeremus; *ardenter*, id est, cum gaudio (juxta S. Jacobi c. 1. monitum dicentis: *Omne gaudium existimate, Fratres, cum in variis tentationes incideritis*) tribulationes sustineantur. Quos tres gradus seu regulas S. Bernardus S. 1. de S. Andrea assignavit, dicens; *Triplicem hic considerare licet gradum, incipientium, proficientium, & perfectorum. Qui initiatur à timore, Christi crucem sustinet patienter: qui proficit in spe, portat libenter; qui vero consumatur in charitate, amplebitur jam ardenter. Solum etenim iste est, qui dicere possit: Amator tuus semper fui, & desideravi amplecti te. Felix anima, quae ad hunc pervenerit gradum.*

Secundum monitum est, plurima quidem esse objecta, circa quae ars hae, patiendi versari solet, sed ea omnia ad tres classes revocari posse, videlicet ad indigentiam, dolores & contemptum, quas classes P. Balthasar Alvarez Societatis Jesu sacerdos tres Comites Christi appellare solebat, eò quòd per totam vitam copiosas earum patiendarum occasiones habuerit, maximè verò tempore passionis suae, uti ex meditationibus sequentis diei apparebit.

Tertium est, varia quidem media ad hanc artem adducendam ab Ascetis & Patribus spiritualibus praescribi, sed primum meritò cenferi, ut fundamentum hujus artis bene apprehendat, quod est, certò sibi persuadere, imò firmissima fide credere, quòd nihil sine voluntate approbativâ, & permissiva Dei fiat; quidquid autem Deus fieri permittit, id ex singulari Providentia ac sapientia ipsius ad summam nostram utilitatem dirigi, vel ut castiget nos tanquam Pater: vel probe nos, tanquam Dux & Magister: vel perficiat nos,

magis-

magisque uniat sibi tanquam sponfus, ex quibus similes
semper unum præfigit Deus, & propterea pl. 28. *Filius un-*
icornium vocatur, eò quòd non cæco impetu feriat, ut Tri-
habentes cornua supra oculos facere consueverunt, sed sic
unicornis, quòd cornu suum habet infra oculos, ut adeò
deat, quem & quâ ratione ferire velit; sed & cornu va-
salutari ferit, utpote quod aquas venenatas à veneno
rat, & purgat.

Quartum monitum est, hanc artem omnibus quidem
minibus necessariam esse (cùm omnes oporteat per tribu-
lationes introire in regnum Dei, act. 14. & ut S. Lau-
rentius Justin. c. 3. ligni vitæ advenit, *universum vitæ*
stra tempus sit quadam vigilia solemnitatis aternæ; vigilia
autem utique non sit tempus deliciarum, sed fletus)
præcipuè tamen Sacerdotibus convenire, tum quia ipsi qui
que sunt vas à Deo electum, ut portent nomen Dei
gentibus & Regibus, atque adeò ostendatur etiam
quanta oporteat eos pro Christi nomine pati; tum quia
sunt Capitanei Christi velut supremi Ducis, atque adeò
ritò etiam majori fortitudine præditi, atque ad adven-
ta perpetienda parati esse debent, cùm, ut S. Theresia,
Lancizio opusc. 9. n. 13. dicere solebat, semper observat
sit, eos, qui Christo viciniore extiterunt, plus alijs labo-
bus & adversis lancinatos & vexatos fuisse. Unde Sacer-
curam animarum suscipiens imaginari debet sibi contig-
re, quod S. Henrico Sufoni, teste Nicolao Lyrao in appo-
S. Ignatij l. 1. apoph. 3. contigisse scribitur, dum scilicet
juvenis quidam à Deo missus ocreas, scutum, & hastam
tulit dicens: *Noveris, te hæcenus inter pedites merari*
modo serò ad equestrem Ordinem vocari; prius enim,
lubuit, te castigasti, nunc flagello iniqua lingua caderis;
hæcenus uberibus Christi lactatus, nunc felle potaberis;
hæcenus hominibus gratus eras, licet tibi inimicus, nunc ho-
mines contra te calcaneum levabunt. Unde meritò, si
experiatur, dicere potest Sacerdos, quod Seneca lib. de
vid. dixit: *Digni visi sumus Deo, in quibus experiretur*
quantum humana natura pati possit: Optimi milites
durissima mittuntur.

DIES QUINTA.

Copus hujus diei est, discere à Christo, quomodo se ad
 artem patiendi exercendam præparare debeat Sacerdos;
 ad hanc enim præparationem ipse Christus non semel disci-
 pulos suos hortatus est, maxime verò Jo. 15. dum dixit:
*Mementote sermonis mei, quem ego dixi vobis. Non est ser-
 vas major Domino suo. Si me persecuti sunt, & vos perse-
 quentur. Et iterum c. 16. Absque synagogis facient vos, sed
 venit hora, ut omnis, qui interficit vos, arbitretur, obsequi-
 um se præstare Deo. Sed hac locutus sum vobis, ut, cum ve-
 nerit hora, eorum reminiscamini, quia ego dixi vobis.* Hinc
 etiam S. Augustinus in pl. 40. monet: *Ad tribulationes, pres-
 suras, angustias, tormenta, dolores, abundantiam tentatio-
 num paremus animos; ne imparati deficiamus; hac enim
 vobis scriptura in hoc sæculo promittunt. Ne autem falli ti-
 meamus à scripturis, sic paulò ante locutus est. Fratres mei;
 obsecro vos, attendite scripturas nostras, si aliquid se felle-
 rant, & si aliquid dixerunt, & aliter accidit, quam dixe-
 runt. Quia verò Christus triplicem præcipuè præparatio-
 nem adhibuit, scilicet lotionem pedum, Eucharistiæ insti-
 tutionem, & orationem in horto, ideò quomodo eandem Sa-
 cerdos quoque imitari debeat, per triplicem hodiernæ diei
 meditationem ostendetur.*

Tessera:

Ludam, & vilior fiam plus, quàm factus sum, & humilis ero
 in oculis meis, 2. Reg. 6.

MEDITATIO I.

DE LOTIONE PEDUM, SUMMAQUE
 humilitate per eam à CHRISTO
 exercita.

Punctum I.

Præludia more consueto.

Considera I. Qua potissimum de causa Christus se ad pe-
 des

des Apostolorum abjecerit, pedesque laverit, nempe ut huiusmodi militatis profundissima exemplum pulcherrimum relinqueret; hoc enim ipse Jo. 13. indicavit, dum dixit: *Exemplum dedi vobis, ut, quemadmodum ego feci, ita & vos faciam* quod utique non de lotione pedum, sed humilitate per exercitia intelligendum est, ut scilicet, quemadmodum Matt. 11. dixit, discerent ab ipso mites & humiles corde, id est, non modo se minimos omnium per intellectus suorum aestimarent, sed etiam revera ut tales ab alijs haberi & tractari per voluntatis affectum appeterent.

Considera II. Quam magnum & praeclarum fuerit exemplum; si enim magna profus, teste S. Bernardo *missus est, & rara virtus est humilitas honorata, mirabile te apparere, & contemptibilem te reputare; quam oportet fuisse Christi humilitatem, qui cum in forma Dei esset non rapinam arbitratus est, esse se aequalem Deo, sed se ipsum exinanivit, formam servi, id est, hominis quoad conditionem status postremi & minimi, accipiens.*

Considera III. An non S. Augustinus hoc exemplum considerans merito to. 2. Epist. 56. dixerit: *Obsecro, & precor, ut si quid precor, non patiamini sine causa tam pretiosum exemplar vobis exhibitum esse, sed conformamini illi, & renouemini spiritu mentis vestrae.* Vide proin, quomodo hoc exemplar haecenus secutus sis, & sequi deinceps velis, maxime cum tam praeclaram habeas occasionem, Parochianis tuis cum magna humilitate te subjiciendi & serviendi, si non materiali, spirituali certe pedum lotionem, id est, absolute sacramentali. Colloquium ad SS. Patronos.

Punctum II.

Considera I. Quas ob causas Sacerdos specialiter Christi exemplum imitari, profundissimaque humilitate studere debeat, videlicet I. *Ob summam suam dignitatem, qua omnes homines, etiam ipsos Reges, ut alibi ex SS. Patribus ostensum est, superat, unde merito sibi applicare debet salubre Siracidis c. 3. Eccl. monitum: Quanto magis humiliare te in omnibus, & coram Deo invenies gratiam, quoniam magna potentia Dei solius, & ab humilibus honoratur.* II. *Ob muneris sui qualitatem: cum enim*

hujus muneris sit Dei gloriam suamque & proximi salutem
 pro viribus procurare, meritò humilitatem tanquam effica-
 cissimum medium ad triplicem hunc finem obtinendum, ar-
 ripere debet; cum Deus infirma & humilia mundi eligere
 soleat, ut confundat fortia. Unde meritò Sacerdos S. Au-
 gustini sapientissimum consilium sequi debet, in serm. de
 verbis Domini dicentis: *Cogitas magnam fabricam con-
 struere celsitudinis* (qualis utique est gloria Dei major, &
 propria, proximique perfectio) *de fundamento prius cogita
 humilitatis.* III. *Ob patientia necessitatem:* cum enim
 ars patendi Sacerdoti præ reliquis sit necessaria, æquissi-
 mum est, ut humilitati quoque specialiter studeat, quia, ut
 Deus ipse S. Catharinæ Senensi Dial. c. 154. dixit, humili-
 tatis soror est patientia invicta, & hæc patientia est medulla
 charitatis, ac signum evidens, ac apertè demonstrativum,
 quòd anima sit in gratia consistens in Deo. Unde de ipso
 Christo S. Paulus ad Philipp. 2. dixit, quòd prius humili-
 avit seipsum, & postea primum factus sit obediens usque ad
 mortem crucis.

Considera II. Quàm efficacia sint hæc motiva ad humili-
 tatem persuadendam, quamque ascò verè S. Joannes Evang.
 B. Mariæ Magdalenæ de Pazzis in raptu dixerit (ut vitæ i-
 psas p. 4. c. 40. refertur) quòd anima, quæ in se habet per-
 fectionem humilitatis, facillimè possidebit amorem absque
 eo, quod aliud exercitium adhibeat ad illum obtinendum;
 & nunquam inveniatur cor plenum humilitate, quin sit ple-
 num amore.

Considera III. Quomodo tu deinceps virtutem hanc se-
 quati velis, cumque in finem semper meminisse, quòd S. Ber-
 nardus in Epist. non verè minùs, quàm præclarè dixit: *Nul-
 la splendidior gemma in omni præcipue ornatu summi Pon-
 tificis* (& ob paritatem rationis, etiam cujusque sacerdotis)
*quam humilitas; nempe si amittitur, illa virtutum aggre-
 gatio non nisi ruina est; perit enim omne, quod agitur, si
 non in humilitate custoditur, teste S. Gregorio l. 8. moral.*
 Colloquium ad B. V. rogando, ut, sicut ipsa placuit ex vir-
 ginitate, sed ex humilitate concepit, ita quoque similem
 humilitatem impetratè dignetur.

Considera I. Quibus medijs uti debeas ad hanc tam necessariam humilitatis virtutem obtinendam, tribus videlicet. I. *Affiduâ consideratione humilitatis Christi*, ita enim S. Bernardus epist. 87. suavitatis dicitur: *Exinanivit semetipsum Christus, ut prius praeferret exemplo, quod dicitur: et non apponit se ultra magnificare super terram; intolerabilis enim est impudentia, ut, qui exinanivit majestatem, vermiculus infusetur, et tumescat. Sincera sui cognitio: ita namque S. Bernardus in peroratione Dei loquens indicavit: O homo, si te videres, mihi placeres, et tibi displiceret: sed quia te non vides, tibi placet, et mihi displicet.* Hinc senex quidam interrogatus à fratre quomodo anima humilitatem adipisci posset? respondit: *Si sua tantummodo, et non alterius mala consideret.* Unde Augustinus PP. l. 3. n. 131. refertur. *Humiliatio crebra: non teste S. Bernardo in Epist. Humiliatio est via ad humilitatem, sicut patientia ad pacem, sicut lectio ad scientiam, ergo virtutem appetis humilitatis, viam non refugas humiliationis, nam, si non poteris humiliari, non poteris humilitatem pervenire.*

Considera II. Quàm efficacia sint hæc media, ut patet quæ tot & tam sancti Viri ad summam humilitatem pervenerunt, ita ut merito de ijs usurpari possit verissima Joannis Climaci c. 2. & 3. grad. 15. sententia, quæ dixit: *Quis aliquem vel audieris, vel videris, intra paucos annos altissimam tranquillitatem (scilicet perfectionem, quæ est maxima tranquillitatis) acquisivisse, noli hunc existimare, aliam quam hanc beatam, celeremque viam humilitatis perambulasse.*

Considera III. Quomodo deinceps hæc media utaris velis, diceréque ad Christum per colloquium cum S. Bernardo S. 2. de ascens. Dom. *Domine Iesu, beatus, qui non te Ducem habet, non illum refugam spiritum, qui non ascendere voluit, et tota divinitatis dextera percussus. Nos autem populus tuus et oves pascuæ tuæ, sequamur te, ad te, quia tu es via, veritas, et vita: Via in exitu, veritas in promisso, vita in premio.*

MEDITATIO II.

DE SS. EUCHARISTIÆ INSTITUTIONE.

Prælia consueta.

Punctum I.

Considera I. Quæ fuerit causa primaria Eucharistiæ à Christo institutæ, scilicet, ut per eandem sacrificium perpetuum ipse per Sacerdotes velut Ministros æterno Patri suo offerret; ob hanc enim causam S. David ps. 109. dixit: *Tu es Sacerdos æternus secundum ordinem Melchisedech.*

Considera II. Quam præstans, Deoque gratum sit hoc sacrificium; si enim sacrificia pecorum, aut thymiamatis nimium in veteri testamento oblata tam suavem Deo odorem creabant, id est, tam grata Deo extiterunt, ut & placari se tam facile permitteret, & tam multiplicia dona offerentibus conferret; quanto magis gratum eidem Deo Patri oportet fuisse hoc sacrificium, quod sive offerentem, sive rem oblatam, sive intentionem offerentis spectes, omnia sacrificia alia etiam collectivè accepta infinities dignitate sua excedit, ita merito dicatur à Theologis, etiam si omnes omnium Sanctorum actus virtuosi in uno cumulo, Deo cum omni possibili devotione offerrentur, nunquam eos tam gratos eidem fueruros, quam sit unicum sacrificium Missæ à sceleratissimo etiam Sacerdote oblatum.

Considera III. Quam magnum beneficium tibi sit collatum, dum præ innumeris alijs hominibus electus es; ut Christi personam in sacrificio hoc offerendo sustinere, tamque gratum quotidie æterno Patri obsequium offerre, simulque ut Thomas Kemp. l. 4. c. 5. loquitur, Angelos latificare, Ecclesiam ædificare, vivos adjuvare, defunctis requiem præstare, & reipsum omnium bonorum participem efficere possis, ita ut merito idem Author præ admiratione exclamet: *Grande mysterium, & magna dignitas Sacerdotum, quod datum est, quod Angelis non est concessum. Certè si haberet Angelicam puritatem, & S. Ioannis Baptistæ sanctitatem, non esses dignus hoc Sacramentum accipere & tractare.* Itaque attende tibi, & vide, cujus ministerium tibi tradit-

○

traditum est per manus Episcopi; ecce Sacerdos factus
 Et ad celebrandum consecratus; Vide nunc, ut fideliter
 devotè in suo tempore Deo sacrificium offeras, Et te ipsum
 irreprehensibilem exhibeas. Colloquium ad SS. Patronos

Punctum II.

Considera I. Quæ sit altera causa hujus institutionis
 nempe ut esset memoriale Passionis suæ; ita enim ipse in-
 cavit, dum statim institutioni subjunxit dicens: *Hac facta
 in meam commemorationem.* Hinc & ipsa panis & vini
 consecratio seorsim facta, & cæremoniæ, quæ adhibentur
 scripto Ecclesiæ, ad Passionem Christi in memoriam re-
 candam conducunt; ideò namque Sacerdos, teste pio Am-
 breo l. 4. c. 5. *habet ante se, & retro Dominica crucis signum
 ad memorandam jugiter passionem. Ante se crucem in
 sula portat, ut Christi vestigia diligenter inspiciat. Passio
 cruce signatus est, ut adversa qualibet ab alijs illata clem-
 ter pro Deo toleret.*

Considera II. Quantas hinc vires accipere queas ad
 æm cum Christo fortiter & constanter portandam; si enim
 teste S. Gregorio, *Nihil est, quod non æquanimiter toleret
 si Christi Passio ad memoriam revocetur;* quanto magis
 patientiam tu excitaberis, qui quotidie Christi passio-
 modo tam perfecto in hoc sacrificio recolis.

Considera III. An hætenus hoc medio usus sis ad am-
 patiendi addiscendam, & uti deinceps velis. Colloquium
 ad B. V. orando, si placet, hymnum: *Stabat Mater.*

Punctum III.

Considera I. Quæ sit tertia causa institutionis hujus
 scilicet ut Eucharistia esset cibus animæ, eandem ad omnes
 labores exantlandos, adversitatesque fortiter perferendas
 confortans; ita enim S. David ps. 22. indicavit dicens: *Tu
 rasti in conspectu meo adversus omnes, qui tribulant me.*
 Eadem de causâ Christus hunc cibum paulò antè principium
 suæ Passionis instituit, sumpsitque ipsemet, & Discipulis
 suis distribuit, ut se quidem apparenter atque ad exemplum
 Discipulos verò reipsa roboraret, atque ad societatem Passio-

his excitaret; si enim alias in fortitudine cibi, qui tantum figura erat Eucharistiæ, ab Angelo oblatus quadraginta dierum & noctium molestissimum iter tam facile superavit, quanto majores vires ipsum figuratum, nempe Eucharistiæ, communicabit, ut non ad montem Horeb, ut Elias, sed ad montem Calvariæ cum Christo ambulemus, eidemque compariamur, & commoriamur.

Considera II. Quam vel ex hoc titulo iterum te felicem censere debeas, quod tam præclarum medium tibi ad artem patientiæ juxta exemplum Christi Magistri ac Ducis tui exerceendam, oblatum sit, quamque adeo æquum sit, ut, quoniam sive supra, sive infra, sive intra, sive extra te converteris, ubique crucem inventurus es, quotidie hoc cibo cum magna aviditate fruaris, eumque in finem salubrem S. Augustini super c. 28. Matt, adhortationem tibi applices: *Accipe quotidie, quod quotidie tibi proficit: sic vive, ut quotidie merearis accipere; ne alioqui de te dici queat, quod de Juda infelici S. Hieronymus super Luc. dixit, quod scilicet biberit (& comederit) sed non saturatus sit; nec sitim extinxerit, ut ignis æterni, quia indignè sitivit mysteria Christi.*

Considera III. Quomodo hæcenus hunc cibum desideraris, & sumptis, & summere deinceps velis; nam, ut recte iterum pius Alecta l. 4. c. 3. notavit, *hæc est una principalis fidelis anima consolatio, quamdiu peregrinatur in mortali corpore, ut sapius memor Dei sui, dilectum suum devota suscipiat mente.* Colloquium ad Christum cum congruis affectibus.

MEDITATIO III.

DE AGONIA CHRISTI, ET ORATIONE
IN HORTO.

Præludia more solito.

Punctum I.

Considera I. Cur Christus tam gravem agoniam & tristitiam in monte Oliveti sustinere voluerit, ita ut representatio sola sanguineum ipsi sudorem expresserit, nimirum ut solidam iterum præparationem ad secuturam passionem doceret

ceret, & sic levius aduersa tolerare faceret; *minus enim
eula feriunt, qua praeceduntur; & nos tolerabilis
mala suscipimus, si contra hac per praescientia clypeum
nimur, ut rectè S. Gregorius ho. 35. in Evang. notavit.*

Considera II. In quibus capitibus hæc præparatio
fiterit, nempe in sequentibus I. Quòd firmè
sibi persuaserit, se secundum puram naturam humanam
statum, ejusmodi aduersitates & tribulationes perpeti,
cebat, non posse, sed omnem suam sufficientiam ex Deo
II. Quòd ad montem Oliveti, id est, misericordiam Dei
fugerit, ab eaque per rer repetitam ardentissimam con-
nem aut translationem calicis seu passionis, aut cere-
riam & auxilium ad eundem exhauriendum petierit.
Quòd voluntatem suam Dei voluntati plenissimè confor-
rit, atque idèò calicem, ubi transferre eum, Deum
cognovit, promptissima mente acceperit; hoc enim
cant verba illa Matt. 26. *Pater, si non potest transire
iste, nisi bibam illum, fiat voluntas tua.*

Considera III. Quàm solida sit hæc præparatio, si-
quam omnes artem patiendi discere volentes adhibeat.
pote omnes eos actus, qui in simili casu à sapientissimo
que præscribi, aut requiri potest, continentem. Vide
quomodo tu eam hæcenus usurpaveris, & usurpare,
ceps velis. Colloquium ad SS. Patronos.

Punctum II.

Considera I. Cur Christus ad suam hanc agoniam
ctandam tres dilectissimos suos Discipulos, quibus
monte Thabor gloriam suam ostenderat, secum accep-
videlicet ut per hanc assumptionem significaret, se eos
magis diligit, magisque gloriæ suæ olim participes esse
pit, prius etiam tristitiæ & passionis Socios habere.
Hiuc postea aliquando B. Baptistæ Veranæ, ut in Chron.
Franc. p. 4. tr. 2. l. 7. c. 24. refertur, dixit: *Recordare,
gus me tibi ostendisse signum amoris, dum te affixi,
dum tenerem arctissime in dulcissimis brachiis meis.*

Considera II. Cùm tu, veluti Sacerdos pariter inter
scipulos, & intimos Dei amicos adlectus sis, an non tu
que deinceps tribulationes omnes pro speciali bene-

agnoscere, atque a deo per preparationem in priori puncto
 indicatam ad easdem disponere, liberaliterque offerre velis,
 memor & te ipse inter illos, quibus à S. Paulo ad Philipp. 1.
 dictum est: *Vobis donatum est pro Christo, non solum ut cre-*
dati, sed etiam ut pro illo patiamini. Quod etiam S. Au-

gustinus in lib. de patient. confirmans, *Virtus animi, inquit,*
quæ patientia dicitur, tam magnum Dei donum est, ut et-
iam ipsius, qui nobis eam largitur, patientia prædicetur.
 Considera III. Ad quas præcipue tribulationes in specie te
 præparare & offerre debeas, videlicet ad eas, quas S. Gregorius
 in 7. sup. Ezech. sequentibus verbis indicavit: *Tribus modis*
Virtus patientiæ exerceri solet; alia namq; sunt, quæ a Deo; a-
liæ, quæ ab antiquo adversario; alia, quæ a proximo sustinemur.
Ab antiquo adversario tentamenta; a Deo autem flagella
soleramus. Sed in his omnibus vigilanti animo semetipsam
debet mens circumspicere, ne contra mala proximi pertra-
hatur ad retributionem mali: ne contra tentamenta Ad-
versarii seducatur ad delectationem vel consensum delicti:
ne contra flagella opificis prorumpat in excessum murmura-
tionis. Vide ergo, quomodo in his te hæcenus gesseris, &
 genere deinceps velis. Colloquium ad B. Dei Matrem.

Punctum III.

Considera I. Quem fructum Christus ex hac sua præpa-
 ratione reportavit, scilicet ut cælestis Pater per Angelum de
 cogitatum, ipsum consolaretur, atque ad crucem fortiter
 sustinendam animaret, id quod verba illa: *Surgite, eamus;*
 indicant.

Considera II. Quomodo Angelus eundem confortavit,
 nempe non aliter, quam ostendendo, cælestem Patrem om-
 nino velle, ut calicem Passionis exhauriat, eò quòd talis
 passio maximè conducat ad gloriam Dei, ad exaltationem
 Christi, & aliorum hominum salutem.

Considera III. Quam solida & efficax sit hæc confortatio,
 utpote quæ præcipuum motivum Christo obtulerit ad volun-
 tatem suam cum Dei voluntate conformandam, crucemque
 cum gaudio amplectendam, scilicet aptitudinem & effica-
 ciam ad triplicem finem, qui ipsi in Incarnatione præfixus

erat, obtinendum; hinc adeò exarsit hoc motivo in caritate
 amore, ut quondam postea Religioso cuiusdam ex familia
 S. Birgittæ revelârit, se tanto patiendi ardore affici
 æterni Patris sui gloriam & honorem, ut etiamnum ad de-
 teram Patris sui sedens animas quærat pias & benevolas
 quæ sua ei corpora velut commodatò donent, ut ipse in
 multa pati, & desiderium glorificandi Patrem suum
 crucem amore plenam continuare possit. Vide proinde
 modo & tu hac confortatione te roborare, Christòque
 corpus & animam tuam ad multa patienda pro simili fine
 commodare velis. Colloquium ad Christum,

CONSIDERATIO

DE CHARITATE ERGA ALIOS HOMINES
 Cura Pastoralis tuæ non subiectus.

Considera I. Et examina, quid charitas ista à te
 fiat, videlicet I. ut neminem unquam cogitatione (puta
 suspitionibus vanis, temerarijs iudicijs, & fastuosis contemp-
 tibus) nec verbo (puta, murmuratione, detractione, in-
 daci aut contumelioso sermone) nec opere (puta, peccatis
 ne illicita, damno in opibus illato; aut honore, auxilio
 negato) lædas: hoc enim est primum charitatis officium
 quod Tobias senior filio suo juniore c. 4. commendavit
 dicens: *Quod ab alio oderis fieri tibi, vide, ne tu alteri
 facias.* II. Ut proximum tuum pro viribus tuis diligas
 cogitatione (puta honorificè & bene de ipso sentiendo;
 ipsius excusando, & meliorem in partem interpretando;
 ubi excusationem non patiuntur, cum patientia & con-
 condolentia sufferendo) verbo (puta, suaviter ipsum
 loquendo; leniter, si opus est, corrigendo; honestè de
 peccatis remedijs avertendo) opere (puta, petita obsequia
 benè concedendo; debitum honorem exhibendo; in
 necessitatibus illius hilariter & promptè succurrendo)
 proin, quomodo hæc omnia præstiteris, & præstare
 cupis velis.

Considera II. Cur tu velut Sacerdos specialiter ad

charitate exercendam obligeris, videlicet ob sequentes tres
causas. 1. Quia, cum tu quoque ob officij similitudinem
Apostolam, & Discipulum Christi te profitearis, tibi quoque
proprie convenit illa Christi Joan. 13. adhortatio: *Manda-
tum novum (non novitate temporis, cum pridem jam à Deo
sit datum, sed novitate specialis commendationis) do vobis,
ut diligatis invicem, sicut dilexi vos, ut & vos diligatis in-
vicem. In hoc cognoscent omnes, quia Discipuli mei estis, si
dilectionem habueritis ad invicem.* 2. Quia, cum DEVM
ob innumera beneficia accepta, clariorémque illius cogni-
tionem magis quam alij, diligere tenearis, hoc ipso etiam
proximum magis amare teneris, cum hoc habeamus manda-
tum à DEO, teste S. Joanne 1. c. 4. ut, *qui diligit DEVM, di-
ligat & Fratrem suum; si enim non diligit Fratrem suum,
quem videt, DEVM, quem non videt, quomodo potest dilige-
re?* unde meritò S. Gregorius l. 5. moral. dixit: *Tunc ple-
nus in dilectione DEI proficimus, cum in ejusdem dilectio-
nis gremio prius proximi charitate lactamur.* 3. Quia,
cum nihil in urbe aliqua, vel Regione magis necessarium sit,
quam concordia & charitas (concordiâ namque res parvæ
crefcunt, discordiâ maximæ dilabuntur) atque adeò frequen-
ter & efficaciter alios ad hanc charitatem & concordiam ad-
hortari debeas, æquum est, ut exemplo magis, quam verbo
eandem doceas; nam, ut S. Gregorius l. 10. moral. rectè ad-
vertit, *nullum consilium melius est, quam si exemplo tuo
Fratrem docere studeas, qua oportet fieri, provocans eum ad
meliora, & consulens ei non solum verbo, aut lingua, sed
etiam opere & Veritate.*

Confidera III. Quo medio porissimum uti velis ad hanc
virtutem acquirendam, videlicet, ut Proximum tuum velut
alterum Christum intuearis (cum Christus Matth. 25. aper-
tè factus sit, quidquid uni ex minimis fecerimus, se non ali-
ter, ac si sibi factum esset, æstimaturum & compensaturum)
& eundem velut alterum te, aut certè ut membrum ejusdem
corporis Mytici consideres; sic enim, cum nemo seipsum
odio habeat, sed potius totis viribus diligit, etiam ad Proxi-
mum simili modo diligendum excitaberis. Vide ergo, quo-
modo his medijs usus hæcenus fueris, & uti deinceps velis.

Ex libello de imitatione Christi legi potest medium
put 12. lib. 2.

Ex libro Ascetico vel Historico aliquot capita vel folia
Ex libello Exercitiorum verò legi possunt Regulae priorum
riores de discretione Spirituum, quas proin, sicut priorum
etiam in compendium breviter redactas huc ponam.

Regula I.

Proprium DEI, & Angeli boni est, veram lætitiã
tualem infundere; nam Diabolus hanc lætitiã potest
phisticis argumentis veri speciem præferentibus oppug
re, & expellere solet. Per quam regulam pulchrè licet
stinguere veram & fictam consolationem, dum scilicet
consolatio semper solida & secunda media assumit, ficta
fallacijs & fraudibus tantum divinarum prætextu ve
utitur.

Regula II.

Solius DEI est animam nulla præcedente causa
nullo vel sensibus, vel potentijs internis objecto propo
consolari, & in amorem suum trahere. Ex qua regula
mentes præsens hauriunt remedium, quo admonentur
nimium suis viribus incumbant, atque in interioribus
disponendis nimium se fatigent, sed potius per bonam
Spiritum contritum & humilem conatum se disponere ad
vinas consolationes studeant.

Regula III.

Quoties consolationis causa præcessit, tunc, cum Angeli
tam malus, quàm bonus illius causa esse possit, ex facie
gnosendum est, à quo proveniat talis consolatio; nam
nus bonam, malus malam operationem intendit. Con
quam tamen regulam notandum est, non esse hic sermone
de interna intentione Angelica (hac enim cognoscere ab
mine non potest) sed de ipsa executione externa infirmit
um, nam hujus executionis indicia prudenti conjectura
assequi posse, sat clarè S. Paulus 2. Cor. 2. indicavit, &
dixit: *Non ignoramus cogitationes ejus*, id est, fraudes
machinationes.

Regula IV.

Id moris est Spiritui maligno, ut ab initio simulet se fovit bonas cogitationes, mox tamen ad perversa desideria allicit. Hinc ex serpentina cauda, ejus fallacia deprehendi debet, ut verificetur illud Psalmistæ Pf. *In laqueo isto, quem absconderunt, comprehensus est pes eorum.*

Regula V.

Ut clarius cognoscatur, unde motiones internæ proveniant, ad principium, medium, & finem earum diligenter attendendum est; si enim ex horum aliquo deprehendatur, animam ad malum impelli, vel à bono avocari, vel pacem animæ turbari, clarum est, eas à maligno Spiritu provenire.

Regula VI.

Quando ex indicijs in priori regula indicatis colligitur mali Spiritus suggestio, expedit totum discursum revolvere, ut, dum ad veritatem, quâ ratione bonas cogitationes præterire, pacemque turbare conatus sit, facilius fraudes illius careantur.

Regula VII.

Uterque Spiritus eam habet consuetudinem, ut, si animam sibi contrariam inveniat, violenter eam, sicut imber decedens in petram, invadat; si autem consentientem reperiat, suaviter in eam, sicut Stilla in Spongiam, illabatur.

Regula VIII.

Et si, quando consolatio nullâ præcedente causâ oritur, ea à solo DEO oriri possit, diligenter tamen attendendum est, an non in progressu consolationis aliquid senserimus, vel delectaverimus, quod à DEO non proveniat, atque adeo neque affectum mereatur.

Materia Scriptionis.

Hodie utiliter scribi possunt aliquæ SS. Patrum, vel aliorum Doctorum sententiæ, quæ ob Doctrinæ, quam continent, utilitatem præ reliquis notari, & velut regulæ universales assiduo in memoria haberi debeant, quales exempli gratia sequentes esse possunt.

I. Fe-

I. Fecisti nos, Domine, ad te, & inquietum est cor nostrum, donec requiescat in te. S. Augustinus l. 1. Conf. c. 1.

II. Quid per multa vagaris, ô Homuncio, quærendo bona animæ tuæ, & corporis tui? ama unum bonum, in quo sunt omnia bona, & sufficit. S. Augustinus l. de Spir. & c. 64.

III. Si quæris, quære, sed non ubi quæris, quære in fovea, quia ibi omnia vivunt. S. Augustinus.

IV. Quales imperus habebas ad Mundum, tales habebas ad Artificem Mundi. S. Augustinus in Ps. 31.

V. Infelix, Homo, qui scit illa omnia, te verò nescit; beatus verò, qui te scit, etiamsi illa nesciat; qui autem te & illa novit, non propter illa, sed propter te solum beatus est. S. Augustinus in Confess.

VI. *Dilige, & fac, quod vis.* Radix sit intus dilectionis, non potest non de radice ista bonum procedere. S. Augustinus in c. 3. Ep. 1. Joann.

VII. Hoc quisque est, quod amat. Si terram diligis, terra es: Si DEVM diligis, quid vis, ut dicam? Deuses. S. Augustinus.

VIII. Si veram cupias addiscere Theologiam,
Sit tibi scire DEVS, sit tibi velle DEVS.

Si veram cupias addiscere Philosophiam,
Plurima sustineas, pluribus abstineas.

IX. Si vis tranquillam, Charissime, ducere vitam,
Sit tibi mors mundus, sit tibi vita Deus.

X. Non quàm multis placeas, sed qualibus, cura. *Wolde tranquill.*

XI. Quid sis interest, non quid habeas. Idem.

XII. Si vis beatus esse, hoc stude, æternorum intuitu contemnere, & contemni. Idem.

XIII. Oratorem te puta, si tibi ante omnes, quod optaveris, persuaseris. Idem.

XIV. Facillimè bonus eris, si ea vitaveris, quæ vituperaveris. Idem.

XV. Tantùm ad virtutem adijcies, quantum voluptates detraxeris. Idem.

XVI. Tantùm proficies, quantum tibi vim intuleris. Thomas Kemp. l. 1. c. 25.

XVII. Pr

XVII. Prima virtus Monachi (& cujusvis Christiani) est, hominum iudicia contemnere. S. Hieronymus.

XVIII. Ars vitæ est, rectè sentire, sincerè velle, perfectè exequi.

XIX. Vince, quod delectat: fortiter aggredere, quod terret; fer leniter, quod dolet. Thomas Kemp.

XX. Ama, & cole S. Scripturam, quia in ea, quidquid docetur, est veritas: quidquid præcipitur, est bonitas: & quidquid promittitur, est felicitas.

DIES SEXTA.

Scopus hujus diei est, ostendere, quomodo Christus artem Siplam patiendi docuerit, & in præcipuis tribus objectis hujus Artis, scilicet indigentia, dolore, & contemptu se gesserit; ad hæc enim omnia, quæ passus est, revocari possunt.

Tessera.

Abstt mihi gloriari, nisi in cruce Domini mei JESV Christi, per quem mihi Mundus crucifixus est, & ego Mundo.

MEDITATIO I.

DE PRIMO CHRISTI COMITE, SEU INDIGENTIA SVMMA.

Prælidium primum est, Christum in cruce pendentem, & omni auxilio, solatioque destitutum intueri.

Prælidium secundum est, petere gratiam, ut hanc Christi indigentiam clarè cognoscere, & sedulo imitari queas.

Punctum I.

Confidera I. Quantam Christus omnium rerum indigentiam sustinuerit 1. *in cibo & potu*, dum nullum cibum refocillantem, qui tamen plerumque Reis ad mortem damnatis liberaliter offertur; & ingenti præterea siti cruciatus, ut ipsemet per verbum *Sitis* confessus est, nec aquæ guttam, quæ tantam sitim extingueret, habuit. 2. *In Vestibus*, dum nudus in cruce pendeat, & nec linteum, quo corporis occulta tegeter, habebat. 3. *In habitatione*; uti ipse Matth. 8. significavit dicens: *Vulpes foveam habent, & Volucres celi nidus:*

vidos: Filius autem hominis non habet, ubi caput reclinet.
 4. *In Amicis:* sic enim ipsemet iterum per Davidem Pf. 141. indicavit: *Considerabam ad dexteram, & Videbam, & non erat, qui cognosceret me, & iuvare, ac consolari posset, & vellet.* 5. *In consolationibus:* hinc tristis erat anima eius usque ad mortem, ita ut exclamare cogereetur: *Domine Deus meus, ut quid dereliquisti me,* ita ut verè dicere poterit cum Psalmista Pf. 69. *Ego vero egenus & pauper sum: Domine adjuva me.*

Considera II. Quanta cum patientia, alacritate, ac constantia hanc indigentiam tulerit Christus; id colligere poteris, si ex una parte perpendas, quàm facile ipsi fuisset, omnino supra dictorum abundantiam sibi procurare; ex altera vero pariter consideres, quòd non modò quidquam simile esse procurare, sed potius, ut gravitatem & molestiam talis indigentia auget, sitim suam aceto ac felle extingui (ut S. David in Persona ipsius Pf. 68. indicavit dicens: *Dederunt mihi escam meam fel, & in siti mea potaverunt me aceto*) hoc loco autem durissimum lignum accipere, & Amicorum loco inimicos capitalissimos tolerare voluerit, de quibus Pf. 109. ipse per Davidem dixit: *Longè fecisti notos meos à me, propterea fuerunt me abominatorem sibi.*

Considera III. Quantopere tu erubescere debeas, dum advertis, quàm parùm tu hæcenus Duci tuo similis esse fueris in hac indigentia; si enim Urias 2. Reg. c. 11. dixit: *Arx DEI, & Israël, & Iuda habitant in papilionibus, & dominus meus Ioab, & servi Domini mei super faciem terra manent, & ego ingrediar domum meam, ut comedam & bibam, & dormiam cum uxore mea? per salutem tuam, & per salutem anima tua non faciam rem hanc,* quanto magis tu libenter parvam aliquam indigentiam libenter sufferre debes, si recorderis, quàm magnam omnium rerum indigentiam Christus amore tui toleraverit. Vide ergo, quomodo deinceps gerere te velis. Colloquium ad SS. Patronos.

Punctum II.

Considera I. Quas ob causas Christus tam promptè hanc indigentiam sustinuerit, nimirum ob sequentes tres. 1. Quia sic voluntas DEI exigebat, quæ ipsi omnium rerum loco erat unde

unde, ut S. Leo Papa ser. 4. de quadr. loquitur, *non pavebat in isto Mundo indigentia laborare, cui donatum erat in omnium rerum Domino omnia possidere.* 2. Quia advertebat, per hanc indigentiam, se Cælesti suo Patri propiorem & similiorem fieri, utpote qui ab ipsa usque æternitate se solo contentissimus vivebat, nec ullam extra se creaturam habebat id quod jam olim etiam Socrates Philosophus agnovisse creditur, ut qui, teste Laertio l. 2. dixisse fertur, eum esse Dijs simillimum, qui quàm paucissimis egeret, cum Dijs omnino nullius egeant rei. 3. Quia pariter cognoscebat, hanc indigentiam esse expeditissimam viam ad Tartareos hostes vincendos; hinc, ut S. Gregorius rectè ho. 32. advertit, *ad se venientibus nobis Dominus præcepit, ut renuntiemus nostris; quia, quicumque ad fidei agonem venimus, luctamen contra malignos Spiritus sumimus. Nihil autem maligni Spiritus in hoc Mundo possident proprium; nudi ergo cum nudis luctari debemus; nam si vestitus quisq; cum nudo luctatur, citius ad terram deijcitur, quia habet, unde teneatur. Quid enim sunt terrena omnia, nisi quadam corporis indumenta?*

Considera II. Quàm æquum sit, ut tu quoque præ alijs per hæc motiva ad similem indigentiam lætissimo animo supportandam te excites, & quod pius Author de consolationibus dixit l. 3. c. 16. hoc alijs etiam materijs & occasionibus applies: *Hæc mihi sit consolatio, libenter velle carere omni humano solatio. Et si tua defuerit? consolatio sit mihi tua Salutatio, & iusta probatio pro summo solatio.*

Considera III. An & quomodo occasiones talis indigentia hætenus arripueris, & arripere deinceps velis. Colloquium ad B. Virginem.

Punctum III.

Considera I. Quos fructus Christus ex hac indigentia seu paupertate reporta verit, videlicet 1. Singularem in perfectione & virtutibus progressum; cum, sicut rerum facultates instrumenta sunt omnium Virtutum, sic rerum abnegatio generatrix, nutrixq; sit omnium Virtutum; & ut S. Augustinus super Psal. 76. dixit: *Omnis Philosophia* (atque adeo etiam cælestis) *Magistra sit inopia;* unde & Seneca ep. 17. dice-

dicebat, *si vis vacare animo, aut pauper sis oportet, aut pauperi similis*; non enim capit virtutis via magna onera portantes, ut Lactantius Firmianus agnovit. 2. *Maxime anima tranquillitatem*; nam, ut S. Climacus Grad. 17. testis dicit, *Paupertas (& indigentia) est abdicatio sollicitudinum seculi, iter ad DEVM sine impedimento, expulso omni tristitia, fundamentum pacis, munditia vite, qua nos liberat curis omnibus vite transeuntis, & facit, ut DEI mandata perfectè exequamur*. Hinc Salomon c. 16. Prov. securam mentem jugi convivio similem esse dicit; quæ autem mens magis secunda est, quàm quæ concupiscentiam, unde teste S. Jacobo c. 4. omnes lites in nobis oriuntur, fustigat. 3. *Centuplum præmium in hac & altera vita*; nam, ut sapienter S. Bernardus ser. 21. super Cant. dicit, *Nemo est qui omnia saltem affectu relinquentes, inopem vitam degere aestimet sola caelestia possidere, quia sola audiunt in promotione; possident enim & terrena, & quidem tanquam nihil habentes, & omnia possidentes, eo pro certo magis Domini, quam minus cupidi. Denique fideli homini totus Mundus divitiarum est. Totus plane, quia tam adversa, quam prospera ipsius aequè omnia servant ei, & cooperantur in bonum*. Quem fructum considerans S. Hieronymus, *O quantæ beatitudo, inquit, pro parvis magna recipere, aeterna pro brevibus pro morituris semper & ventura, & habere DEVM delectorem*.

Considera 2. Quàm præclari sint hi fructus, dignique propter quos consequendos cum S. Pauli & ipsius Christi imitum & exemplum omnia terrena arbitris ut stercore. Mundo utaris, quasi non utaris, contentus, si victum & amicum habeas; & S. Augustini ser. 28. de verbis Apost. Consilium semper in mente habens: *Non tibi displiceat paupertas tua, nihil eâ potes ditius invenire*.

Considera III. Quid proinde deinceps hac in re facere, & quomodo hunc primum Christi comitem & tu in posterum in tuam Societatem adsciscere velis illud Senecæ monitum Lucilio datum tibi applicans: *Incipe cum paupertate (& indigentia) habere commercium. Aude, hospes, contemneris opes, & te quoque dignum finge DEO (& Christo) nempe dignus est DEO dignus, quàm qui opes contempsit. Colloquitur ad Christum cum congruis affectibus.*

MEDITATIO II.

DE SECUNDO CHRISTI COMITE,
SEU DOLORE SYMMO.

Prælium primum est, considerare Christum, nunc ad varios Judices ductum, nunc flagellatum & coronatum, nunc crucem portantem & Crucifixum.

Prælium secundum est, petere gratiam, quâ Christi dolores fructuose perpendere, atque ad similem patientiam deinceps exercendam te resolvere queant.

Punctum I.

Considera I. Quales dolores Christus toto Passionis suæ tempore sustinuerit; eos haud difficulter cognosces, si varias deductiones ad varios Judices & Sacerdotes cum multis alapis & verberibus factas, item flagellationem, coronationem, Crucis bajulationem, ipsamque Crucifixionem, velut quinque fontes, ex quibus copiosissima dolorum materia profudit, tibi imagineris.

Considera II. Quam magni hi dolores Christi fuerint, sive 1. Personam ipsam patientem spectes, quæ quoad corpus tenerrima, & per tot percussiones & tormenta viribus penitus exhausta; quoad animam verò innocentissima & sanctissima fuerat. Sive 2. Personas cruciantes consideres, quæ pessima ex intentione odij & vindictæ, ac invidiæ; cum maximo furore ac conatu tales dolores inferebant. Sive 3. Personas spectantes perpendas, quæ vel per creatam suâ præsentia verecundiam, ut honestiores & Passionem non consentientes Personæ: vel probrosissima insultatione, ut Judæi & Lictores, aliique in necem conspirantes: vel dolorosa compassione, ut B. Virgo, S. Joannes, S. Magdalena, aliique, non modicè dolores augebant. Sive 4. Circumstantias talium dolorum attendas, nempe vel *numeri* extendentis se ad omnia membra, ad omnia tormentorum genera, & propè innumerabilem multitudinem verberum & vulnerum: vel *temporis* ab ipsa natiuitate usque ad obitum durantis; *nam ab hora ortus mei usque ad exitum in Cruce non defuit mihi tolerantia doloris*, ait Thomas Kemp. 1, 3, c. 18. in Persona Christi.

Con

Confidera III. Si, quando quid patitur unum membrum compatiuntur omnia membra, teste Apostolo 1. Cor. 12. quanto magis tu videns Caput tuum corporis Mystici, id est Christum tot & tam graves dolores pati, eidem compati, non affectu duntaxat, sed effectu etiam, id est, similes dolores cum simili patientia sustinendo, debeas, atque adeo dicas cum S. Bernardo: *Nolo vivere sine vulnere (& dolore) quia videro Dominum meum IESUM vulneratum, & tot doloribus cruciatum, ut verè de illo Isaias c. 1. dixerit: A planta pedis usque ad verticem non est in eo sanitas.* Colloquium ad SS. Patronos.

Punctum II.

Confidera I. Quantà cum patientia tantos dolores Christus sustinuerit, eà nempe, quam idem Propheta c. 53. indicavit dicens: *Oblatus est, quia ipse voluit, & non aperuit os suum:* (atque adeo libenter & voluntariè passus est, quia ad occisionem ducetur, & quasi agnus coram tondeente & occidente) *se obmutescet* (ideòque etiam primum gaudium, qui est patienter sustinere, implevit) Quod verò etiam cum gaudio eisdem dolores sustinuerit, ipsemet Luc. 22. significavit dicens: *Baptismo habeo baptizari, & quomodo coarctor, usque dum perficiatur;* quæ sanè verba ardentissimum patiendi desiderium indicant.

Confidera II. Quàm longè adhuc absis à patientia talis, qui modico dolore superveniente, innox in querelas, gemitus, ejulationes, suspiria erumpas, & undique media debeas & conquiras ad tales dolores arcendos.

Confidera III. An non meritò verba illa memorati Authoris cit. cap. tibi applicare debeas: *Quid est, quid queris, Fili? Cessis, conquere, considerata mea & altera passione. Oportet te aliorum graviora ad mentem reducere, ut levius feras tua minima. Et si tibi minima non videntur, vide, ne hoc tua impatientia faciat. Sive tamen magna, sive parva fuerint, stude eundem patienter sufferere.* Colloquium ad Matrem dolorosam illa verba ex planctibus cum affectu recitando: *Eja Mater fons amoris, me sustine & vim doloris, fac, ut tecum luceam.*

Punctum III.

Confidera I. Quibus motivis Christus se ad tantam patientiam excitavit, nimirum illo, quod S. Paulus ad Hebr. 12. indicavit dicens: *Aspicientes in Authorem fidei, & Consummatorem IESVM, qui proposito sibi gaudio sustinuit Crucem.*

Confidera II. Quale hoc gaudium fuerit, quod Christus sibi proposuit, nimirum triplex, quorum primum æterno Patri ex patientia sua oriturum videbat; si enim Filius sapiens lætificat Patrem. teste Salomone Prov. 10. quanto magis Filios eam generosè & fortiter patiens Patrem suam cælestem lætificasse credendus est. Certè si unquam aliàs, hoc tempore Pater æternus de Christo dicere poterat: *Hic est Filius meus dilectus, in quo bene mihi complacui.* Secundum oriturum erat ipsi Christo per gloriam & voluptates cælestes sibi securas; de qua gloria ipsemet Luc. 24. dixit: *Nonne hæc oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam.* Si ergo S. Paulus 2. Cor. 7. de seipso factus est: *Repletus sum consolatione, superabundo gaudio in omni tribulatione nostra:* eò quod seiverit, non esse condignas passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis; quanto magis ejusmodi consolationem & gaudium interiùs ipsum Christum sensisse credendum est, ut qui perfectiùs longè gaudij & gloriæ securæ magnitudinem cognovit. Tertium verò gaudium erat, quod homines per ipsum redempti in æternum percipuri erant. si enim Christo nato Angelus Luc. 2. dixit Pastoribus: *Evangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni Populo, quia natus est vobis hodie Salvator.* Quanto magis simile gaudium evangelizari poterit, quando passus est Salvator, & pretium Redemptionis completum exhibuit.

Confidera III. Quàm efficacia sint hæc motiva, & quæ te specialiter tantò vehementiùs movere debeant, quanto positionibus ritualis obligaris, ad memoratum triplex gaudium totis viribus quærendum. Vide ergo, quomodo deinceps hunc quoque Christi Comitem tibi associare, & singulari affectu & amore complecti velis; *Verè enim quanto melius ad patendum te disponis, tanto sapientiùs agis, & ampliùs proficere.* VIII.

*mereri: ferens quoque levisus animo, & usu ad hoc non sepe
ter paratus. Ut rectè iterum Thomas Kempensis l. 1. c. 11.
dixit. Colloquium ad Christum, usurpando cit. Authori
l. 3. c. 18. verba: Domine, quia tu patiens fuisti in
tua, in hoc maxime implendo preceptum Patris tui, dignus
est, ut ego misellus peccator, secundum voluntatem tuam pa
tienter me sustineam, & donec ipse volueris, onus corrupti
bilis & ita pro salute mea portem; nam etsi onerosa sententia
presens & ita, facta est tamen jam per gratiam tuam
meritoria atque exemplo tuo & Sanctorum tuorum
giu, infirmis tolerabilior & clarior.*

MEDITATIO III.

DE TERTIO COMITE CHRISTI, SEU
CONTEMPTU SUMMO.

Præludium primum est, Christum ab Herode illisum, & in
rabbæ postpositum, purpurea chlamyde indutum, & in
cem ignominiosam affixum intueri.

Præludium secundum est, petere gratiam, ut Christi in
rendis contemptibus generosam patientiam, ritè perpen
re, & optatum ex tali Meditatione fructum reportare possit.

PUNCTUM I.

Confidera I. Qualem præcipuè Contemptum Christi
sustinuerit, omnes scilicet ejus species, nempe 1. *Falsam
cusationes apud Summum Sacerdotem & Pilatum. 2. Pro
brosam dispositionem, quâ sceleratissimo Latroni Barabbæ
postpositus est. 3. Irrisionem, quâ ab Herode Rege &
licis pro stulto habitus, & irrisus est. 4. Contumelias, quibus
pro vini potatore, seductore Populi, blasphematore
proclamatus est. 5. Illusiones, quas à Militibus coronam
spineam, & chlamydem coccineam obrudentibus passus est.
6. Injuriam gravissimam, quâ, ut S. Lucas c. 22. dixit, in
iniquos deputatus, contumeliosa morte affectus, & in pro
brosissimam Crucem actus est.*

Confidera II. Quàm gravis fuerit hic sextuplex contem
ptus; si enim tantò major est contemptus, quantò dignior
Persona contempta, & vilior Persona contemnens, an
fun

num oportet fuisse contemptum, qui Personæ infinitæ dignitatis à sceleratissimis & ingratis, atque hoc ipso cum vilissimis Judæis & Militibus Christo inferebatur?

Considera III. Quid tu hæcenus in simili materia amore Christi tuleris, & quomodo deinceps saltem cum eodem ejusmodi contemptus pari velis. Colloquium ad SS. Patronos.

Punctum II.

Considera I. Quomodo Christus hos contemptus tulerit; scilicet cum *maxima humilitate*, quâ ab omnibus hominibus, quantum in se erat, & si sine offensa DEI fieri poterat, despicere optabat: cum *maxima tranquillitate*, ita ut nihil interea de interna pace amitteret: cum *maxima constantia*, quâ inter tam multiplices contemptus ne semel quidem aut verbo, aut ullo impatientiæ, displicentiæve signo de talibus contemptibus conquestus est.

Considera II. Quibus motivis se Christus ad tam generosam patientiam excitavit, nimirum consideratione duplicis gloriæ, quæ tum æterno Patri (cujus honor & gloria tanto magis augetur, quanto magis nostra gloria & honor minuitur) tum sibi obventura erat juxta propriam suam prædicationem, quâ Matt. 23. dixerat: *Qui se humiliat, exaltabitur.*

Considera III. Quàm efficacia sint hæc motiva, & quàm merito etiam te movere debeant ad similem patientiam expectandam, maxime cum apud te tertium etiam motivum accedat, scilicet similitudo cum Christo, quam perfectiùs obtinere non potes, quam si multa cum ipso opprobria & injurias sustineas; cum ergo tanta sit dignitas hujus similitudinis, ut merito erubescere debeas, si DEVS ad eandem te evocare dignetur, an non vel hoc titulo velementer gaudebis, si dignus habearis pro nomine JESU contumeliam pati? an non in omni contemptu dices cum Davide 2. Reg. c. 6. *Ludam, & vilior siam plus, quam factus sum, & humilis ero in oculis meis.* Colloquium ad Christum cum congruis affectibus.

CONSIDERATIO
DE MORTIFICATIONE INTERNA
ET EXTERNA.

Considera I. Quid sit vera mortificatio, scilicet ablatio vitæ sensualis; sicut enim vita hominis colligitur ex actionibus vitalibus; ita etiam qualis sit ejus vita spiritalis colligitur ex qualitate actionum; si ergo per sensus suos vitam internam, quàm externam solas sensibiles delectationes, vanam gloriam & honorem quærat, vitam sensualem tantum more vivere censetur; si autem omnes actiones DEVM velut ultimum finem dirigantur, tunc vitam spirituales vivere dicitur, potestque cum S. Paulo ad Galatas scribere: *Vivo autem jam non ego, Servit vero in me Christus.* Unde colligitur duplex esse mortificationis genus, interna scilicet, & externa. Interna consistit in eo, ut tam externam quàm internam sensus animæ ab illicito usu creaturam contineamus; externa consistit in corporis afflictationibus, sponte susceptis, vel à DEO, hominibusve immisissis; id quod S. Bernardus in Epist. ad FF. de monte DEI pulchrè indicandum ait: *Docendus est homo, sic latere corpus suum, sicut agrotum, cui etiam multum volenti inutilia sunt negotia, (quod fit per interiorem mortificationem) utilia vero etiam nolenti ingerenda, quod per exteriorem mortificationem contingit.*

Itaque examina te 1. Quomodo oculos tuos ab illicito spectu: aures ab illicito auditu: nares ab odoratu delicatissimo: gustum ab immodico usu cibi & potus: tactum denique sensuali quocunque, & illicito usu contineas.

Examina 2. Quomodo memoriam ab illicita recordatione; intellectum ab illicito assensu vel dissensu: voluntatem ab illicita volitione aut nolitione contineas.

Examina 3. Quomodo te in mortificatione spontanea per cibi & potus moderationem & subtractionem: vel corporis per flagella, cilicia, aliâque similia instrumenta castigatione hactenus te habueris?

Examina 4. Quomodo afflictationes corporis à DEO proximo, sive per aëris intemperiem, puta frigus & aestus: sive per necessarij alimenti subtractionem, puta sitim &

nam: five per sanitatis læsionem, ut morbos, percussiones, vulnera &c. susceperis.

Considera II. Quæ motiva excitare te debeant ad hanc Mortificationem singulari studio exercendam. Videlicet 1. Quia sic Status Sacerdotalis exigit; si enim, *qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum concupiscentiis suis*, teste S. Paulo ad Gal. c. 5. & Christus ipse Luc. 9. dixit: *Qui vult sequi post me, abneget semetipsum* (per internam mortificationem) *Et tollat Crucem suam* (per mortificationem externam) *Et sequatur me*; an non Sacerdos, qui propter munus suum peculiariter ad imitandum & sequendum Christum obligatur, peculiari quoque studio ad Mortificationis virtutem incumbere debet? 2. Quia specialiter ad profectum in perfectione & charitate conducit, uti breviter indicavit prius Author libelli de imit. Christi l. 1. c. 25. dicens: *Tantum proficies, quantum tibi vim intuleris*. Fufius verò Calhianus l. 4. Instit. c. 43. significavit, dum dixit: *Mortificatione voluntatum extirpantur, & marcescunt vitia universa; expulsiōne virtutum virtutes fructificant, atque succrescunt; pululatione virtutum puritas cordis acquiritur; puritate cordis Apostolica charitatis perfectio possidetur*. 3. Quia, ut Christus ipse quondam S. Catharinæ Senensi dixit, *quantum moreris tibi, tantum vivis DEO*; quæ sola vita est *vita vera*, quia fini, propter quem creatus est homo, conformis: *vita jucunda*; quid enim jucundius possessione finis ultimi? *vita perennis*, quia & in hac vita sine voluntate tua auferri non potest, & certam tibi vitæ æternæ, etiam absque Purgatorio possidendæ, spem facit; si enim Martyrium talis vitæ promissionem habet, quantum magis mortificatio carnis & propriæ voluntatis, quæ, teste S. Bernardo ser. 30. in Cant. *genus martyrij est, illo, quo membra caduntur ferro, horrore eisdem mitius, sed diuturnitate molestius, eandem promittit*.

Considera III. Quæ media adhibere possis, & velis ad hanc virtutem obtinendam, nimirum sequentia tria 1. Ut *necessitatem* hujus Mortificationis bene ponderes; quam quidem pulchrè ob oculos posuit S. Bernardus ser. 58. super Cantica dicens: *Credite mihi, & putata repullulant, & effugata redeunt, & reaccenduntur extincta, sopita denuo*

excitantur. Parum ergo est semel putasse, saepe putandum est; imò si fieri potest, semper, quia semper, quod putari oportet, si non dissimulas, invenies; nam, ut bene S. Ephrem exhort. ad piet. dixit, bellum militum breve, sed Monachorum (& potiori jure Sacerdotis) pugna, quoadusque migraverit Dominum. 2. Ut non ad difficultatem mortificationis ternam, sed unctionem & consolationem, quæ, plerumque mortificationem comitatur juxta illud Apoc. 2. *Vincens dabo manna absconditum*: oculos mentis reflectas; nam S. Bernardus ser. 1. de dedic. sapienter advertit, hinc est, quod multi abominantur, & fugiunt penitentiam, crucem, & mortem videntes, sed non etiam unctionem. Vos, qui experitis, ecce scitis, quia verè crux nostra inuncta est, & non dicam, amaritudo nostra dulcissima. 3. Ut contra Mortificationis Exercitio facilitatem tibi hujus virtutis curare studeas; ut enim, qui crucifiguntur, non uno tantum aut altero ictu Cruci affiguntur, sed pluribus opus est, qui cum Christo crucifigi cupit, sapius sibi vim inferre necesse est. Unde rectè Thomas Kemp, l. 1. c. 3. ait: *Hic deberet esse negotium nostrum, sincere & fideliter seipsum, quotidie seipso fortiosem fieri, atque in melius aliquid proficere.* Quidni ergo exardescis in temetipsum, & exclamans cum S. Bernardo: *Exurgat DEVS, cadat armatus iste, & conteratur inimicus homo, Contemptor DEI, amicus sui, amicus Mundi, servus Diaboli; quid tibi videtur, si rectè sentis, mecum dices: Reus est mortis, crucifigatur.*

Materia Lectionis.

Ex libello de imitatione legi potest residuum ex l. 1. c. 1. vel si jam totum priori die lectum est, l. 3. c. 19.

Ex libello Ascetico, vel Historico, quantum tempus permittit.

Ex libello Exercitiorum legi possunt hodie Regule de virtutu temperando, quæ supra p. 1. c. 3. §. 3. med. 2. n. 7. habentur; circa quas tamen duo obiter notanda sunt. Primum est, eas à S. P. Ignatio non ideo in hac Septimana positas esse, quòd huic Septimanæ propriæ sint, sed quòd aliis diebus alia documenta magis necessaria tradenda, atque adhibenda.

qui exercetur, multitudine legendæ materiæ non obruendus
 sicut Directorium c. 35. n. 13. suspicatur.

Secundum est, quòd S. Ignatius has Regulas ideo assignâ-
 tis, eò quòd necessitatem specialem vitiij Gulæ extirpandi
 agnovit, non ignarus videlicet sententiæ à S. Gregorio
 hom. 30. mor. prolata, dum ait: *Non ad conflictum spiri-
 tuali agonis assurgitur, si non prius intra nosmetipsos hostis
 hostis, gula videlicet appetitus edomatur, quia, si non ea,
 qua nobis viciniora sunt, prosternimus, inaniter ad ea, qua
 longius sunt, impugnanda transimus; incassum namq; con-
 tra exteriores inimicos in campo bellum geritur, si intra ur-
 bis mania cruvis insidians habetur.* Unde rectè pius Author
 l. 1. c. 19. hortatur: *Accinge te sicut vir contra Diabolicas
 nequitiis: frena gulam, & omnem carnis inclinationem
 facilius frenabis;* nam apud eos, qui in Mundo sunt, radix
 malorum omnium est avaritia, apud Monachos verò (& Sa-
 cerdotes) gulæ concupiscentia, teste S. Climaco grad. 26.
 Prudenter tamen legendæ, multòque cautiùs usurpandæ
 sunt, ne noceant potius, quàm profint. Unde monet cit. Di-
 rectorium, non semper scripto dandas esse, sed verbo potius
 explicandas, eò quòd non omnibus eodem modo conveni-
 ant, atque a deo Directoris prudentis ad vires & complexio-
 nem corporis, animique attendentis, directione egeant.

Materia Scriptionis.

Cùm ad Sacerdotem tria præcipuè capita pertineant, ma-
 gna (id est, sufficiens) scientia, major prudentia, maxima
 sanctitas; ideo ut hanc quoque Prudentiæ virtutem faciliùs
 comparare, & solidiùs exercere queat, juvabit, hodie dicta-
 mina quardam Prudentiæ conscribere, juxta quæ sese dirige-
 re deinceps queat, qualia quidem exempli causa sequentia
 esse possunt.

Dictamina observanda circa seipsum.

- I. Quid prodest homini, si universum Mundum lucretur,
 animæ verò suæ detrimentum patiatur.
- II. Talis ac tantus est, qualis & quantus es apud DEVM.
- III. Laudet te alienus, & non os tuum; extraneus, & non
 labia tua.

IV. Melius est parum cum timore Domini, quam thesauri magni & insatiabiles.

V. In multis esto inscius, & audi tacens simul & querens.

VI. Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt Patres tui.

VII. Nullum conscium peccatorum tuorum magis timeas, quam teipsum; alium enim effugere potes, te nunquam.

VIII. Absque consilio nihil facias, & post factum non poenitebis; salus namque, ubi multa consilia.

IX. In omnibus operibus tuis memorare novissimam horam, quem exitum actio tua probabiliter sit sortitura, & in aeternum non peccabis.

X. Magnarum rerum, etsi successus non fuerit, honoratus est ipse conatus.

XI. Habe fiduciam in Domino ex toto corde tuo, & non innitaris prudentiam tuam.

Circa alios.

XII. Causam tuam tracta cum Amico tuo, & Secretarium extraneo ne reveles.

XIII. Pacem cum hominibus habebis, cum vitijs bellum.

XIV. Alteri semper ignoscito, tibi nunquam.

XV. Multi sunt obligandi, pauci offendendi; nam memoria beneficiorum facilis est, injuriarum tenax.

XVI. Quoties aliquid vel scripturus, vel dicturus es, secreto, morum tuorum chirographum te exhibere.

XVII. Non quam multis placeas, sed qualibus stude.

XVIII. Quod tacitum esse velis, nemini dixeris; si tibi non imperasti, quomodo ab alio silentium impetrabis?

XIX. Audisti verbum adversus proximum tuum? commoriatur in te, fidens, quoniam non te disrumper.

XX. Quod persuaseris, erit diuturnum; quod coegeris, in occasione.

XXI. Cum placuerint Domino viae hominis, inimicus quoque ejus converteret ad pacem.

XXII. Quod de alienis tractas, ex tuis judica.

XXIII. Melius est parvum bonum cum parvo bono, quam magnum bonum cum magno bono.

XXIV. Qui cum Sapientibus graditur, Sapiens erit; A-
micius Stultorum similis efficietur.

XXV. Qui corripit hominem, gratiam postea apud eum
pervenit magis, quam ille, qui per blandimenta linguæ de-
cipit.

XXVI. Quidquid dicturus es, antequam aliis, dixeris
tibi.

XXVII. Prudentem & Sapiens informat, & Stultus; ille,
quid vitandum sit, docet; iste, quid vitandum.

XXVIII. Curam à te, non curationem exigit DEVS.

XXIX. Coronat DEVS voluntatem, ubi non invenit fa-
cultatem.

XXX. Homines amare debemus, sicut DEVS, nempe vel
quia sunt in illo, ut boni; vel ut sint in illo, sicut mali.

EXERCITIA

QUARTÆ HEBDOMADÆ.

Hæc Hebdomada propriè ad viam unitivam spectat, sic
vocatam, quia Scopus illius est, perfectam cum DEO
unionem procurare, ut dicere tandem possit anima nostra:
Alibi autem adhære DEO bonum est. Ps. 72. Sicut autem
in æterna vita, ubi unio ista perfectissimè obrenta est, ea sit
mediantibus tribus potentijs animæ, ita ut memoria per con-
tinuam præsentiam, intellectus per claram visionem, volun-
tas denique per firmum amorem DEO adhæreat, sicque tota
in eum transformetur (juxta testimonium S. Joannis 1. c. 3.
dicentis: *Scimus, quoniam cum apparuerit, clarè scilicet
per beatificam visionem, similes ei erimus*) ita simili modo
in hac vita laborandum est, ut per easdem tres potentias u-
nionem, quanta obtineri per gratiam DEI potest, perfectif-
simam procuremus; ad hunc enim terminum iter nostrum
spirituale dirigitur. Ut autem Scopus hic clariùs intelliga-
tus, sequentia breviter notanda sunt.

Primo quòd licet talis unio & charitas respectu hujus vitæ
sic & verè dici queat terminus, in quo sistendum, & quiescen-
dum est; respectu tamen futuræ vitæ non terminus, sed via
adhuc dici debeat, cum anima adhuc à tali charitate excide-
re, & in ipso portu naufragium pati queat; & ideo scilicet

hanc unionem terminum *Via unitiva*, id est, itineris ad beatificum amorem in altera vita obtinendum tendentis appellamus.

Secundò notandum est, etsi huic viæ affectus gaudij, gratulationis, amoris & similes potissimum convenient, tamen tamen inconveniens videri, ut alij etiam affectus anteriores hebdomades pertinentes eliciantur; imò si inter eos, qui Meditationes pro hac hebdomada præscribitur accuratius consideretur, non obscure apparebit, illos eorum potissimum per Christi, Sanctorumque gloriam considerationem propositam collimare, ut cognita, & quasi eminus confecti eorum felicitate, tantò velocius per viam virtutum & bonorum operum ad eundem terminum properemus, & à peccato velut termino, à quo recessimus, longissimè absumus.

DIES SEPTIMA.

Cùm duo potissimum affectus, ut bene Ludovicus de Noema in proœmio octavæ diei advertit, quærantur nempe participatio & prægustus gaudij, quo Christus & Beati in cœlesti fruuntur; & perfectior cognitio bonitatis & amoris DEI, quæ nos cum desiderio mutuas amoris vices rependendi, pro utroque hoc sine Meditationes hoc & sequenti die præscribendæ sunt; & hujus quidem diei Meditationes ad priorum potissimum affectum procurandum tendunt, ita tamen addidit dum ex consideratione gloriæ Christi, B. Virginis, & aliorum Sanctorum ad eandem gloriam desiderandam & querendam impelli nos senserimus, eam non tam propriè nobis commodi gratia, sed ut DEO major inde gloria exurgat, appetamus.

Tessera.

Si surrexistis cum Christo, quæ sursum sunt, quærite. Coloss. 3.

MEDITATIO I. DE GLORIOSA RESURRECTIONE CHRISTI.

Prælium primum est, Christum ex sepulchro gloriosè resurgentem, & vexillum in manibus portantem sibi imaginari.

Prælium II. est, petere gratiam, ut tantum mysterium
dignè æstimare, & optatum ex eo fructum reportare queas.

Punctum I.

Confidera I. Quàm gloriosa fuerit hæc resurrectio, &
quantum gaudium attulerit imprimis æterno Patri; si enim
alij Patres in hoc mundo tantopere lætantur, si filios post in-
signem de hoste reportatam victoriam redeuntes vident;
quantò majus gaudium percepisse credibile est æternum Pa-
trem, quando Filium suum tam obedientem & dilectum, à
morte ipsa, & quidem post tot, tamque generosa facinora
patrata, revertentem excepit. Quantum item gaudium crea-
verit ipsi Christo, qui tot, tamque potentes hostes, videlicet
carnem, mundum, & diabolum, tam gloriosè à se devictos:
tantam gloriam corpori & animæ comparatam, ac tam pre-
tiosa spolia hostibus erepta intuebatur. Quantum denique
attulerit Patribus in limbo ex tam diuturna & molesta capti-
vitate ereptis, totique generi humano è potestate Diaboli
tam feliciter extracto; si enim post victoriam aliquam uni-
versalem de hostibus valde metuendis reportatam tanta in
omnibus ijs, ad quos victoriæ talis fructus pertinet, lætitia
exurgit; quantò magis & patres antiqui, & totum genus hu-
manum lætari debeat, ob hostes tam noxios & capitales de-
victos.

Confidera II. Quantopere tu imprimis Christo, velut Du-
ci tuo amantissimo propter victoriam talem gratulari, si-
milique excitari debeas ad multos, magnosque labores pro
Dei gloria & animarum salute suscipiendos, utpote quos
vides tam glorioso exitu coronari.

Confidera III. Quomodo hætenus utrumque hunc fru-
ctum obtinere studueris, & deinceps saltem, ut obtineas,
laborare pro viribus velis. Colloquium ad SS. Patronos.

Punctum II.

Confidera I. Quas ob causas Christus à mortuis resurge-
re voluerit, nempe ob tres præcipuè. I. Quia sic merita i-
psum exigebant; si enim id, quod in præsentis est, momenta-
neum & leve tribulationis nostræ, æternæ gloriæ pondus o-
peratur in nobis, teste S. Paulo 2. Cor. 4. quantam gloriam
exegit-

exegisse credenda est tam diuturna, tam acerba, tam multiplex Christi passio?

II. Ut resurrectionis articulum sua resurrectione confirmaret; idè enim tam diu adhuc in terris post resurrectionem suam mansit, & varijs apparuit, ut, sicut ipsum reallumpro, & animæ unito corpore surrexisset cognoverunt, ita quoque simili modo resurrecturos crederent, idèque dicerent cum Job c. 19. *Scio enim, quod Redemptor meus vivet, & in novissimo die de terra surrecturus sum, & rursum circumdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum Salvatorem meum, quem visurus sum ego ipse, & oculi mei conspiciuntur, & non alius: reposita est hac spes mea in sinu meo.*

III. Ut sua resurrectione ad spiritualem Resurrectionem incitaret; sic enim inprimis S. Paulus ad Rom. 6. indicavit dicens: *Quomodo Christus surrexit à mortui per gloriam Patris, ita & nos in novitate vitæ ambulemus.* Deinde verò etiam S. Bernardus S. 1. de resurr. confirmavit dicens: *Christus, quia transit in novitatem vitæ, nos quoque invitavit ad transitum. Transitus sit resurrectionis signum nobis, non sit reditus, transitus ad vitæ novitatem, non reditus ad peccati & vetustatem.*

Confidera II. Quàm magnam iterum hæc causæ alacritatem in te excitare debeant, ad omnes tribulationes fortiter perferendas, cum, ut S. Chrysostomus in S. ad pop. sapienter advertit, *quantùm tribulationes intenduntur, tantùm & retributiones ampliuntur, imò & multo plus; non enim sunt condigna passiones presentis temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis. Cum igitur bonum fueris, & contraria receperis, gaude, & latare: majoris enim tibi retributionis materia est.*

Confidera III. Quàm libenter etiam cum Christo spiritualiter resurgere, id est, novam cum Deo, qui est summum bonum, unionem, aut fervorem charitatis assumere debeas, & ita quidem, ut eam nunquam ampliùs dimittere statuas, dicique de te queat: *Surrexit Vere, non phantasticè, ut Samuel; nec velut iterum moriturus, ut Lazarus resurrexit; quàmque magnam tibi hæc resurrectio gloriam, omnibus verò, quibus appariturus, seu convicturus es, gaudium partura sit, maxime Ecclesiæ, velut matri tuæ; Parochianis, ve-*

in Discipulis tuis; Defunctis velut in carcere gravissimo
constituis. Colloquium ad B. Virginem.

Punctum III.

Considera I. Cur Christus in corpore suo glorioso cicatrices vulnerum retinere voluerit, nimirum tres etiam ob causas. I. Ut, quemadmodum S. Cyprianus l. 1. de bapt. Christi loquitur, *reservata in corpore plaga salutis humana pretium exigant, & obedientia donatorum requirant*; cum sit vulneratus propter iniquitates nostras, teste Isaia. Hinc *clamat clavus*, inquit S. Bernardus S. 61. in Cant. *clamat vulnus, quod verè Deus sit in Christo mundum reconcilians sibi*. II. *Servavit signa mortis*, inquit ven. Beda c. 6. Luc. *ut sua morte redemptis, quàm misericorditer sint adjuti, propositis semper mortis ejus innovet indicijs. Atque adeò ad pugnam excites laudis & contrariarum memoriam*. III. Ut perpetuum in illis refugium haberemus; hinc ipsemet sponsam cant. 2. *invitat dicens: Surge amica mea, speciosa mea, & veni, columba mea in foraminibus petra, in caverna maceria*. Quæ verba expendens Guericus Abbas, *opportunitatem quidem petrae refugium Herinacis, sed habitatio grata columbis, cujus foramina tot vulneribus toto ferè corpore patentia & veniam offerunt reis, & gratiam conferunt justis; imò verò tota habitatio, turrisque fortitudinis, Christi Domini vulneribus immorari*.

Considera II. Quàm magnum tibi sive pro te, sive pro animabus tuæ curæ commissis solatium ex triplici hac causa oriatur, si enim te ipsum consideres, an non dices cum S. Augustino; *Tuta & firma requies est infirmis in vulneribus Salvatoris. Securus illic habito, patent mihi viscera per vulnera. Quidquid ex me mihi deest, usurpo mihi ex visceribus Domini mei, quoniam misericordiâ affluunt; nec desunt foramina, per quæ effluant. Per foramina corporis patent mihi arcana cordis, patet magnum pietatis Sacramentum, patent viscera misericordiæ, in quibus visitavit nos oriens ex alto. Si verò alios tibi commissos contempleris, an non gaudebis pariter, quòd, ut S. Bernardus S. 61. in cant. ait, *in his passer inveniat sibi domum, & turtur nidum, ubi reponat**

reponat pullos suos; in his columba se tuetur, & circumvolitantem intrepida intueatur accipitrem.

Considera III. Quomodo hæcenus hoc solatium capere studueris, & deinceps saltem capere velis, ut cum S. Augustino propriâ experienciâ doctus dicere queas: *In omnibus adversitatibus meis non inveni tam efficax remedium, quam vulnere Christi. In his dormio (cum ovibus meis) securus: & requiesco intrepidus.* Colloquium ad Christum.

MEDITATIO II.

DE ASCENSIONE GLORIOSA CHRISTI.

Præludium I. Est, Christum in cælos ascendentem, & ab Angelis, ac animabus è limbo ereptis cum magno jubilo introductum intueri.

Præludium II. Est, gratiam petere, ut mysterium hoc festuose perpendere, & mente saltem Christum in cælos comitari possis.

Punctum I.

Considera I. Quanto cum gaudio & jubilo Christus cum ab Angelis, tum ab animabus è limbo ereptis in cælum fuerit deductus; si enim Bethulienfes olim per Juditham devictò Holoferno è periculo interitus liberati, benedixerunt eam omnes unâ voce dicentes: *Tu gloria Ierusalem, tu letitia Israël, tu honorificentia populi nostri*: & per tres menses gaudium hujus victoriæ celebratum est, uti in libro Judith c. 15. & 16. legitur; quantò majori cum gaudio credibile est, Christum à liberatis animabus, & Angelis earum custodibus fuisse exceptum & deductum, ut qui & hostem longè crudeliorem tam fortiter devicit, & è periculo miseriæ longè majoris liberavit, & insuper januam ad beatitudinem perpetuò duraturam reservavit, atque adeò multò æquius dici poterat gloria, letitia, & honorificentia populi Christiani, & Hierarchiæ cælestis.

Considera II. Si triumphante duce, meritò & ipsi milites gaudij & honoris tanti participes esse se putant, ideòque vehementer cum eo gaudent, eique victoriam suam gratulantur, quàm æquum sit, ut tu quoque Christo tam gloriosum

hanc suum triumphum gratuleris, & singularem ob ejus gloriam & victoriam, lætitiā ostendas.

Confidera III. Quomodo hætenus id præstiteris, & prætere deinceps velis. Colloquium ad SS. Patronos.

Punctum II.

Confidera I. Quanto cum honore & gaudio ab ipso æterno Patre fuerit exceptus, quantâque gloriâ ab eodem fuerit donatus; si enim Filius prodigus a misero suo statu revertens olim à Patre suo tam benevolè exceptus est, quàm magnū oportet fuisse gaudium, quo Pater æternus Filium suum unigenitum, summèque dilectum, in quo semper sibi bene complacuit, quique opus ab ipso commendatum tam perfectè feliciterque consummavit, post tot, tamque generosa facinora patrata ad se revertentem vidit. Si teste S. Paulo 1. Cor. 2. *nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in carnis hominis ascendit, quæ præparavit Deus ijs, qui diligunt illum*, quis magnitudinem gloriæ Christo concessæ comprehendere, aut æstimare poterit, ut qui amorem suum per exactissimam mandatorum observationem, per tantam inter innumeras tribulationes constantiam tam insigniter probavit, & per totum vitæ tempus nec unico quidem momento interrupit.

Confidera II. Si illi, qui verè se invicem amant, amati bona & gaudia velut propria æstimant, & lætantur; quanto te tu, qui Christum ob speciales titulos singulariter diligere te proferis, ob tantam hanc illius gloriam gaudere, atque, ut à quamplurimis propterea honoretur, & ametur, omni studio & conatu procurare debeas.

Confidera III. Cum ex hac ipsa Christi gloria clarissimè colligas, quàm verè & copiosè Deus obsequia sibi exhibita remuneretur, & mensuram præmij bonam, consortam, coaugmentam, & superfluentem pro operibus nostris largiatur; quanta cum alacritate tu deinceps Deo servire, atque ad eodē vocationi tuæ respondere debeas. Colloquium ad B. Virgineam.

Punctum III.

Confidera I. Quemadmodum olim triumphantes in triumphis Romanis varia dona populo distribui curabant, ita Christi

Christum quoque varias gratias in suo triumpho distribuere voluisse, hinc Apostolus ad Eph. 4, dixit. *Ascendit Christus in altum, captivam duxit captivitatem, dedit dona hominibus.*

Considera II. Cùm tanta sit Christi liberalitas, quæ præcipuum dona ab eo petere debeas, videlicet, ut, cum ipse sicut Elias in curru igneo charitatis ad cælos ascendit, quoque cum Elisæo ad eundem clames: *Obsecro, Domine, fiat in me spiritus duplex tuus, propriæ videlicet, & animæ salutis zelus, utpotè præcipuum, summèque necessarium instrumentum ad vocationem perfectè adimplendam.*

Considera III. Quantopere hic spiritus duplex conatus sit ad omnes tuas functiones Pastorales ritè & fructuosè obeundas, quantòque adeò cum fervore & submissis eundem a Christo petere debeas, & velis. Colloquiamur a Christo.

MEDITATIO III.

DE SPIRITUS SANCTI MISSIONE.

Præludium I. Est, Apostolos in uno cubiculo congregatos, & Spiritum Sanctum in linguis igneis super ipsos descendentem intueri.

Præludium II. Est, petere gratiam à Deo, ut donum illud dignè æstimare, atque ad illud dignè suscipiendum quod optimè te disponere possis.

Punctum I.

Considera I. Quàm verè, nunc dici queat, per Spiritum Sancti missionem reipsa contigisse, quod olim Poetæ Prometheo fingeant, quòd scilicet, cùm statua à se fabricata nihil aliud, quàm animam deesse adverteret, ignem cælo attulerit, eoque statuam suam animaverit: verè cùm Apostoli, totaque, quam repræsentabant, Ecclesia cõpuncta quoque inanimatum erat, donec virtute ex alto instructa à Christo, & Spiritus Sancti, velut animæ, adventu animata retur.

Considera II. Quàm perfectè Spiritus Sanctus animæ ritualis officium impleverit, quàm bene Apostoli hæc

animati vivere, quam acutè sentire cœlestia, quam sapienter intelligere divina mysteria, & movere se discurrendo per totum mundum, Evangelicamque doctrinam prædicandoinceperint.

Confidera III. Quàm nobiles & pretiosi sint hi effectus; quò scilicet præstantiores, quantò pluris faciendae est vita, & operationes supernaturales, quàm naturales. Si ergò anima & vita naturalis tantopere diligitur, & custoditur, ut Salomon prov. 4. hortari ausus sit: *Omni custodia serva cor tuum, quoniam ex ipso vita proædit*; quantò major cura adhibenda erit, ut Spiritus Sanctus velut supernaturalium actionum principium fovetur, & conservetur. Vide ergo, an eundem ut par est, hæcenus æstimâris, & conservare, invocareque studueris. Colloquium ad SS. Patronos.

Punctum II.

Confidera I. Quibus medijs usi sint Apostoli ad Spiritûs Sancti adventum & gratiam obtinendam, tribus nempe.

I. *Humili & devota oratione*; memores videlicet, quid Christus Luc. 11. dixerit: *Petite; & dabitur vobis; si enim petitis, cum sitis mali, nôstis bona dare filiis vestris, quantum magis Pater vester de cælo dabit spiritum bonum petentibus*. II. *Mandatorum divinorum observatione*: dum scilicet tam promptè paruerunt Christo præcipienti, ne ab Jerusalemis discederent, sed promissionem Patris expectarent; hæc enim observatio mandatorum est velut unio, per quam Spiritus Sanctus velut anima Apostolis, totique Ecclesiæ uniri debet; hinc ipse Christus Jo. 14. dixit: *Si quis diligit me, sermonem meum servabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus & mansionem apud eum faciemus*, utique Spiritum Sanctum etiam secum adducentes. III. *Unio inter se charitate*: erant enim unanimiter perseverantes, ut act. 1. legitur; hæc enim unio mutua vel mutua necessaria erat, tum ad Spiritûs Sancti adventum efficacius per orationem impetrandum (uti Christus Matt. 18. indicavit dicens: *Iterum dico vobis, quia si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re, quamcunque petierint, fiet a patre meo, qui in cælis est*) tum ad eundem recipiendum, ut enim ab anima, non nisi membra, quæ sibi

Instrum. VIII.

Q

mutuò

mutuò unita sunt, animantur, ita nec à Spiritu Sancto, teste Apostolo I. Cor. 14. *non est dissensionis Deus, sed unitio, qui mutuam cum alijs membris Ecclesie unionem, charitatèque non habet.*

Confidera II. Quàm efficacia sint hæc media ad Spiritum Sanctum non tantùm efficaciter, sed abundanter etiã impetrandum, quòdque adeò à te & alijs Sacerdotibus tantùm diligentius adhibenda sunt, quantò magis gratia illius & iudicium ad operationes vestras Apostolicas necessaria est.

Confidera III. Quomodo hæc dispositiones & media adhibueris, & adhibere deinceps velis. Colloquium ad Virginem.

Punctum III.

Confidera I. Quæ media adhibuerint Apostoli ad conservandum Spiritum Sanctum, videlicet duo præcipua. Quòd ejus impulsui & directioni sedulò paruerint; cum denunciabatur eis, ne omninò loquerentur, neque crederent in nomine JESU, impertèritè responderunt: *scitum est in conspectu Dei, eos potius audire, quàm Deum judicare; non possumus, quæ vidimus, & audivimus, loqui; nimirum nescit tarda molimina Spiritus Sancti.* II. Quòd omnem carnalem & sensualem amorem à se excluderint, uti vel ex eo colligitur, quòd mortuorum post Spiritus Sancti adventum quidquam, quòd sensualem amorem saperet, admisisse legatur; non ignari quippe fuerant, quid ipse Deus Gen. 6. *Non permanebit spiritus meus in homine in aternũ, quia caro est.* Unde huc prætrahi potest, quòd Thomas Kemp. l. 3. c. 53. dixit: *pretiosa est gratia mea, nõ permittit se misceri extraneis, nec consolationibus externis.* Qui ergo libere necesse est, ut omnes pravas & inordinatas affectiones suas mortificet, atque nulli creatura præterito amore concupiscenter inhæreat.

Confidera II. Quàm & hæc media non modò efficacia, sed planè etiã necessaria sint ijs, qui Spiritus Sancti præsentiam retinere desiderant; cum planè Spiritus Sanctus sicut amor divinus, & amor sensualis sibi extremè contraria sint, atque adeò tam parùm, quàm alia duo contraria, eodem homine consistere possint.

Confidera III. Quam æquum proin fit, ut amorem (cen-
 ſuram, cum quo non niſi omnia mala pariter venerunt, ex-
 cedas, & Spiritui Sancto tanquam cœleſti amori aditum
 operias, utpote de quo iure dicere queas: *Venerunt autem
 nobis omnia bona pariter cum eo.* Exclama ergo cum Eccle-
 ſia: *Veni Sancte Spiritus, reple tuorum corda fidelium, &
 tui amoris in eum ignem accende.* Colloquium ad Chriſtum.

CONSIDERATIO.

DE ACTIONIBUS QUOTIDIANIS RITE
OBEVNDIS.

Confidera I. Quæ conditiones ad actionem bonam &
 perfectam requirantur; tres videlicet, nempe ut fit bona
 quoad *ſubſtantiam*, quoad *modum*, quoad *finem*. Bona quo-
 ad *ſubſtantiam* erit, ſi ſaltem divinæ legi, & rationi non fit
 diſformis; hinc etiam actiones indifferentes, ut laborare,
 comedere, bibere, ludere, ambulare, colloqui, dormire &c.
 hoc ſenſu bonæ dici queunt. Negari tamen non debet, dari
 hæc in parte latitudinem, & unam actionem etiam quoad
 ſubſtantiam aliâ meliorem eſſe; ſic enim, cæteris paribus,
 melior eſt actio, quæ plus charitatis continet, (*multum e-
 rum facit, qui multum diligit*, ait Thomas Kemp. l. i. c. 15.)
 illa autem plus charitatis continet, quæ majorem propriæ
 voluntatis abnegationem, & difficultatem involvit, aut non
 appropriam duntaxat, ſed alienam, etiam ſalutem procuran-
 diam ordinatur. Bona quoad *modum* ut fit, requiritur, ut
 impetris *in gratia* fiat, deinde cum debita *diligentia* pera-
 gatur; demum ut non ex neceſſitate, ſed cum magna prom-
 ptitudine & hilaritate obeatur; *hilarem namque datorem
 diligit Deus*, teſte D. Paulo 2. Cor. 9. quæ quidem tres con-
 ditiones, quod perfectiores fuerint, tantò etiam quoad mo-
 dum perfectior erit actio. Quoad *finem* denique bona erit ac-
 tio, ſi propter cauſam honeſtam & aliquo modo ſupernatu-
 ralem eliciatur, nempe ut beatitudo obtineatur, vel æternæ
 pœnæ devitentur, vel ut Deo ſuper omnia amato beneplac-
 ceant, quæ ultima cauſa, ſicut omnium perfectiſſima eſt, ita
 merito ſuadetur ab Apoſtolo ad Rom. 16. *Omnia veſtra in
 caritate fiunt*, per hanc enim actiones noſtræ divinum
 quidpiam hauriunt, & quodammodo deificantur, ut loqui-

tur S. Gregorius Nazianzenus. Unde facile patet, actionem secundum finem spectatam tantò meliorem esse, quantò prior est amor, ex cuius motivo elicitur; tantò autem puriorem esse amorem, quantò minùs de solatio, præmio, laude, aut commodo terreno admittit. Examina ergo, quomodo tres istas conditiones hactenus in actionibus tuis observas, tantòque maiorem deinceps diligentiam in iisdem persequendis adhibe, quantò difficilius est, easdem in praxin deducere: certè S. Hieronymus c. 4. contra Pelag. expressè ait *Cunctorum in carne iustorum imperfecta perfectio est.* & S. Bernardus in epist. 111. intrepidè ausus est dicere: *scio sibi hic gradus à quoquam in hac vita rellè apprehensur, ut se homo diligat tantum propter Deum. Afferunt huius qui experti sunt; mihi fateor in hac vita impossibile, videri illum apprehendere.*

Considera II. Quas ob causas omnem diligentiam adhibere debeas in actionibus tuis quotidianis ritè perficiendis, ob tres videlicet. I. *Propter Deum*: si enim famulantes opifices Regi alicui terreno servientes, omnia cum singulâ diligentia & perfectione perficiunt; quantò magis Deo, Regi Regum, & Domino Dominantium nihil nisi undeque perfectum offerri debet. Unde meritò semper reipsum quamvis actionem excitare cum Davide deberes, & dicere: *Totis viribus hanc actionem perficiam, non enim homini præparatur, sed Deo.* II. *Propter te*: cuius perfectio & utilitas in operibus quotidianis ritè peractis consistit, ut earborum bonitas ex fructibus colligitur, ita qualitas hominum ex operum qualitate concluditur. Si ergo in omnibus tuis arboribus optimos quosque fructus optiaries, & si in tua personate foret, omni studio procurares; quantò magis cogitare debes, ut tu ipse fructus non nisi optimos, utpote in eternitatem duraturos proferas; cum hoc, auxiliante divina gratia, semper efficere possis; *magis siquidem Deum propter te ex quanto quis agit, quam opus, quod facit, ut sapienter præcipit* Author l. 1. de imit. c. 15. advertit. III. *Propter Primum*: cum enim eorundem operum tuorum fructum largi factorium & impetratorium, si non totum, magnâ certè parte in auxilium & solatium viventium & Defunctorum offeras, au non vel hoc etiam titulo non modicè incitaberis.

eadem cum maxima perfectione perficienda. Dic enim, amico tuo singulariter dilecto in paupertate tua succurre- res velles, & Deus tibi potestatem daret, plumbum, argen- tum, vel aurum pro libitu creandi; an in tali casu non au- rum potius, quàm argentum aut plumbum creares? cur er- go, cum Deus potestatem tibi dederit, ad aurea potiùs opera, seu ex charitate facta, quàm argentea ex minùs perfectis mo- tivis elicitia; aut plumbea, id est, negligenter peracta, pro- ducenda, non illa potiùs, quàm ista producere studeas?

Confidera III. Quæ media adhibere possis, & debeas, ad actiones tuas quotidianas dicto modo perficiendas. Tria præcipuè suadèo. Primum est, ut *deliberatè* eas perficere studeas, non temerè scilicet, aut ex consuetudine eas elicien- do, sed cum legitima intentione singulis aut potioribus saltem actionibus tuis præfixâ; per hanc quippe intentio- nem memoria trium morivorum suprà indicatorum renova- bitur, & hoc ipso non parvus etiam stimulus addetur ad eas- dem cum magna perfectione producendas. Secundum est, ut *liberè*, id est, absque omni sollicitudine de præteritis & fu- turis alijs operibus actiones tuas singulas perficias; cum e- nim demon advertat, pluribus intentum sensum ad singula minorem esse, id unum agit. ut animum operantis vel præ- teritorum recordatione, vel futurorum sollicitudine distra- hat, & ad bene operandum inhabilem efficiat. Unde, quod olim apud Ethnicos sacrificantibus dicebatur: *Age, quod a- git*: id tibi occine, tantaque cum applicatione animi singu- las tuas actiones perage, ac si postremæ in vita forent, Deiq; gloria, ac totius generis humani salus ab iisdem dependeret.

Tertium est, ut *ordinatè* quoque illas perficias; absque hoc enim ordine confusè propositæ non parùm distrahent ani- mum, & dum inquirere primùm oportet, quæ alteri præfe- renda sit, sollicitum ac turbatum efficiet; unde S. Ignatius ad impedimentum hoc removendum pridie semper actiones sequentis diei ordinare solebat, ut, dum sua cuique horæ a- ctio destinata scitur, liberius vires ad eam solam converte- rentur. ut autem hunc ordinem tantò faciliùs conficias, & observes, sequentia monita non parùm proderunt.

I. Operam dabis, ut tempus dormiendi & surgendi pru- denter definitum habeas, rigideque observes; alioqui enim

totus diurnarum actionum ordo non raro, nec levi cum
spendio turbabitur.

II. Si commodè potes, quotidie tempus aliquod facti
meditationi cujusdam mysterij de vita Christi aut Sancto-
rum aut alterius doctrinæ piæ impendes; vix enim explicari
potest, quantas vires ejusmodi meditatio habeat, ad omni-
torius diei functiones ritè alacritèrque perficiendas.

III. Horas Canonicas, si ad easdem in Choro dicendi
non obligaris, maturè, & ante alias actiones recitabis, ut
ut majori cum devotione & quietè eas persolvere queas; ut
ut liberior & expeditior sis ad reliquas muneris tui functio-
nes peragendas. Idem in SS. Missæ Sacrificio offerendum
quantùm fieri potest, observa,

IV. Post preces matutinas, & horas canonicas peractas
prima tuâ cura sit, ut librum aut thecam manualementis
rum inspicias (nisi pridie ante somnum id feceris) & quæ
illo die, & quo modo & ordine peragendum sit, accu-
dispicias, definiâsque. Convenit autem hunc librum
thecam in aliquot partes distingui, in quarum prima in-
mi Parochiani, aut in alia gravi necessitate constituti.
secunda denuntiationes publicè faciendæ. In tertia res
Decanum, vel Vicarium generalem scribendæ, aut de
doctis viris proponenda; in quarta translationes Festorum
in quinta alia negotiola minoris momenti notentur.

V. Reliquum tempus matutinum, nisi aliud necessitas
charitas exigat, privatæ lectioni aut studio impendas, & præ-
cipuè concioni proximè habendæ, quam semper mature
fectam habere studebis, ne alioqui temporis angustijs
tus minùs utiliter eam componas.

VI. Etiam prandij cænaque tempora, quantum fieri po-
test, definita habebis; tum ut importunas cogitationes
cibo & potu liberius excutias; tum ut reliquarum func-
tionum ordinem minùs interturbatum conserves.

VII. Si quas œconomicas curas suscipiendas habebis
in tempus, quod prandium subsequitur, rejicies. Quod
verè aut visitandi ægri, aut ambulatio, itèrve suscipienda
erit, id ipsum quoque pomeridiano tempore, utpote ap-
facias.

VIII. Si tempus aliquod ordinarijs functionibus super-
scilicet

semper alia actio determinata sit, quam substituas, ne oīo
 malorum omnium origini ullus unquam apertus sit locus.

IX. Noli autem turbari, si subito quopiam casu, aut ne-
 gijis intervenientibus constitutum ordinem diurnum in-
 turbam pere, vel mutare cogaris, sed potius optimum tuarum
 institutionum ordinem esse crede, quem sanctissima Dei vo-
 luntas per ejusmodi negotia supervenientia sufficienter in-
 dicata designat.

Materia Lectionis.

Ex libello de imitatione Christi legi potest l. 3. c. 31.

Ex Ascetico vel historico aliquot capita.

Ex libello Exercitiorum legi hodie utiliter possunt Re-
 gula à S. Ignatio, ut cum Orthodoxica Ecclesia rectè sen-
 tiatur, præscriptæ, quæ in sequentibus monitis consistunt.

I. Ut promptus semper animus retineatur, ad obedi-
 entiam, & sentiendum cum Ecclesia Catholica.

II. Ut laudetur frequens confessio & communio, Missæq;
 auditio, & horarum canonicarum tam privata, quàm publi-
 ca recitatio.

III. Ut Religiones & vota religiosa pariter commenden-
 tur, & status cælibatus, aut virginitalis conjugio præferatur.

IV. Ut reliquiarum veneratio, & invocatio Sanctorum,
 peregrinationesque ad illorum templa institutæ, cum indul-
 gentijs, jubilæis, & alijs devotionis adminiculis laudentur.

V. Ut templorum extructio, ornatus, & imagines etiam
 commendentur.

VI. Ut præcepta Ecclesiæ, Traditiones, Ritus, & Decreta
 studiosè probentur; quemadmodum etiam doctrina sacra
 tum positiva, tum scholastica.

VII. Ut vitetur hominum, qui adhuc in terris vivunt,
 cum Beatis in cælo existentibus comparatio; talis enim
 comparatio, ut Thomas Kemp. l. 3. c. 58. ait, nullum fru-
 ctum affert, sed potius dissensiones, & lites inutiles parit,
 idèque Deo & Sanctis displicet.

VIII. Ut, cum de prædestinatione (quod rarò fieri expe-
 dit) sermo habetur, cum magna circumspectione id fiat, ne
 aut liberi arbitrij vires, & operum bonorum merita excludi
 videantur; aut è contrario nimium ipsis tribuatur.

IX. Ut neque Fidei valor & præstantia nimis extollatur bona opera, & aliæ virtutes negligantur; atque ob eandem causam de efficacia gratiæ sermo circumspicere infirmitur.

X. Ut non vituperetur timor servilis Majestatis divini cum etiam hic sit utilis valde, & sæpe necessarius ad hominem à peccato mortali absterrendos; licet semper magis Filii timor & dilectio commendanda & suadenda sit.

Materia Scriptionis.

Hoc die utiliter aliquæ orationes Jaculatoriæ conscriberentur, quæ pro varijs occasionibus servire queant; dici enim vix potest, quantum profint hæ orationes ad mentem perpetuò cum Deo unendam, fervorémque devotionis, si remitti cœperit, instaurandum. Sunt quippe hæ orationes velut prunæ, quibus facillè divini amoris ignis in mentibus nostris suscitatur; sunt tela & sagittæ, quibus & ab hostibus nostris tueri nos, tutosque reddere, & verò etiam ipsius amor ad omnia, quæ petimus, concedenda expugnare possumus; sunt deliciae & refocillationes, quibus languorem animi in miserijs humanis sublevare & tanquam cibo fortissimè vires ad alacriter decurrentem perfectionis viam restitimus: sunt epistolæ breves, quas anima per suspicia tanquam inter nuntios ad Deum & Sanctos transmittit. Verbo: Orationes hæ jaculatoriæ sunt compendiosissima ad mentem rebus terrenis abstrahendam, perfectionémque brevi tempore consequendam via; sunt medicina vitiorum, passivum frenum, virtutum perpetuum exercitium, & mentium uberrimorum fons perpetuus, unde S. Augustinus in Epistola ad Brotham sic scripsit: *Dicuntur Fratres in Epistola crebras quidem orationes habere, sed eas brevissimas tanquam & raptim quodam modo jaculatas, ne illa vigilanter crebra qua oranti plurimum necessaria est, per prolixiores evanescat, atque hebetetur intentio.* Ut ergo earum tantò facilius sibi familiarem facere possit Sacerdos in quocumque quocumque modum poterit orationes ejusmodi jaculatoriæ pro varijs occasionibus sibi conscribere,

ORATIONES JACULATORIÆ.

Pro tentatione amoris inordinati ad creaturas.

Quid mihi est in cælo, & a te quid volui super terram?

DEUS cordis mei, & pars mea in æternum.

Pro tentatione visus.

Averte, Domine, oculos meos, ne videant vanitatem.

Pro tentatione auditus.

Domine, quò ibimus? tu verba vitæ æternæ habes.

Pro tentatione gustus.

Non in solo pane vivit homo, sed in verbo, quod exit de ore DEI. Cibum meum est facere voluntatem Patris mei, qui in cælis est.

Pro tentatione odoratus.

Trahe me post te, ò JESU; curremus in odorem unguentorum tuorum.

Pro tentatione tactus.

Dilectus meus mihi, & ego illi: inter ubera mea commorabitur.

Contra appetitum scientiæ.

Ego nihil existimavi me scire, nisi JESUM Christum, & hanc Crucifixum. Christe, sciant quæcunque alij, mihi sufficit una Cognitioque tui, Cognitioque mei.

Contra pusillanimitatem.

Omnia possum in eo, qui me confortat.

Contra superbiam.

Abiit mihi gloriari, nisi in cruce Domini mei Jesu Christi.

Contra invidiam.

Particeps ego sum omnium timentium te, & custodientium mandata tua.

Contra favorem hominum.

Mihi autem adhærere DEO meo bonum est, & ponere in Domino spem meam.

Contra timorem hominum.

Si DEUS pro nobis, quis contra nos.

Contra judicia hominum.

Ego autem pro minimo æstimavi judicari ab humano die. Prima virtus Monachi est, hominum judiciâ contemnere.

Contra displicentiam hominum.

Si hominibus placerem, Christi servus non essem.

Contra persecutiones hominum.

Domine, ignosce illis, quia nesciunt, quid faciunt.

Contra impatientiam.

Ego quidem justè hæc patior; Christus autem quid fecit?

Contra ablationem bonorum.

Dominus dedit, Dominus abstulit. Sit nomen Domini benedictum.

Contra tristitia nova.

Sicut Domino placuit, ita factum est. Sit nomen Domini benedictum.

Contra timorem futurorum.

Dominus est, quod bonum est in oculis suis, faciat.

Contra vanas delectationes.

Renuit consolari anima mea, memor fui DEI, & delectatus sum. Vel: Delectare anima mea in Domino, & dabo tibi petitiones cordis tui.

Contra contemptum.

Elegi abjectus esse in domo DEI mei magis, quàm habitare in tabernaculis peccatorum.

Contra maledictionem.

Dominus præcepit illi, ut malediceret mihi, & quis est qui contradicat?

Contra timorem inopia.

Ego autem mendicus sum, & pauper, Dominus sollicitus est mei.

Contra asperitatem Superiorum.

Obmutui, & non aperui os meum, quoniam tu fecisti.

Contra odium Fratrum.

Pater meus, & Fratres mei dereliquerunt me, Dominus autem assumpsit me.

Contra defectum promotionis.

Ego autem in te, Domine, speravi: dixi, Domine, DEVS meus es tu, in manibus tuis sortes meæ.

DIES OCTAVA.

SCopus hujus diei est in amorem majorem DEI, B. Virginis, & Sanctorum exardescere, id quod non difficile est.

sic magnitudo gloriæ ab ipsis obtentæ, & beneficia nobis ab
illis exhibita accuratiùs perpendantur, uti sequentes tres
Meditationes docebunt.

Tessera:

Beati, qui habitant in domo tua, Domine, in sæcula sæcu-
lorum laudabunt te. Psal. 83.

MEDITATIO I.

DE GLORIA ET CVLTV BEATORVM.

Præludium primum est, contemplari cælum apertum, lo-
cum amoenissimum, & amplissimum, in quo omnes Sancti
Sole ipso clariùs fulgentes, & DEVM totis viribus laudantes
videantur, & audiantur.

Præludium secundum est, petere gratiam, ut & ipse ma-
gnitudinem gloriæ hujus agnoscere, atque ad eandem aspi-
rare, & alios quàm plurimos ad ipsam quærendam allicere
queas.

Punctum I.

Considera I. In quo consistat gloria Beatorum, videlicet
in perpetua & perfectissima laude & amore DEI; & quod in-
de sequitur in *omni mali absentia* (nam, ut S. Joannes Apoc.
21. ait, *absterget DEVS omnem lacrymam ab oculis eorum,*
& *moris ultra non erit, neque luctus, neque clamor, neq; do-*
lor erit ultra, quia prima abierunt; & dixit, qui sedebat in
throno: Ecce nova facio omnia. In omni boni presentia
juxta ipsius DEI testimonium Exod. 33. dicentis: *Ego osten-*
dabo omne bonum tibi. Et omnis gaudij indefinitia; sic e-
nim Christus ipse Joan. 16. dixit: *Gaudebit cor vestrum, &*
gaudium vestrum nemo tollet à vobis.

Considera II. Quàm magna sit hæc felicitas & Beatitudo,
ita ut rectè dixerit S. Paulus 1. Cor. 2. *Oculus non vidit, nec*
auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ preparavit
DEVS q̄s, qui diligunt illum. Et in eundem sensum S. Au-
gustinus l. 22. de jejun. pronuntiârit: *Quod DEVS prepara-*
vit diligentibus se, fide non capitur, spe non attingitur, cha-
ritate non apprehenditur, desideria & vota transgreditur;
acquiri potest, estimari non potest.

Con-

Considera III. Quam æquum proinde sit, ut & Sancti omnibus velut commembris, Amicis, & Patronis tuis gratiam & felicitatem hanc suam ex animo gratuleris, & ad eandem olim assequendam toto pectore aspire, dicens cum Davide Psal. 83. *Quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum: Concupiscit, & deficit anima mea in atria domini.* Cùm, ut S. Augustinus ad Diosc. ait, tanto illud, quanto *valde magnum est (quod nec oculus vidit, quia non est color: nec auris audivit, quia non est sonus: nec in cor hominis ascendit, quia cor hominis debet illuc ascendere) quanto magis cupimus, quanto illud & fidelius, credimus, & firmius firmius, & desideramus ardentius.* Colloquium ad Patronos.

Punctum II.

Considera I. Quibus medijs ad tantam felicitatem pervenerint Beati, tribus videlicet 1. *Abstinendo à peccatis* juxta Psal. 14. *Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo, qui ingreditur sine macula, & operatur justitiam.* 2. *Perseverando*: hinc enim Ecclesia canit: *Omnes Sancti, quos passim sunt tormenta, ut securi pervenirent ad palmam Martyrij & felicitatis æternæ.* 3. *Agendo*; nam, ut Christus dixit Matt. 7. *Non omnis, qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum celorum, sed qui facit voluntatem Patris mei, qui in celis est, ipse intrabit in regnum celorum.*

Considera II. Quam efficacia sint hæc media ad diuinam felicitatem obtinendam, ut quæ ipse jam olim S. David Psal. 33. suaserit dicens: *Quis est homo, qui sustulit vitam, & dies videre bonos? declina à malo, & fac bonum, in qua pace (quæ, ut Thomas Kemp. l. 3. c. 25. ait, erit in morte) & patientia) & persequare eam.* Hinc enim & triplici merito triplex proportionatum præmium respondet, nempe *abstinentia* omnis boni præsentia: *patientia* omnis malis absentia: *Actiõni momentanea*, omnis gaudij indefinita.

Considera III. Quam promptè proin hæc media non modo ipse arripere, sed etiam, ut alij curæ tuæ commissi arriperant, procurare debeas, eumque in finem, illam tibi pateris Petri & Pauli Thoris l. 3. c. 47. sententiam applicare: *Fili, non te frangant labores, quos assumpsisti propter me, nec tribulationes te*

tant usquequaque, sed mea promissio te in omni eventu robori, & consoletur. Age, quod agis, fideliter labora in Vita mea, sustine viriliter contraria; digna est his omnibus & majoribus praeliis Vita aeterna. Colloquium ad B. Virgine.

Punctum III.

Considera I. Quam æquum sit, ut Sanctos omnes in tanta gloria constitutos, summo honore & cultu prosequaris; si enim etiam in hac vita eos, qui vel singulari Sanctitate, vel Sapientia, vel potentia & beneficentia præditi sunt, tanto opere æstimare, & colere, & amare solemus, quanto magis similibi cultum & amorem Sanctis, qui in prædictis donis omnes homines longissimè superant, exhiberi decet.

Considera II. Quas speciales causas tu habeas ad hos Sanctos tibi demerendos, cum enim ex una parte copiosa tibi ad vocationis executionem gratia sit necessaria; ex altera parte vero plures, tibi per Pastoris officium hostes & Adversarios concites, an non meritò eorum tibi Patrocinium (ut desideratam gratiæ abundantiam multiplicatis Intercessoribus impetras) & Præsidium (ut dicere tibi ipsi cum Eliseo possis: *Noli timere, plures enim pro nobis stant, quam contra nos*) obtinere conaberis?

Considera III. Quibus potissimum obsequijs eos colere, & demereri velis. Nimirum 1. Eisdem laudando, de gloria gerulando, eamque pro viribus promovendo; sed & varia obsequia in eorum honorem præstando; sic enim S. David Pl. 150. suavitè dicit: *Laudate Dominum in Sanctis ejus.* 2. Invocando in necessitatibus; de illis enim æquè dici potest, quod S. Bernardus de SS. Angelis Custodibus dixit: *Fideles sunt, prudentes sunt, potentes sunt; tantum adhaeremus illis, & in protectione DEI calis commorabimur.* 3. Imitando, maxime in laudando & amando DEO, nam Sanctiorum est cultus pulcherrimus optima vita, quia hic cultus purissimus est, id est, ab omni nãvo liber: *amplissimus*, utpote omnia vitæ totius opera complectens: *perpetuus*, quia diu, nocturne non interrumpitur. Unde meritò Sacerdos de hac imitatione sibi applicare debet salutarem S. Ildephonfi ser. 1. de Assumpt. admonitionem: *Imitami Matrem Virginem,*

ginem, & Sanctos omnes, quos laudatis, quoniam non tantum illis prodest nostra laudatio, quam nobis eorum imitatio. Unde Sponso magis placet imitator devotus, quam laudator otiosus; tamen vera laudatio cordis imitatio est operis. Unde ergo, quomodo hæc obsequia hæcenus præstiteris, & præbere deinceps velis. Colloquium ad Christum.

MEDITATIO II.

DE GLORIA ET CVLTV B. VIRGINIS.

Præludium primum est, B. Virginem super omnes Sanctas elevatam, & à SS. Trinitate coronatam intueri, prout per se in imaginibus cernitur.

Præludium secundum est, petere gratiam, ut dignitate & gloriam hujus SS. Virginis clarè cognoscere, eamque imitari par est, venerari & amare possis.

Punctum I.

Considera I. Ad quantam gloriam SS. Virgo à DEO creata; si enim mensura gloriæ respondet gratiæ mensura gratia verò B. Virginis in primo instanti Conceptionis major fuit, quàm omnium Hominum & Angelorum simul factorum, eaque singulis momentis duplicata fuit (ut P. Francisco Suarez fusè probavit, idque sibi gratum fuisse, etiam per P. Martinum Gutierrez eadem SS. Virgo significari potest) quis comprehendere poterit magnitudinem gratiæ, & que adeò etiam gloriæ ab eadem obtentæ: ut adeò merito eidem applicetur illud Prov. 30. *Multa Filia* (seu Sancti) *congregaverunt divitias, tu supergressa es universas.*

Considera II. Si æquissimum videtur, ut alij Sancti propter Sapientiam, Dignitatem, & Sanctitatem singulari modo in medio colantur, & amentur, quantò majori cultu & amore hæc SS. DEI Matrem, quæ omnes Sanctos etiam simul sumptis longissimè suis dotibus superat, profecui debeas; maxime cum ipsa Ecclesia cum Theologis suis exemplo præcedens eidem specialem Hyperdulæ cultum attribuit.

Considera III. Quomodo hæcenus tu quoad hunc cultum & amorem te gesseris, & gerere deinceps velis. Colloquium ad SS. Patronos.

Punctum II.

Considera I. In quibus Officijs verus Cultus Marianus consistat, in sequentibus videlicet 1. in magna estimatione de illa concepta, ita ut exclames cum S. Anselmo de Concept. Virg. *Nihil tibi, Domina, aequale, nihil comparabile; omne enim, quod est, aut supra, aut infra te est. Quod supra te est, solus DEVS est: quod infra te est, omne, quod DEVS non est.* Hinc S. Bonaventura in Speculo B. V. dicere aulus est: *Ipsa est, quae maiorem facere DEVS non potest: Maiorem facere Mundum posset DEVS, Maiorem Matrem, quam Matrem DEI facere non potest.* 2. In filiali fiducia juxta S. Bernardi monitum: *In periculis, in angustiis, in rebus omnibus MARIAM cogita, MARIAM invoca, non recedat à corde, non recedat ab ore.* Nam, ut S. Anselmus c. 6. de excell. Virginis ait, *Velocior interdum est salus memorato nomine Virginis, quam invocato nomine Filij; non quòd ipsa major & potentior sit (nec enim ipse magnus & potens est per eam, sed illa per ipsum) sed quia, etsi merita invocantis non merentur, ut exaudiatur; merita tamen Matris intercedunt, ut exaudiatur.* 3. In studiosa Imitatione, ad quam S. Hieronymus ser. de Assumpt. hortatur dicens: *Igitur dilectissimi, amate MARIAM, quam colitis, colite, quam amat; quae tunc vere colitis, & amatis, si imitari velitis ex toto corde, quam amatis.* In quibus autem virtutibus specialiter imitari debeamus, breviter S. Bernardus to. 1. in deprec. ad B. V. indicavit dicens: *Tu virtutum omnium speciosissimas floribus, inter quos pulcherrimos tres miramur in te; hi sunt, quorum odore totam domum DEI replet, O MARIA, viola humilitatis, lilium castitatis, rosa charitatis.* 4. In constanti Generatione per varias laudes, jejunia, castigationes carnis, peregrinationes, opera misericordiae illius nomine praestita; ad quam venerationem S. Bernardus ser. de aqueductu sequentibus verbis hortatur: *Totis medullis cordium, totis praecordiorum affectibus MARIAM hanc Generationem, quia sic est voluntas ejus, qui omnia nos habere voluit per MARIAM.* 5. In cultus Mariani propagatione: rogando scilicet DEVM, ut hunc cultum magis in dies augeri sinat: excitando alios tum in concionibus, tum in privata

vata conversatione, quæ verbo, quæ exemplo ad cultum
quàm plurimos tam Defunctos, quàm viventes juvando,
ad Cælum veniant; ibique hanc gloriosissimam Cæli Reg-
nam modo perfectissimo laudent, & venerentur; quod cum
& hoc obsequium ei gratissimum sit futurum, colligitur
præmio, quod promittit illud præstantibus; dum ait: *Quæ
me eluciant, & vitam æternam habebunt.* Eccl. 24. Hæc
meritò Sacerdos, quantò meliorem habet occasionem hæc
Officij præstandi, tantò ferventiùs id suscipere, atque
illa Christi Matt. 5. verba paucis mutatis applicare debet.
*Sic luceat lux vestra (verbi & exempli) coram hominibus
ut & videant opera vestra bona. & glorificent Patrem vestrum
(& Matrem) qui in cælis est.*

Considera II. Si minima obsequia sæpe tam liberè
compensavit hæc Virgo Sanctissima, quantas gratias imp-
tratura, quor beneficia collatura, quàm potenter protegere
sit eos, qui memorata quinque officia constanter imp-
studuerint.

Considera III. Quomodo tu ea hæcenus præstitisti,
præstare deinceps velis. Colloquium ad B. Virginem, qui-
dem denuo in Matrem & Patronam eligendo.

Punctum III.

Considera I. Quòd, etsi omnes homines ob causas habi-
nus assignatas B. Virginem singulariter colere, & amare
beant, Sacerdos tamen speciales tres causas habeat, ob
meritò sperare queat, quòd ipsum singulariter suo Patre
adjutura, & protectura sit; nimirum 1. Quia idem quòd
modo cum ipsa officium habet, dum & Christum totius
Evcharistia producit; & Parochianos suos ad S. Pauli ecc-
plum assiduò parturit, donec formetur Christus in illis.
Quia nihil magis optat, quàm ut pretium Redemptionis
Filio suo paratum in animabus non pereat, adeoque Sac-
dotes, qui ad hunc finem cooperantur, præ aliis libenter
vet, & juvat. 3. Quia advertit, quemadmodum inferna
Draco, ut S. Joannes c. 12. vidit, iratus sit contra ipsam,
abeat facere prælium cum reliquis de semine ejus, specia-
ter ijs, qui conatibus illius, ut Sacerdotes, fortius resistunt,
atque adeò magis etiam ab ipsa, quæ est terribilis ut cæli-
rum acies ordinata, protegi mereantur.

Confidera II. Quantam in te fiduciam & amorem erga
 hanc SS. Caeli Reginam excitare debeant hae rationes, quàm-
 ego adeo avidè arripere, & sequi debeas S. Bernardi consilium
 in ser. de aqueductu sic loquentis: *Modicum illud, quod of-
 ferre desideras, gloriosissimis illis, & omni acceptione dignis-
 simi MARIÆ manibus offerendum tradere cura, si non vis
 sustinere repulsam.*

Confidera III. Quomodo ergo cultum hunc Marianum
 totis viribus prosequi, & continuare deinceps velis, maximè
 cum charitas ordinata suadeat, ut, dum aliorum saluti invi-
 gilas, tuam præ alijs assecuras; assecurare autem vel maximè
 possis per constantem SS. Deiparæ cultum, cum juxta S.
 Bernardum, *sicut ab ipsa despectus & aversus, necesse est, ut
 pereat; ita ad ipsam reversus, & ab ipsa respectus, impos-
 sibile sit, ut pereat.* An non ergo dices cum ipso ad tuos Sub-
 ditos: *Filii mei, hac peccatorum scala, hac mea maxima
 fiducia, hac tota ratio spei mea.* Colloquium ad Christum,
 rogando, ut filialem tibi affectum, quo ipse Matrem prose-
 cutus est, communicet, eamque tibi efficaciter iterum com-
 mendet dicens: *Ecce Filius tuus.*

MEDITATIO III.

DE AMORE DEI.

Textus S. Ignatij.

In primis duo notanda sunt. Primum, quòd amor ipse ab
 operibus magis, quàm à verbis pendet. Circa quæ verba no-
 tandum est, hoc ipso, quòd S. Pater dicat, *magis amorem ab
 operibus pendere, non omnino excludere velle, amorem af-
 fectivum, quo in amati bonitate quis complacet sibi, ei que
 illam ex animo gratulatur, atque adeo eidem conjungi desi-
 decat; sed hoc solum indicare voluisse, quòd amor affecti-
 vus solus non sufficiat ad Salutem, nisi etiam effectivus, qui
 in opus ipsum prodit, jungatur; nam, ut rectè S. Gregorius
 hom. 3. in Evang. advertit, *nunquam est amor DEI otiosus;
 operatur enim magna, si est; si verò operari renuit, amor
 non est, perfectus intellige.* Hinc Christus Joan 14. dixit:
*Qui habet mandata mea, & servat ea, ille est, qui diligit
 me.* Habent itaque se affectivus, & effectivus amor ad se in-
 Instr. VIII. R. vicem*

vicem, sicut Fides & Charitas; ac proin sicut Fides sine op
ribus mortua est, ita & amor affectivus sine effectivo. Un
quemadmodum olim Jchu 4. Reg. 10. cum dixisset ad Jon
dab: *Nunquid est cor tuum rectum, sicut cor meum cum co
de meo?* & Jonadab respondisset, *est.* Mox subjecit: *da mi
manum;* ita DEVS quoque sinceritatem affectus, & amorem
ex manu data, id est, secutis operibus cognoscit.

*Secundum notandum est, quod amor consistit in motu
facultatum, rerum, & operum communicatione, puta scien
tia, divitiarum, honoris, & boni cujuscunque; si enim
ipsum alteri communicat, & quodammodo unit amans, qu
ni & bona sua, quae minoris aestimat, libenter communicat.*

Oratio preparatoriæ pramittitur ex more.

*Praludium primum est, ut coram Domino, Angelis, Sa
disque omnibus mihi propitiis stare me videam.*

*Praludium secundum est, ut gratiam DEI efflagitem
quam beneficiorum ejus in me collatorum magnitudinem
perspiciens ad amorem, cultum, & servitium totum man
pendam.*

*Punctum primum sit, revocare in memoriam benefici
creationis, ac redemptionis, dona item particularia, seu
vata enumerare, & cum intimo affectu perpendere, quan
tum mea causa benignissimus DEVS egerit, atque perpe
rit; quantum mihi largitus sit de thesauris suis, quod
juxta divinum suum decretum & beneplacitum, seipsum
mihi, quantum potest, donare velit; quibus optime cogito
vertar ad meipsum, & disquiram mecum, quae mea sunt pe
tes, & quid aequum, justumque sit, ut divina offeram, & li
biam Majestati, haud sane dubium, quin mea omnia
ferre debeat, ac me ipsum cum summo affectu, & servitio
juscemodi vel similibus: *Suscipe, Domine, universam
tatem meam; accipe memoriam, intellectum, atque servitium
tatem omnem: Quidquid habeo, vel possideo, mihi largi
es, id tibi totum restituo, ac tuae prorsus voluntati tradi
bernandum: amorem tui solum cum gratia tua mihi don
& dives sum satis, nec aliud quid ultra posco.**

*Secundum erit, speculari DEVM in singulis existentibus
creaturis suis, & elementis quidem dantem, ut sint; plantis
vero, ut vivant quoque per vegetacionem; animalibus vero*

ut sentiant; hominibus postremo, ut simul etiam intelli-
ant; inter quos accepi & ipse universa hac beneficia, esse,
sentire, sentire, ac intelligere, meq; templum quoddam suum
habere soluit, ad imaginem & similitudinem suam crea-
tum. Ex quorum omnium admiratione reflexus in me ipsum
erit, ut in primo puncto; vel melius, si quid occurrerit; id
quod in puncto etiam sequentibus erit factitandum.

Tertium est, considerare eundem DEVM, ac Dominum
propter me in creaturis operantem; & laborantem quodam-
modo, quatenus dat ipsis, conservatque id, quod sunt, ha-
bent, possunt, & agunt; qua omnia, ut supra, in mei consi-
derationem reflectenda erunt.

Quartum, prospicere, quo pacto munera & bona omnia
caelis descendunt, ut sunt potentia, justitia, bonitas, scien-
tia, & alia qualibet humana perfectio, terminis quibusdam
certis circumscripta, quae ab infinito illo totius boni thesau-
ri, sicut lumen à Sole, & ex fonte aqua derivantur. Ad-
denda superest reflexio praedicta in mei circumspeditionem.
Colloquium etiam in fine fiet terminandum cum Patre
viver.

Hucusque S. Ignatii textus, qui, si non sufficiat, poteris
idem materia, praemissis iisdem praeludijs, sic in puncta di-
vidi simulque, quidquid ad amoris rationem pertinet, cla-
re cognosci.

Punctum I.

Considera 1. Quantopere te DEVS ad sui amorem allice-
re conatus sit, quamque graves ad se amandum causas obtu-
lerit, dum scilicet beneficia, quae tibi contulit, perfectissimo
modo exhibuit; nam 1. beneficium creationis spectando
perfectissimum gradum ontis, scilicet facultatem intelligen-
ti contulit, teque à Christianis Parentibus, & in fide Catho-
lica educari voluit. 2. beneficium Redemptionis exhibuit
per incarnationem & Passionem, ac mortem Filij, cum uni-
cum suspirium suffecisset. 3. Vocationis beneficium con-
tulit vocando te ad perfectissimum & dignissimum Sacerdo-
tij Ordinem. 4. Iustificationis beneficium executus est
per infusionem gratiae, quae post lumen & visionem beatifi-
cam nullam reperitur perfectior qualitas. 5. Ipsius Glori-
ficationis

ficationis beneficium per lumen gloriæ & visionem beatitudinem perficiet, quibus nullum accidens perfectius ipse creator DEVS producere potest.

Confidera II. Si iuxta commune axioma æquum est, ut quâ mensurâ quis alteri beneficium aut amorem meretur, eodem alter quoque gratitudinem & amorem mutuum meretur, quantopere tu ad DEVM amandum excitari debeas, dum te ab eo prius tantopere dilectum agnoscis; an non tuum in parte socordiam fateberis, & cum S. Bernardo exclaimabis: *Amat charitas, amat immensitas, & nos respondemus cum mensura?*

Confidera III. Quomodo errorem tuum corrigere, & nunc cum S. Augustino in has voces erumpere velis: *Servus amavi, ô pulchritudo tam antiqua & nova, serò te amavi tu intus eras, & ego foris: tu mecum eras, & ego tecum eram.* Colloquium ad SS. Patronos.

Punctum II.

Confidera I. In quibus præcipuè officijs verus amor consistat, videlicet 1. *In summa æstimatione*: ut neminem præter ipsum æstimes, & desideres, quemadmodum Thomas Kemp. l. 2. c. 5. hortatur dicens: *Nil magnum, nil altum, nil gratum, nil acceptum tibi sit, nisi purè DEVS, aut DEO sit; amans quippe DEVM anima sub DEO despicitur & versa; hoc enim est DEVM toto corde diligere.* 2. *In memoria DEI*: ita, ut, quemadmodum S. Bernardus c. 6. dicit. loquitur, *omne tempus, quo de ipso non cogitas, perdes se te computes;* sicut enim nullum est momentum, quo ipso non utatur, vel fruatur bonitate & misericordia DEI, nullum debet esse momentum, quo eum præsentem non habeat in memoria. 3. *In continuo studio ipsi beneplacito* sicut suavit Apostolus 1. Cor. 10. dicens: *Sive manducatis, sive bibitis, sive aliud aliquid facitis, omnia in gloriam DEI facite.* Et re ipsa præstitit S. Ignatius Loiola, de quo Romana testatur, cum tanto erga DEVM amore flagitaret, rota die illum exquireret, & nihil aliud cogitaret, nihil alio loqueretur, nihil aliud cuperet, quàm placere DEO, & temperare ejus voluntati. Unde Sponsus Sponsam Cantabat: *Pone me ut signaculum super cor tuum: pone*

signaculum super brachium tuum. Et hoc est totâ animâ & viribus diligere, dum scilicet omnes animæ potentia & vires ad quærendam DEI gloriam & beneplacitum ordinantur. 4. *In generosa resolutione quid vis pro DEO patiendi.* Ita ut cum Apostolo ad Rom. 8. dicere audeas: *Quis me separabit à charitate DEI?* & cum S. Teresia *mori aut pati:* vel cum S. Maria Magdalena de Pazzis *purum fel,* id est, tribulationes sine consolatione exoptes.

Considera II. Quàm perfectè hæc omnia officia ij, qui carnaliter se mutuo amant, exequantur; quàm assiduò simul convivere, & conjungi, & colloqui cupiant, & quærant: quàm assiduam sui memoriam gerant: quàm ardentè exoptantur, quæ Amato beneplacere uerunt: quàm fortiter resistant ijs, qui separationem facere volunt; potuerunt ergo illi, & tu non poteris? an amor infuiti boni non poterit, quod amor particulæ boni creati tam facilè præstat?

Considera III. Quomodo tu hæc officia hætenus præstiteris, & præstare deinceps velis, tantò scilicet perfectiùs, quanto magis te ad amorem tantum obligatum esse, in prior puncto didicisti. Colloquium ad B. Virginem velut Matrem & fontem pulchræ dilectionis.

Punctum III.

Considera I. Quos fructus ex tali amore sperare possis, nimirum ut dicere cum Salomone Sap. 7. queas: *Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa. & innumerabilis bonestas per manum illius, & latatus sum in omnibus, quoniam antecedebat me ista Sapientia, seu charitas divina.*

Considera II. Cum triplex plerumque bonum assignetur ab Ethicis, utile scilicet, honestum, & delectabile, quàm compositè hæc tria bona per amorem seu charitatem divinam communicentur. Nam 1. bonum utile quod attinet, *si pietas ad omnia utilis est,* teste S. Paulo 1. Tim. 4. *promissionem habens vite* (id est, omnium necessariorum vel conducen-
tium ad vitam jucundè & quietè transigendam) *qua nunc est, & futura;* à, teste S. David Ps. 32. *nihil deest timentibus DEUM,* quanto minus deesse aliquid patietur ijs, qui diligunt illum: ut adeò meritò dixerit S. Basilius in Hexam. *Thesaurus indeficiens est amor divinus, quem, qui habet,*

dives est: quo, quicumque caret, pauper est. 1. bonum
 nestum quomodo cum amore obveniat, breviter indicavit
 Augustinus, dum dixit: *Hoc es, quod diligis; si terram dili-
 gis, terra es; si DEVM diligis, quid sis, ut discam?* Deinde
 Hinc Hugo de S. Victore de laude charitatis differens, ait
 inquit, *quid majus in laudem tuam dicere possim, quam
 DEVM de celo trahere, & hominem de terra ad calorem
 here dicaris. Magna virtus tua, ut per te ad hoc usque
 militetur DEVS, & usque ad hoc exaltetur homo.* 3. De
 que quantopere bonum delectabile secum afferat amor
 vinus, S. Augustinus propriâ experientiâ doctus testatur
 l. 9. Conf. c. 1. ait: *Quam suave mihi subito factum est
 vere suavitatibus nugarum, & quas amittere metui-
 rat, jam dimittere gaudium erat; eiciebas enim eas
 Geratu, & summa suavitatis, eiciebas eas, & intrabas
 omni voluptate dulcior, sed non carni & sanguini; omni
 ce clarior, sed homini secreto interiori; omni honore
 mior, sed non sublimibus in se. Unde merito Thomas
 l. 3. c. 10. pronuntiavit: *Verè ineffabilis dulcedo con-
 plationis tua, quam largiris amantibus te.* Et iterum
 c. 8. *Esse cum IESU dulcis est Paradisus.**

Considera III. Quàm pretiosi sint hi fructus, dignitate
 que, propter quos cum Sponsa Cant. 7. dicas: *Ascende
 palmam* (id est, victoriam amoris inordinati erga te
 ens) *& apprehendam fructus ejus.* ut experiri eorum do-
 dinem merearis, & cum eadē Sponsa dicere Cant. 2. *Sub
 illius, quem desideraveram sedi, & fructus ejus dulcis
 tui meo.* Audi ergo invitantem te illis Eccl. 24. *Transite
 ad me omnes, qui concupiscitis me, & a generationibus
 meis adimplemini; Spiritus enim meus super mel
 eis, & hereditas mea super mel & favum.* Colloquatur
 Christum.

CONSIDERATIO DE PROPOSITORVM EXECPTIONE

Considera I. In quibus præcipuè capitibus propositio
 consistant, in sequentibus videlicet 1. Ut cum S. Paulus
 manium, quæ retrò sunt obliuiscaris, & nihil de præterito
 ra tua, nisi pudorem, dolorem, & fervorem retineas, dicitur

fidio cum S. Davide Psal. 78. *Domine, ne memineris iniquitatum mearum antiquarum, sed cito anticipent me misericordia tua, quia pauperes facti sumus nimis. Adjuva me Deus salutaris noster, & propter gloriam nominis tui, Domine, libera nos, & propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum.* 2. Ut totum ad anteriora te convertens, novo fervore ad *agendum*, id est, ad actiones tuas quotidianas rite perficiendas *sustinendum*, & *abstinendum*, ad majorem Dei gloriam incumbas, illud pij Authoris monitum l. 1. c. 25. temperin mente habens: *Vigila super teipsum, excita teipsum, admone teipsum. & quicquid de aliis sit, non negligas teipsum.* 3. Ut altè menti infixum habeas Siracidis c. 29. consilium: *Recupera Proximum secundum Virtutem tuam, & cave, ne incidas, in pericula scilicet, & mala, è quibus alios eripere conaberis.* 4. Ut quemadmodum Philolophus ille Regi, quid sibi ad felicitatem deesse credat, querenti respondit, *nihil nisi clavum constantia deesse*: ita teem tu de propositis tuis à Christo & Directore tuo dictum credas, ideòque hunc clavum à DEO, à quo omne bonum, & donum perfectum descendit, teste S. Jacobo c. 1. assiduo petas, mediàque paulò post præscribenda sedulo adhibeas.

Considera II. Causas, ob quas hæc proposita tua singulari cum diligentia exequi debeas, quia scilicet DEO & Sanctis *summum beneplacitum*, tibi *summum* in hac & altera vita *gaudium*; Proximo verò tuo, id est, viventibus & defunctis *summum auxilium* per talem executionem præstabis, ut merito hæc tria motiva veluti triplicem funiculum, qui difficiliter rumpitur, sed potius vehementer ad talem executionem obstringit, intueri, & à Christo tibi de propositis tuis dictum existimare debeas: *Hoc fac, & Vives.*

Considera III. Quæ media ad hanc executionem adhibere debeas, sequentia nimirum 1. Ut firmiter credas, proposita tua non nisi semen esse, ac proinde sine influxu Solis cælestis incrementum accipere non posse, ideòque hunc influxum per crebras orationes sedulo petendum esse. 2. Ut pariter tibi persuadeas, verissimum esse Thomæ Kempensis l. 1. c. 25. axioma: *Tantum proficies, quantum tibi & im attuleris*; atque adeò ad hanc victoriam totis viribus incumbas. 3. Ut brevem tibi vitæ tuæ cursum circumseribas, & vitam

tuum velut mercatum seu Nundinas intuearis, ideoque illud Siracidis monitum c. 9. in mente semper habeas: *Quidam que potest facere manus tua, instanter operare, quia nemo plus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud invidiosos, quò tu properas.* Prima ergo cura sit, ut bonam temporis rationem habeas, credens, nihil eo esse pretiosius, propter ea, quæ ad majus Dei obsequium, tuumque, ac proximi profectum fieri possunt; unde perdere vel minimam partem temporis est aliquem vitæ aut talentorum usum perdere, quæ talenta quò nobiliora sunt, tantò major & reprehensibilior est peritura temporis, maxime cum, si semel lapsum est, recuperare nequeat, sed id, quod crastino die fieri potest, crastino deestur. 4. Ut per frequentes recollectiones proposita tua ad duò renoves; nam, ut pius Asceta l. 1. c. 19. rectè advertebat: *secundum propositum nostrum cursus profectus nostri spiritus nim fortiter proponens sepe deficit, quid illi, qui rariò minus fixè aliquid proponit.* Certè quantopere hoc medium conducatur ad profectum, pulchrè indicavit S. Gregorius l. 1. moral. c. 2. dicens: *Animus noster, dum igne amoris excandescit, semper in se servat charitatem pulchritudinis quotidianam innovatione fervoris; nescit enim mens per teporem veterascere, qua studet per desiderium semper innovari.* Hinc namque per Paulum dicitur. *Renovamini spiritu mentis vestra.* Hinc Psalmista, qui ad perfectionis culmen jam pervenerat, quasi inchoans dicebat: *Dixi, nunc cessabo, quia si lassescere ab inchoatis bonis nolumus, salde necesse est, ut inchoare nos quotidie credamus.*

Materia Lectionis.

Ex libello de imitatione Christi legatur l. 3. c. 21.

Ex libro Ascetico & Historico unum, alterumve capitulum.

Ex libello Exercitiorum Regulæ seu notanda de scrupulis, quæ quidem in compendio ad sequentes tres revocari possunt.

Regula I.

Duplex est species scrupuli. Prior est scrupulus improprie dictus, cum ex proprio judicio aliquid censetur esse peccatum, quod non est tale, ut cum quis crimini sibi vertit, culpam ex palcis formatam calcasse; & hic scrupulus utpote error

errore procedens penitus abjiciendus est. Scrupulus proprie dicitur est, cum post cogitationem, loquelam, aut operationem aliquam suboritur peccati admissi suspicio, ita ut dubia mens hæreat, num peccarit, ideoque angitur, & perturbari incipiat. Et tales scrupuli, cum animam purgent, & à peccato abducant, circa initium conversionis maximè plurimum conducent; quia juxta D. Gregorium *bonarum mentium est, ubi culpam agnoscere, ubi culpa non est.*

Regula II.

Hæc est calliditas & consuetudo dæmonis, ut animam delicatam, & ab umbra etiam peccati abhorrentem, in angustias & scrupulos conjiciens, à profectu impediatur; crassam verò crassiorem efficere, & in peccata semper graviora præcipitare studeat; unde in eam partem tendere quisque debet, quæ opposita est illi, ad quam Sathan pertrahere studet; sic enim in medio tandem subsistet, sicut arbor, quæ ad sinistram partem nimium inflexa, violenter ad dextram pertrahitur.

Regula III.

Quoties homini, dum dicere aut agere aliquid bonis moribus non contrarium cupit, suggestio fucata illud dissuadens occurrit, pergendum erit intrepidè, & cum S. Bernardo dicendum: *Nec propter te capi, nec propter te finiam.*

Materia Scriptionis.

Cum directorium exercitiorum c. 49. inter alia, de quibus monendum ait post exercitia exercitantem, tertio loco ponat ut ad conservandam & alendam devotionem pijs & spiritualibus exercitijs conceptam excitetur, proderit hodie documenta aliqua conscribere, quæ ad memoratam devotionem obtinendam conducere queant, qualia quidem sequentia esse possunt.

Documenta salutaria.

Ad devotionis spiritum conservandum.

I. Definita pro sacrificio Missæ, horis canonicis, examine conscientie, lectione spirituali, tempora nunquam sine
R 5 gravi

gravi causa omittat, aut mutet, sed potius cum omni diligentia dictis exercitijs impendat.

II. Oculos à curiositate sub talibus exercitijs diligenter cohibeat, certòque sibi persuadeat, talem oculorum curam esse Matrem devotionis.

III. Pro certo etiam habeat indulgere sensualitati plurimum officere devotioni; cum de devotione præcipue loquatur, quod Deus de hominibus Gen. 6. dixit: *Non pernebit spiritus meus in homine, quia caro est.*

IV. Studeat, si vires & occasio patiantur, stata habere penitentiae & afflictationis corporalis exercitia, quia sine habitu mortificationis non alitur spiritus devotionis.

V. Internam & externam pacem cum omnibus colat, omnisque dissensionis & aversionis occasiones diligentissime devitet; non enim idoneus est munus devotionis ad alterum Domini offerre, qui dilectionis munus non impleville agnoscitur.

VI. Nec in aliorum mores curiosè inquirat ipse; ne quid alij de ipso sentiant, curet; hæc enim utraque morum lancinant animum, & dulcedinem devotionis corrumpunt. Meminerit ergo, Domino suo quemque cadere, & hære; & talem esse ac tantum, qualis & quantus coram Domino est.

VII. Animum ab omni perturbatione liberum habere semper studeat; aut si accidat aliqua turbatio, mox componere conetur; non enim sentire intra orationem poterit devotionis quietem, qui extra illam non prius animum componere studuerit.

VIII. A collectione prodiens sive octiduana, sive triiduana, ut non debet se reticum exhibere, sed modestè hilariter, ita cavendum summopere est, ne mox iterum se offendant, cum ab uno extremo ad alterum semper periculosus sit transitus.

NONA DIES.

SCopus hujus diei est, beneficia in hoc secessu accepta agnoscere, & ad debitas pro iisdem gratias referendas incipsum excitare, ut, dum flumina hæc beneficiorum per gratias

gratitudinem recurrunt ad mare, divinæ bonitatis & liberalitatis iterum fluere incipiant.

Tessera.

Benedic anima mea Domino, & noli oblivisci omnes retributiones ejus. Ps. 102.

MEDITATIO II.

DE GRATIIS PRO FELICI EXERCITIORUM
SUCCESSU REFERENDIS.

Prælium I. Est, constituere se in conspectu SS. Trinitatis, Christi, B. Virginis, & SS. Patronorum pro secessu electorum, & ab ijs benedictionem pro propositorum executione expectare.

Prælium II. Est, petere gratiam, ut beneficia in hoc secessu accepta clarè cognoscere, rectè æstimare, & dignè compensare valeas.

Punctum I.

Considera I. qualia potissimum beneficia à Deo in hoc secessu acceperis, duplicia videlicet, nempe I. *Copiosas illustrationes Intellectus*, quibus finem & felicitatem creationis & vocationis tuæ clariùs agnoscere, mediâque idonea ad eundem obtinendum invenire, & eligere poteris. II. *Efficientes impulsus Solutatis*, quibus ad finem talem totis viribus quærendum, mediâque electa studiosè adhibenda impellebaris.

Considera II. Quàm magna sint hæc beneficia; id non difficulter cognosces, si firmiter tibi persuadeas, ea esse quasi duo talenta, quibus Dei gloriam, & salutem tam tuam, quàm alienam lucreris; hinc enim facilè colliges, cum utilitas & bonitas mediæ ex bonitate & præstantia finis conjiciatur, quemadmodum sine hoc nihil præstantius reperiri potest, ita nec majus tibi beneficium obringere potuisse, quàm distarum illustrationum & motionum communicationem.

Considera III. Quàm æquum sit, ut hæc duo talenta magnificas, atque ad debitas pro iisdem gratias referendas excitare te studeas. Colloquium ad SS. Patronos.

Pun-

Punctum II.

Considera I. Quas potissimum gratias exigit à te Deus, videlicet ut dicta duo talenta, sicut à Deo, speciali ex dilectione & gratia accepisti, ita simili ex motivo bene collocare, atque adeò proposita tua studiosè exequi curaris.

Considera II. Quænam sint proposita, quorum executionem Deus à te tantopere exigit, & desiderat, videlicet, ut ipsum sincerè diligas, & proximum tuum, sicut teipsum, per illum modum, quem in his exercitijs didicisti, in his etiam duabus dilectionibus non solum lex & Prophetæ, sed totam etiam propositorum tuorum summa consistit.

Considera III. Quem fructum ex tali collocatione talentorum sperare possis, videlicet, ut alia duo talenta, scilicet gloriam Dei, & salutem animarum lucreis, & cum gaudio quondam ad ipsum accedere, dicereque possis: *Domine duo talenta tradidisti mihi, ecce alia duo super lucratus sum.* sicque vicissim ab ipso audias: *Euge serve bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam, intra in gaudium Domini tui.* Colloquium ad B. Virg. nem.

Punctum III.

Considera I. Quæ media adhibere debeas, & velis ad talentorum tibi commissorum fructuosam usurpationem, seu propositorum executionem, nempe I. Ut assiduo memineras charitatis per talentorum talium commissionem tibi à Deo exhibitæ, & rationis severissimæ ab eodem exigendæ; sic enim amore simul & timore incitaberis, ut ea bene impendere studeas. II. Ut occasiones, in quibus hæc talenta bene impendere possis, diligenter prævideas, & ne translabantur, sedulo caveas. III. Ut memor semper adhortationis à Christo Matt. 24. factæ: *Et vos estis parati, quia, quâ nescitis horâ. Filius hominis venturus est;* temporis accuratissimam habeas rationem, & quemvis diem venturæ & negotiationis tuæ postremum esse arbitreris, atque adeò talenta tua bene collocare studeas. IV. Ut frequenter rationes in eas negotiationis tuæ per-

examina & recollectiones, ut, si fortè partem talentorum malè collocatam, aut in sudario negligentia relictam advertas, ex damni consideratione ad novam diligentiam exerciteris. V. Ut, quoniam Christus ipse Jo. 15. dixit, *sine me nihil potestis facere*: eundè & SS. Patronos tuos in auxilium roces, atque adeò frequenter ab eis gratiam ad bene collocanda talenta necessariam petas, memor saluberrimi consilij à S. Leone dati, dum super verba illa S. Petri c. 1. *Sancti esse*: sic loquitur: *Præcipi sanctitatem, & modum ejus acquirenda, quasi diceret: Me diligite, & abijs, qua mihi displicent, abstinete: facite, quod amo: amate, quod facio: & cum difficile videtur esse, quod jubeo, ad jubentem recurrite, ut, unde datur præceptum, præstetur auxilium: non negabo opem, qui tribui voluntatem.*

Considera II. Quàm solida & efficacia sint hæc media, utpote quæ contineant tria illa media ab ipsa sponsa cant. 1. ad obtinendum sponsi amorem adhibita, & ad alios etiam fines obtinendos perutilia, scilicet *desiderium* per verba *osculetur me osculo oris sui* indicatum: *orationem* per verba *trahere me post te* insinuatam: & *cooperationem sedulam* & *serventem* per verba *curremus in odorem unguentorum tuorum*: significatam.

Considera III. Quomodo hæc media hæctenus adhibueris, & adhibere deinceps velis. Colloquium ad Christum cum illis S. Augustini verbis: *Inspira in me opus sanctum, ut te cogitem: compelle, ut faciam: suade ut te diligam: confirma, ut te teneam: custodi, ne te perdam.*

Materia Lectionis.

Post hanc meditationem & reflexionem peractam, ne statim ad negotia tua redeas, audi adhuc Deum tibi extrema monita dantem, eumque in finem primè ex libello de imitatione l. 1. c. 25. attentè perlege. Deinde ne ulla materia ex libello exercitiarum lectionem tuam effugiat, tres modos orandi à S. Ignatio præscriptos perlege, &, quomodo deinceps eosdem praticare velis, considera. Sunt autem hi modi, ut in compendio habeas, ferè sequentes.

Primus est, ut post brevem considerationem, quò accedendum, & quid faciendum sit, & orationem præparatoriam

riam præmissam mandatum aliquod Dei aut peccatum, et potentiam animæ ordine discutiam, attendens, quo pacto in ijs gesserim, & de deprehensis erroribus doleam, veniam petam, & emendationem spondeam; totamque considerationem per institutum cum Deo colloquium claudam.

Secundus est, ut sedens vel stans orationem aliquam incipiens circa singulos sensus tamdiu sistam, & immoror quamdiu circa eam variæ significationes, spirituales gustus & motus animi occurrunt, & ita tota oratio percurratur.

Tertius est, ut inter singulas respirandi vices singula orationis verba transmittantur, & interim vel significatio illius vocis, vel alia pia doctrina perpendatur.

Peractâ hâc lectione, si fieri potest, templum accede, & Sacrificium Missæ pro defunctis in gratiarum actionem offer, & demum recitato Hymno Ambrosiano cum oratione *Deus, cuius misericordia* &c. secessum hunc claude, & a memoriam revocans, quod per hanc octiduanam recollectionem plenariam peccatorum remissionem, seu indulgentiam obtinneris, novam vitam cum gaudio auspiciam dicens cum Davide: dixi, nunc cœpi.





DIVISIO SECVNDA
PRO OCTIDUANO SECESSU.

Ad Sacerdotalem Statum specialiter
accommodata.

Hactenus materiam pro octiduanò secessu sic assignare studui, ut non in genere duntaxat hebdomadarum, & triplicis via perfectionis, purgativæ videlicet, illuminativæ, & unitivæ divisionem (quam semper in tali secessu observare convenit, nisi specialis ratio, & circumstantia seu qualitas exercitantis aliud exigat) sed ipsas etiam meditationes in particulari à S. Ignatio assignatas, quantum fieri poterat, servârim; nunc verò, quoniam, ut alibi jam monui, varietas delectat, & ipsæ meditationes tantò plerumque utiliores & efficaciores existere censentur, quantò magis ad ipsum exercitantis statum applicantur, aliam divisionem priori subungere placuit, in quâ, quidquid ad sacerdotalem statum dignè æstimandum, & sustinendum requiri posse videtur, per ipsas meditationes & considerationes succinctè & dilucidè explicetur. Unde meritò hæc divisio Sacerdotibus tantò magis arripienda est, quantò majorem ex ea utilitatem & solatium haurire posse videntur.

Lectionem spiritualem, quæ inter primarias etiam exercitantis occupationes jure merito censetur, quod

quod attinet, præter libellum de imitatione nullum determinatum alium librum assigno, cum juxta veram constitutionem personæ in hoc secessu versantis alia & alia materia assignanda sit. Illud tamen univèrsim observandum videtur, ut non doctrinalis duntaxat, sed & historices quidam librum vitam v. g. Sacerdotis cujuspiam sancti & perfectioris assumatur, ut, quantò magis deformationem & imperfectionem in vita tali velut speculo sacerdos cognoverit, tantò magis ad eandem detestandam, vitamque suam integrè reformandam incitetur. Tales autem vitæ esse possunt vita Joannis Baptistæ, Jacobi Merlahorstij, S. Caroli Borromæi, S. Marii Foreri & aliæ similes.

MEDITATIO PROOEMIALIS,
Pridiè Exercitiorum peragenda.

Scopus.

Ardens desiderium, hæc Exercitia cum magno fervore ac fructu peragendi.

Punctum I.

Confidera I. Quòd hodie Christus ad te illa verba, quæ olim ad Apostolos suos Marci c. 6. dixerat, iterum repetat. Venite seorsum in desertum locum, & requiescite parvulum.

Confidera II. Quis te invitet, nimirum ille, de quo scriptum est Cant. 5. dixit: Anima mea liquefacta est, ut dilectus meus intus est. De quo bini discipuli in Emaus euntes Luc. 24. facti sunt: nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum quaereretur nobis in via? Ad quem locum invitet; scilicet ad solitudinem, de qua S. Hieronimus dixit: Oppidum carcer est, & solitudo Paradisus: maximè cum JESUS presens est, nam, esse cum JESU dulcis est Paradisus, teste Tho-

Kempens l. 2. c. 8. Quâ de causâ invitet, nempe ut
 quædam modò à curis temporalibus & turbis, & torum te
 colloquio cum Christo, spiritualibusque exercitijs impen-
 das, dicas cum S. Augustino: Nunquam minùs solus fui,
 quam cum solus fui.

Confidera III. Quantus sit iste favor & gratia, quàmque
 ab eo promptè illum atripere, gratùmque exhibere te debeas.
 Colloquium instituetur ad SS. Patronos, quos pro felici ex-
 ercitorum successu potissimùm elegisti.

Punctum II.

Confidera I. Quid in ista quiete potissimùm tibi agen-
 dum sit, nimirum cum dilectissimo Magistro & Servatore
 tuo Christo de rebus majorem ejus gloriam, tuàmque & pro-
 priam salutem concernentibus colloquendum.

Confidera II. Quàm honesta, jucunda, & utilis hæc oc-
 cupatio sit futura, utpote ex qua meritò sperare possis, sum-
 mum fructum post DEI gloriam, in te aliòsque, cum quibus
 tibi deinceps agendum fuerit, redundaturum.

Confidera III. Quanta cum alacritate & gaudio in deser-
 tum hoc te conferre, mentémque tuam ad hoc tam exopta-
 tum cum Christo colloquium præparare debeas. Collo-
 quium fiet ad B. Virginem tanquam primariam Patronam,
 & Authorem horum exercitorum, rogando eam demissè, ut,
 quemadmodum olim S. Ignatium docuit horum exercitio-
 rum modum & formam, ita tibi quoque nunc adesse velit,
 ut omnia, quæ in dicto modo præscribuntur, accuratè obser-
 vare queas.

Punctum III.

Confidera I. Quæ media adhibere debeas ad hoc collo-
 quium cum fructu instituendum, nimirum ut omnia, quæ
 distractionem animi tibi creare possent, efficaciter removeas,
 sed & que omnia personis, negotijs, curis, inordinatis affe-
 ctionibus illud Christi dicas: sedete hâc, & requiescite, de-
 nec vadam illuc, & orem.

Confidera II. Si ut ordinario tempore recreationis collo-
 quium cum uno alteròve homine de rebus sæpe vanis, inu-
 tilibus, & curiosis instituatur, tam faciliè negotia & curæ se-
 ponuntur.

Instru. VIII.

S

ponuntur

ponuntur, quando magis ea propter tale colloquium sperare debeas, ex quo non immerito tibi polliceri possis, magis instructum ad eadem negotia redditurum, & hoc pro maiori cum fructu postea peracturum.

Confidera III. Quomodo hæc omnia observare velis de tua hac sollicitudine dici queat: *Ponam desertum & sollicitudinem quasi hortum*; in quem scilicet evas noxijs vitiorum colijs solidarum virtutum pulcherrima mina plantentur. Colloquium instituetur ad Christum surpando cum sincero affectu illud S. Davidis: *Paratum meum, Deus &c.* Item illud Samuelis: *Loquere, Domine, quia audit servus tuus.* Imò posset non incongrue caput 2. lib. 2. de imitatione Christi colloquio huic inter-

Si hæc meditatio minùs placet, sumi potest meditatio Circo perfectionis P. Joannis suffreni fol. 37. vel ex Th. philo P. Joannis Weyer fol. 230. ex quo, si tempus parum etiam perquam utiliter actus intentionis pro his exercitiis fol. 237. notati elicientur.

Legantur item Additiones S. Ignatij ad exercitia. Monita generalia ex Circo perfectionis fol. 4. vel in libro ex Ludovico de Palma. & si per tempus licet, etiam in 20. lib. 1. ex libello de imitatione, ex quo sequentia bene observentur: In silentio & quiete proficit anima, & discit abscondita scripturarum. Ibi invenit fides, & crymarum, quibus singulis noctibus se lavet & mundet. Conditori suo tantò familiarior fiat, quantò longius ab omni sæculari tumultu degit. Qui ergò se abstrahit à negotiis amicis, appropinquabit illi DEUS cum Angelis Sanctis. Claude igitur super te ostium, & voca ad te IESUM dilectum tuum. Mane cum eo in cella, quia non invenies alibi tantam pacem.

Conclusiones

Sen proposita ex dicta meditatione faciendæ.

1. Ergo collige & te intra sinus, qui omnes recipis, & qui quid prodest tibi juxta verbum Domini, si universis crederis, te unum perdens? Quamobrem cum omnes te diligant, esto & tu ex habentibus unus, quid solus fraudaris?

erere tui? usquequo spiritus vadens, & non rediens? sapien-
tibus & insipientibus debitor es, & soli negas te tibi? S. Ber-
nardus.

III. Ergo, o sancta anima, sola esto, ut soli omnium ser-
vas teipsum, quem ex omnibus elegisti. Secede, sed mente,
non corpore: sed intentione, sed devotione, sed spiritu. So-
la indicitur tibi mentis & spiritus solitudo. Solus es, si non
communia cogites, si non affectes presentia, si despicias,
quod multi suspiciunt &c. S. Bernardus hom. 40.

III. Ergo videte, fratres, quomodo cautè ambuletis, re-
dimentes tempus à Deo ad tam præstantem finem concessum;
nam, ut rectè S. Basilius ait, temporis pars ad usuram Deo
tradita, non evanescit, sed cum magno additamento ab ipso
redditur. Nec, ut S. Hieronymus bene advertit, eò fit hic
recessus, ut retraharis à tuis, imò id agimus, ut ibi discas,
ubi que meliteris, qualem tuis te præbere debeas.

PRIMÆ HEBDOMADÆ

I. Dies.

Scopus primæ hujus hebdomadæ est triplex. I. Horrorem
& dignam estimationem de peccatorum gravitate con-
cipere. II. Ea per actualem & intensum dolorem detestari
& delere. III. Varia media ad relapsum cavendum præ-
parare.

Tellera pro prima die: *Fecisti nos, Domine, ad te & in-
quietum est cor nostrum, donec requiescat in te.* S. Augusti-
nus in Confess.

MEDITATIO I.

DE FINE HOMINIS.

Scopus.

Serium propositum, totis viribus hunc finem prosequendi.

Punctum I.

Confidera I. Cur homo creatus sit, scilicet ad imaginem
& similitudinem DEI, id est, ut, sicut DEUS infinite ac com-
prehensivè se cognoscendo & amando summè beatus ac fe-

lix est, ita homo queque per limitatam cognitionem & morem Dei in hac vita inchoativè, in altera verò complete beatus fit. Hinc Christus Matth. 5. dixit: *Estote perfecti sicut Pater vester celestis perfectus est*; significare scilicet volens, quemadmodum Pater celestis seu natura divina Paternitatem subsistens cognoscendo seipsam generat Filium, & amando se ipsum in Filiatione subsistentem Spiritum Sanctum, & sic perfecta ac integra efficitur, imminis quoque perfectionem ac felicitatem in cognitione & amore Naturæ divinæ consistere.

Confidera II. Quàm pulchrè hunc finem Deus in cordis creatione indicârit, dum ideò cor triangulare creat ut per hanc figuram innueret, illud etiam ab universalius globo repleri non posse, sed à solo Deo Trino & esse posse satiari; id quod egregiè confirmans S. Bernardus *ad imaginem Dei facta anima rationalis ceteris rebus comparari potest, repleri non potest; capacem enim Dei, quibus Deo minus est, replere non potest.*

Confidera III. Cùm quævis res naturâ suâ ita sit comparata, ut priùs non quiescat, quàm finem suum consecutus erit, quanta tibi necessitas incumbat, Deum amandi, ut gratiam, sed nunquam hæcenus inventam in creaturis quibus in ipso tandem invenias. Colloquium ad SS. Patres.

Punctum II.

Confidera I. Qualis sit amor, quem Deus velut ultimum finis à te requirit, duplex nimirum I. Affectivus, quod esse suum, & summam bonitatem tenerrimè gratuleris, & meque gaudeas, illum esse, qui est. II. Effectivus, quod cut ille omnia propter se creavit, & ad suam gloriam creavit, ita & tu pariter omnia propter ipsum diligas, & opereris, seu, ut clariùs dicam, semper agas, quod vult Deus, modo vult, & quia vult; in his enim tribus capitibus totus amoris, hominisque perfectionem consistere, notum Hieronymi stichon indicat:

Omne tulit punctum, patitur, qui semper agit.

Qua vult, quòve modo vult Deus, & quia vult.

Confidera II. Quàm facilè, obvium, & tamen certissimum & efficacax hoc sit medium, quod tibi offertur ad

nam tuum finem, atque adeò felicitatem etiam in hac vita, quantum humana mens capit obtinendam.

Confidera III. An & quo modo hoc medium hætenus ar-
 quearis? quomodo totum tuum affectum in Deum transtu-
 nis? an omnes creaturas non plùs, quàm quatenus ad hunc
 hom conducunt, ames, & utaris? an non potiùs illud S.
 Augustini effatum in te locum habeat? *minus te, Domine,*
amat, qui aliquid amat præter te, quod propter te non amat.
 Colloquium ad B. Virginem.

Punctum III.

Confidera I. Quanta bona sperare possis, si hunc tuum su-
 premum finem toto animi conatu consequi studueris; talia
 tempe ac tanta, ut jure merito cum Salomone Sap. 7. dicere
 possis: *Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa & in-
 numerabilis honestas per manus illius?* quid enim honestius
 cogitari potest, quàm si in ipsum quodammodo Deum
 transformeris? atqui hoc per descriptum hætenus amorem
 Dei obtinebis; *Si enim terram amas, terra es: si Deum a-
 mas, quid vis, ut dicam? Deus es,* inquit sapienter S. Agu-
 stinus. Quid utilius tibi obtingere poterit, quàm id, quod
 ad supremam & indefinentem felicitatem ducit? atqui hoc
 idem amor unicè præstat, uti ipse Servator quærenti, quid fa-
 ciens æternam vitam possideret, respondit dicens: *Diliges
 Dominum Deum tuum ex toto corde &c.* quid denique ju-
 tandius in hac vita optari potest, quàm id, quo solo adepto
 anima plenissimè satiatur, & quiescit? atqui & hoc per so-
 lum & unicum huic amorem obtineri, tum quotidiana ex-
 perientia, tum verissimum illud pij Ascetæ effatum l. i. de
 vita. c. 1. testatur: *Vanitas Vanitatum, & omnia Vanitas,
 præter amare Deum, & illi soli servire.*

Confidera II. Si hæc motiva meritò quemvis hominem
 movere debent, ut finem suum totis viribus assequi conetur;
 quanto majus studium & fervorem in eo consecrando Sacer-
 dos adhibere debeat, ut qui non ipse duntaxat ad eum tende-
 re debeat, sed etiam ad alios educendos Dux & director à
 Deo sit constitutus, & cui proinde meritò ij, qui ejus curæ
 sunt commissi, illud Jacobi Patriarchæ ad fratrem suum E-
 sau dictum Gen. 33. reperant: *Præcedat Dominus (& Du-
 ctor)*

Etor) meus ante servum suum, & ego sequar paulatim
stigia ejus, sicut videro parvulos meos (vires meas) p[er]f[ec]ta

Considera III. An & quomodo tu hactenus obligatus
tuæ hac in parte satisfeceris, & satisfacere deinceps
Colloquium ad Christum solidis affectibus plenum.

Legere etiam, si placet, aut hujus meditationis loco
medit. I. ex Circo S. Suffreni fol. 37. aut Duce viz ad
P. Jacobi Masenij fol. 51.


Conclusiones.

I. Quid ergo sagaris, o Homuncio, quare bonum
ma & corporis? ama unum bonum, in quo sunt omnia
& sufficit. Desidera simplex bonum, quod est omne bonum
& satis est. S. Anselmus. Quin imitaris columbam à
olim emissam, & quia non invenis, ubi pes tuus quiescit
in creaturis, reverteris ad arcam, id est, Deum tuum?

II. Ergo fatendum cum S. Augustino: Scio Domine,
male mihi est prater te, non solum extra me, sed etiam
ipso; & omnis copia, qua Deus meus non est, egestas est
ipso.

III. Ergo audiendum S. Davidis Consilium ps. 33. *Go-*
te, & videte, quoniam suavis est Dominus; gustato
spiritu desipiet omnis caro, experiètiâque tali edocui-
ces cum S. Augustino: Quam suave mihi subito factum
carere suavitatibus nugarum, & quas amittere metu-
erat, jam dimittere gaudium erat; eiciebas enim eas
Vera tu, & summa suavitas: eiciebas eas, & intrabas
eis omni voluptate dulcior, sed non carni & sanguini,
si luce clarior, sed homini secreto interiori. omni
sublimior, sed non sublimibus in se.

Legatur quoque ex lib. de imit. l. 3. c. 9. & ultima
verba præcipue sibi ipsi applicentur: *Si recte sapiis, in*
lo gaudebis, in me solo sperabis, quia nemo bonus, nisi
Deus, qui est super omnia laudandus, & super omnia
benedicendus.



MEDITATIO II.

Pro prima Die.

DE FINE SACERDOTIS.

Scopus.

Digna estimatio, & Prosecutio hujus finis.

Punctum I.

Confidera I. Quis sit finis & officium Sacerdotis, nimirum I. Ut sit mediator apud Deum, per quotidianam Breviarij recitationem; nam Sacerdos, teste S. Joanne Chryso-
 stomo, *medius stat inter Deum & Naturam humanam, illinc venientia beneficia ad nos deferens, nostras petitiones illuc perferens, & Dominum iratum reconcilians.* II. Ut sit Vicarius Christi in SS. Missæ sacrificio offerendo juxta illud S. Pauli Hebr. 5. *Omnis namque Pontifex (& Sacerdos) ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in his, quæ sunt ad Deum, ut offerat dona & sacrificia pro peccatis.* III. Ut sit Minister Christi & Legatus in animarum salute per administrationem Sacramentorum, & Verbi divini prædicationem procuranda, juxta eundem Apostolum 2. Cor. 5. *Posuit in nobis Verbum reconciliationis. Pro Christo ergo legatione fungimur tanquam Deo exhortante per nos. Sic agitur nos existimet homo, ut Ministros Christi, & dispensatores Mysteriorum Dei.*

Confidera II. Quanta dignitas & honor Sacerdoti ex triplici hoc officio oriatur, illa nimirum, quam Cassianus his notatu dignissimis verbis indicavit: *Sacerdos Dei altissimi, stultitiam cæli contempleris, altior es: si pulchritudinem solis, & luna, & stellarum, pulchrior es: si discretio-
 nem Angelorum, discretior es: si omnium Dominorum sublimitatem, sublimior es: solo Creatore tuo inferior es.*

Confidera III. Quanti proinde à te faciendum sit hoc beneficium, quod ex tot millionibus hominum extractus, atque ad sacerdotalem hanc dignitatem, *omnium bonorum, quæ in hominibus sunt, apicem, & primam nobilissimamque membrorum Christi Domini partem,* ut S. Ignatius M. loquitur

quitur, evectus es; quàm proinde deinceps gratum exhibere debeas & velis. Colloquium ad SS. Patronos.

Punctum II.

Confidera I. Si illi homines, qui ad magna ejusmodi officia promoventur, tantopere laborant, ut omnia ad officium necessaria instrumenta & media conquirant, neminemque insuper conatum adhibent, ut personam suam aptissimè representent, quantò magis tu necessarias ad officium Sacerdotem dotes comparare debeas, ut personam optimam, quæ in officio Sacerdotis involvitur, decenter ac perfecte sustineas.

Confidera II. Quænam sint illæ dotes, quæ in Sacerdotio potissimum requiruntur, nimirum I. *Magna*, id est, sciens ad functiones suas ritè obeundas *Scientia*; ne abutatur illud Osee c. 4. *Tu repulisti scientiam; & egredieris pellam te, ne sacerdotio fungaris mihi.* II. *Major prudentia*; juxta illud Servatoris Apostolis dictum Matt. 10. *Estote prudentes sicut serpentes*; alioqui si cæcus cæco ducatur præster, quid aliud timendum est, quàm ut ambo in foresta cadant? III. *Maxima sanctitas*; per quam omnimode a vitio Deo consecratur, ut nomen ipsius, idem ac *sacerdotis* significans, exigere videtur. Hinc jam olim antiquis sacerdotibus Levit. 19. dictum: *Sancti estote, quia ego sanctus sum Dominus Deus vestester*; quantò magis autem à Sacerdotio novi testamenti ad tam excelsum sacrificium offerendum destinatis talis sanctitas requiretur?

Confidera III. Quomodo tu dotes has hactenus procurare studueris, aut deinceps certè procurare velis. Colloquium ad B. Virginem.

Punctum III.

Confidera I. Quæ potissimum media adhibere debeas ad dictas tres dotes obtinendas, totamque tuam tam excellentem vocationem adimplendam; nimirum duo potissimum. Primum est, *firmissima fiducia in gratia vocationis*; si enim Principes hujus mundi tam liberaliter omnia subsidia media pro muneribus, quæ subditis suis injungunt, sic obsequiis necessaria subministrant, quantò magis Deus tam fibe-

is & beneficis abundantem gratiam largietur illis, quos ad
 unum excellens finem, scilicet ad majorem suam gloriam, &
 animarum salutem promovendam elegit? Alterum est, co-
 operatio tua: nam & hic suo modo locum habet, quod S.
 Augustinus dixit: *Qui te vocavit & elegit sine te, non te sal-
 vabit (& juvabit) sine te.* Hinc & S. Paulus dixit: *Abun-
 dantius omnibus laboravi; Verumtamen non ego (solus in-
 tellige) sed gratia DEI mecum.*

Confidera II. Quam solida & efficacia sint hæc media ad
 prædicas tres dotes obtinendas, fructumque amplissimum
 in vinea Domini faciendum, ita ut merito S. quidam Pater
 dixerit: *Tantum per nos operabitur DEVS, quantum se no-
 stra in eum fiducia extenderit.* Alius verò rectè pronun-
 tiavit, hæc duo media esse duo talenta à DEO nobis concre-
 dita, quæ si rectè impenderit, haud dubiè alia duo, scili-
 cet nostram & proximi salutem simus lucraturi.

Confidera III. Quomodo hæc media adhibe-
 ris, aut certè deinceps adhibere velis. Colloquium ad Chri-
 stum cum affectuosissima gratiarum actione pro tam excelsa
 vocatione.

Vide etiam, si placet, Meditationem ser. 2. & 3. in Sacer-
 dote Christiano D. Ludovici Abellij c. 11. fol. 58. vel in Du-
 ce vite ad vitam P. Jacobi Masenij fol. 447.

Conclusiones.

I. Ergo audiendus S. Paulus 2. Cor. 7. & cum has promif-
 siones habeamus (nos Sacerdotes) repurgemus nos ipsos ab
 omni inquinamento carnis ac Spiritus, perficientes sanctifi-
 cationem in timore DEI, nec ullam aliqua in re dantes offen-
 sionem, ut non vituperetur ministerium nostrum, sed in o-
 mnibus commendemus nos tanquam DEI ministros.

II. Ergo cum nihil sit excellentius in hoc seculo Sacerdo-
 tibus, inquit S. Ambrosius, *& cum dignitatem eorum oculis
 videamus, ut dignè noscamos, quod sumus, & quid sumus
 professione, actione potius, quam nomine demonstramus, ut
 actus respondeat nomini, & nomen cum operibus coincidat.*
 Propterea autem vocantur Sacerdotes Clerici, inquit S. Hie-
 ronymus, *quia vel de sorte Domini sunt, vel quia ipse Domi-
 nus est pars Clericorum. Qui autem vel ipse pars est Domi-
 ni, vel*

ni, &el Dominum partem habet, talem se exhibere debet, & ipse possideat Dominum, & possideatur à Domino.

III. Ergo Sobriam à turbis gravitatem, seriam vitam, singulare pondus dignitas sibi vendicat Sacerdotali. Quomodo enim potest observari à Populo, qui nihil habet separatum à Populo, dispar à multitudine. Quid enim in te moratur, si tua in se recognoscatur? si nihil in te aspiciatur, quod extra in se non inveniat? si, qua in se erubescit, in te, quam reverendum arbitratur, offendat? S. Ambros. c. 3. de Sacram.

IV. Ergo exemplum esto Fidelium (ò Sacerdos) in sermone, in conversatione, in charitate, in fide, in castitate, ut Paulus 1. Tim. 4. monet; nihil enim, teste Concilio Tridentino Sess. 22. c. 1. nihil est, quod alios magis ad pietatem DEI cultum assidue instruat, quam eorum vita & exemplum, qui se divino ministerio dedicaverunt. Cum enim à rebus seculari in altiore locum sublatis conspiciantur, in eos tanquam speculum reliqui oculos conijciunt, ex iisque sumunt, quod imitentur.

Legatur quoque ex Thoma Kemp. l. 4. c. 5. & ista percipue verba bene perpendantur: Attende tibi, & Vide, quia ministerium tibi traditum est per impositionem manuum Episcopi. Non alleviasti onus tuum, sed arctiori jam alligatus es vinculo disciplina, & ad majorem teneris perfectionem Sanctitatis. Sacerdos omnibus virtutibus debet esse ornatus, & aliis bona vita exemplum præbere. Ejus conversatio non est cum Popularibus, & communibus hominum viciis, sed cum Angelis in cælo, aut cum perfectis viris in terra.

CONSIDERATIO PRO I. DIE.
DE PECCATIS IN SPECIE, QUÆ A SACERDOTIBVS COMMITTI POSSVNT.

Punctum I.

Postquam gratiam divinam per brevem orationem imploraveris, incipe Statum animæ tuæ considerare, ac, ut cilius eum agnoscas, primò quomodo erga DEVM, tum quomodo circa Proximum, & tandem quomodo circa teipsum te habeas, examinare; ad hunc enim Ordinem omnes peccata virtutes revocantur, ut mox patebit.

De Peccatis contra DEUM.

Contra Fidem.

1. Itaque examina Conscientiam tuam, an non aliquid contra Fidem deliqueris, dubitando de aliquo articulo, aut alio modo simili peccando.

Contra Spem.

2. An non diffidentiam aliquam de Providentia & Auxilio divino conceperis, nimiãmq; de rebus terrenis sollicitudinem habueris?

Contra Charitatem.

3. An puram actionibus tuis quotidianis intentionem perficere neglexeris?

4. An voluntatem tuam cum divina conformare studueris?

Contra Religionem.

5. An Sacrificium Missæ cum debita præparatione & reverentia offerre studueris?

6. An Sacramenta legitimo modo administraveris?

7. An Horas Canonicas & alias preces, cum debita attentione & devotione recitaveris?

8. An teporem in Servitio divino negligenter excusseris?

9. An in Cultu B. V. & aliorum Sanctorum non inconspicuis, & negligens extiteris?

Contra Gratitude.

10. An gratus DEO pro acceptis beneficiis extiteris?

11. An non blasphemando, vel temerè jurando DEVM offenderis?

12. An non superstitiones aliquas aut vanas observantias habueris?

Punctum II.

De Peccatis contra Proximum.

Cogitatione.

1. Examina te, an non suspiciones aut temeraria iudicia de Proximo conceperis?

2. An non aversionem, odium, aut inimicitiam adversus aliquem fovetis?

3. An

3. An non invidiam aliquam habueris?
4. An non contempseris aliquem in Animo sine legitima causa?

Verbo.

5. An non detraxeris alicui, vel de illius defectibus muraveris?
6. An non mordacibus, asperis, aut contumeliosis dictis aliquem offenderis?
7. An non ignominiosis Agnominibus aliquem compellaris?
8. An non vitium aliquod alicui indiscretè impropere, aut immodestè irriferis?
9. An non inutiles cum aliquo rixas & contentiones institueris?
10. An non indiscretà vexatione aliquem læseris?

Opere.

11. An non correptionem Proximi debitam omiseris, aut in eadem nimis remissus, aut severus extiteris?
12. An non plus æquo alicui indignatus, aut iratus fueris?
13. An non in Pastoralibus tuis circa Proximum Functionibus negligens & incurius extiteris?
14. An non inordinato amore & affectu alicui Perlocutio adhæseris?
15. An Benefactoribus gratus esse studueris?
16. An Superioribus debitam obedientiam & reverentiam exhibueris?

Punctum III.

De Peccatis contra seipsum.

Cogitatione.

1. Examina, an non cogitationes otiosas, vanas, superbas, impuras, gulosas, animo volucris, negligentèrque rejeceris?
2. An non inordinatum aliquem appetitum vanæ laudis & gloriæ, aut alterius cujusdam rei habueris?
3. An non vanam in opere quopiam complacentiam habueris?
4. An non teipsum inordinatè nimis amaveris, & propriam voluntatem nimis tenaciter sectatus fueris?

Verbo.

5. An non Verba otiosa, vana, levia, impudica, jactabunda, scandalosa, mendacia protuleris?

Opere.

6. An non Oculos à curioso aspectu negligenter cohibueris?

7. An non Aures vanis, murmuratorijs, aut detractorijs sermonibus nimis facilè accommodaveris?

8. An non in cibo potuque sumendo temperantiæ leges excesseris?

9. An non tactu aliquo sensuali aut impudico tui aut alieni corporis DEVM offenderis?

10. An non alio quopiam opere castitatem violaveris?

11. An non jejunijs legem aliquando violaveris?

12. An tempus non inutiliter expenderis?

13. An non immoderato aut injusto lusu peccaveris?

14. An non in adversis casibus nimis impatiens, & pusillanimitis fueris?

15. An non actiones tuas quotidianas inordinate & perfunctoriè obieris?

16. An non in bonis propositis exequendis inconstans & negligens extiteris?

Hæc & plura alia ubi percurreris, tria breviter præstare conaberis.

I. Quamnam ex his peccatis præ alijs negotium faceffant, atque in quæ frequentius lapsus sis, studiosè considerabis, nam talis reflexio mirè conducit ad sui cognitionem obtinendam, ipsamque adeò emendationem procurandam; ex hac enim cognitione convertetur Anima, ut S. Bernardus ser. 36. in Cant. ait, ad planctus & gemitus, convertetur ad Dominum, & clamabit in humilitate: *Sana Animam meam, quia peccavi tibi.*

II. Reflexes te specialiter, quàm gravium damnorum & malorum causa & radix extiterint hæc peccata, & quàm ex alijs etiam causis detestabilis sit eorum malitia, & que illis Apostoli Rom. 6. verbis alloqueris: *Quem fructum habuisti tunc in illis, in quibus nunc erubescis?* seriumque rubori dolorem & emendationis propositum junges.

III. Unum alteramve Medium pro curatione ejusmodi defe-

defectuum inquires, inter quæ meritò præcipuum, radicem ex qua ejusmodi peccata pullulant, extirpatio censetur, quam proinde sollicitè indagabis, & generoso animo oppugnat ac evellere incipies.

Clauderetur hæc consideratio per Psalmum *Miserere*, & alias similes preces sincerum de peccatis dolorè continentes.

MEDITATIO III.
pro prima die.

DE INDIFFERENTIA IN USU RERUM
creatarum summè Sacerdoti necessaria,

Scopus.

Firmum propositum rebus creatis, non nisi quatenus ad finem conducunt, utendi.

Punctum I.

Considera I. Quem in finem DEVS Mundum & Res creatas in eo existentes produxerit, nimirum ut Homini servarent, eumque in fine suo ultimo consequendo juvarent; ut enim Psalmista Psal. 8. testatus est dicens: *Domine quid est homo, quod memor es ejus? Minuisti eum paulo minus in Angelis. Gloriâ & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum.*

Considera II. Si tam felicem se olim judicavit Joseph prius à Putipharo super domum suam, postea verò ab ipso Rege Pharaone super totum Regnum Gubernator & Administrator constitutus est; quantum tu favorem & beneficentiam à DEO consecutum fuisse existimare debeas, quando non super unicam domum, aut regnum, sed super universas creaturas, quatenus tibi & alijs hominibus in usum concessæ sunt, Administrator à DEO es constitutus?

Considera III. Quàm meritò obstupescere debeas licet favorem, & cum S. Davide exclamare: *Domine, Dominus noster, quàm admirabile est nomen tuum in universa terra!* Sed & firmissimum concipere propositum, tantò potius hoc munere Administratoris fungendi, quanto magis per illius collationem beneficium tibi collatum est. Colla-

quum ad DEVM cum pijs affectibus Admirationis, Grati-
tudinis, Humilitatis &c.

Punctum II.

Considera I. Quæ potissimum dotes requirantur ad bo-
nam Administrationem rerum seruo commissarum, nempe
illæ duæ, quas Christus Matthæi 24. indicavit dicens: *Quis
potius est fidelis servus & prudens, quem constituit Dominus
super familiam suam?* Prudentia scilicet & Fidelitas; hæ
enim duæ dotes, sunt illa duo instrumenta, quibus tota veri
servi perfectio completur, & acquiritur.

Considera II. Quid *Prudentia* præscribat seruo, nimi-
rum ut semper in actionibus suis respiciat finem suum ulti-
mum, & res creatas, quæ velut media ad dictum finem obti-
nendam ei concessæ sunt, non aliter, quàm quatenus ad fi-
nem conducunt, usurpare studeat. Quid item *Fidelitas* ab
eo exigat, ut scilicet id, quod Prudentia illi dictavit, fide-
liter fortiterque exequatur, & ad solam DEI Gloriam referat,
ideoque cuiusque rei creatæ ad amorem illicitum incitantæ
cum Josepho Patriarcha dicat: *Ecce Dominus meus omni-
bus mihi traditis ignorat (quasi) quid habeat in domo sua:
nec quidquam est, quod non in mea sit potestate, & vel non tra-
siderit mihi, præter te (de qua sola dixit: Gloriam meam
alteri non dabo, scilicet, ut creaturæ propter seipsos aut pro-
pter nos tantum diligantur) quomodo ergo possum hoc ma-
iam facere, & peccare in Dominum meum?*

Considera III. An & quomodo tu has geminas dotes ha-
stenas habueris, aut certè deinceps comparare velis. Col-
loquium.

Punctum III.

Considera I. Quale, quantumque præmium sperare pos-
sitis, si fidelis & prudens in administrandis rebus creatis reper-
tus fueris, nimirum illud, quod Christus cit. cap. iudicavit
dicens: *Beatus ille Servus, quem cum Generis Dominus, in-
venierit sic facientem. Amen dico vobis, quoniam super
omnia bona sua constituet eum.* Quin imò sicut olim DEVS
propter fidelitatem Josephi Patriarchæ benedixit ipsi etiam
domui Putipharis, & multiplicavit tam in ædibus, quàm in
agris cunctam etiam substantiam; ita ipsam quoque Regio-
nem

nem aut Civitatem, in qua habitant ejusmodi fideles Servus benedicet, & à varijs quidem malis custodiet, copiosis autem bonis, gratiisque cumulabit.

Considera II. Si ille Servus, qui super pauca, id est, super res inanimes aut irracionales fidelis inventus est, super omnia bona DEI constitutus est; quanto magis ejusmodi præmia multo que majus sperare possit Sacerdos, qui super multa est, ipsas Animas pretiosissimo Christi Sanguine redemptas fidelis extirerit.

Considera III. Quantopere spes præmij istius te animet & excitare debeat ad dictam Fidelitatem omni studio exhibendam; si enim servi hujus Mundi ob tam levia laborum suorum præmia tam fidele & promptum Dominis suis servitium præstant, quanto magis Supremo Domino ob tantum præmium similem Fidelitatem præstare par erit? Colloquium ad DEVM, erumpendo in illa S. Davidis verba Psal. 115. *O Domine, ego servus tuus, & Filius Ancilla tua.*

Vide etiam, si placeat, Jac. Masenium fol. Vel Jo. Weyerum p. 2. med. 4.

Conclusiones.

I. Ergo *Accipe, redde, cave.* *Accipe beneficium, res etiam: Redde servitium, fidelem eorum usum: Cave supplicium, si abusus fueris.*

II. Ergo ne postules ea, quæ sunt, arbitratu tuo fieri, sed si sapias, ita fieri quæque velis, ut fiunt. Morbus est corporis impedimentum, instituti non item. Claudicatio pedis est impedimentum, instituti non item. Quod si singulis in rebus, quæ incidunt, consideraris, invenies eas alterius cupiditatem rei, non tui, esse impedimentum. Epictetus. Enchiridion c. 13.

III. Ergo cave, ne nimium innitaris super desiderio concepto, me non consulto; ne forte postea pœniteat, ut displiceat, quod primò placuit, & quasi pro meliore zelus. Non enim omnis affectio, quæ videtur bona, statim est, sequenda, sed neque omnis contraria affectio ad primum sequenda. Expedi interdum refrenatione uti etiam in bonis studijs & desiderijs, & viriliter appetitui sensitivo contrariis nec advertere, quid velit caro, & quid non velit, sed hoc magis satagere, ut subiecta sit etiam nolens Spiritui. Thom. Kemp. l. 3. c. 11. Legatur etiam c. 10. lib. 3.

SECUNDA DIES.

Hæc dies tota in consideratione peccatorum impendatur, eò potissimum tendente ut & quantum ab ultimo die discesseris, clarè cognoscas, doleāsque, & ad eundem re-
 tunc seriò statuas; nec enim pais minima seriæ emendationis
 errorè cognoscere.

Tessera.

Erravi, O Domine, sicut ovis, quæ perijt; quare servum tuum, quia mandata tua non sum oblitus. Psal. 118.

MEDITATIO I.

DE PECCATI MORTALIS A SACER-
 DOTE COMMISSI GRAVITATE.

Scopus.

Horror & seria detestatio peccati mortalis.

Punctum I.

Considera I. Quàm grande fuerit peccatum Judæ, Christi-
 tum triginta argenteis vendentis, & Osculo tradentis, id
 quod cognosces facilè, si imprimis perpendas, *Quis vendide-
 rit*, videlicet Judas, qui speciali beneficio à Christo ad Apo-
 stolatum vocatus, fuerat: qui tot Conciones solidissimas à
 Christo audiverat: tam præclara virtutum exempla ab illo
 acceperat: tot miracula viderat: cui pedes paulò antè stu-
 pendà demissione loti, & corpus & sanguis proprius inex-
 plicabili charitate dati fuerant. Deinde *Quem vendiderit*,
 videlicet Conditorem, Magistrum, Summum Benefactorem,
 Dominum DEVM, & ut uno verbo dicam, infinitum bonum.
 Denique *quo pretio & modo vendiderit*, tradideritque, nempe
 vilissimo triginta argenteorum pretio, & osculo perfidè &
 calitiosè genis Christi infixo. Ex quibus omnibus arguitur
 crimen hoc Judæ fuisse summam ingrati animi notam, dum,
 tanto Benefactori suo tot beneficia tam malè rependit: Sum-
 mam stultitiam, eò quòd infinitum bonum paucis nummis
 permutarit: & summam injuriam, dum prædictos nummos
Infruct. VIII. T Chri-

Christo præposuit: & summam denique perfidiam, dum in
micitiam simulans tam fraudulenter Hostibus Eum suis tra-
didit.

Considera II. Quàm multò graviora sint peccata mor-
tia à Sacerdote quopiam moderno commissa, utpote qui
quali vocatione vocatus, non semel duntaxat in Sacramen-
to Pœnitentiæ à Christo lotus, nec semel sanctissimo Coenæ
& Sanguine illius pastus est: nec paucas duntaxat, sed
râsq; ejus Exhortationes in Evangelio descriptas audi-
pleraque illius miracula intellexit, & præterea etiam
vit, quàm gravia pro ipso tormenta Christus sustinuit,
quàm acerbam & ignominiosam mortem subierit, & quàm
copiosum Sanguinem, ad ultimam usque guttam præ-
derit.

Considera III. An & tu simili culpâ eum offenderis,
quantopere ob eam erubescere, eamque detestari, & de-
& velis. Colloquium.

Punctum II.

Considera I. Quàm gravem pro hoc scelere pœnam
hoc & altero Mundo impius Judas sustinuerit, & etiam
sustineat; nam in hoc quidem Mundo ipse sibi confite-
nefandi sceleris adactus gulam laqueo fregit, viscera que
fudit, omniumque mortalium gravissimum Odium & con-
temptum incurrit; in altero verò ad infernum detrusus
ra inibi supplicia perferre cogitur, ut revelatum sit aliquo-
do, eum summa ex omnibus damnatis tormenta sustinere.

Considera II. Quantum tu odium & contemptum Ho-
minum & DEI, quantâque pœnâ in hac & altera vita pœni-
ritus sis, qui non semel, sed sæpius, Christum non jam
Iesum, sed gloriosum; non pro triginta argenteis, sed
inâ scdissimâque voluptate, aut vanissimo honore; pœni-
tiam toties acceptam, ac emendationem promissam, ac-
ceptam, tam perfidè, impièque vendidisti.

Considera III. Quanta benignitas sit Christi, qui mo-
stante gravitate tuorum peccatorum, etiamnum paratus
te in gratiam recipere, nec condonare duntaxat præter-
culpas, sed etiam ablatas gratias cum notabili augmento
stituere, & velut olim Pater ille Filium prodigum, non

nam suavissimo Amicitia osculo, & amoroso amplexu suscipere, sed proprio etiam sanguine corporaque reficere. *An ergo divitiis bonitatis ejus, ut cum S. Paulo Rom. 2. loquar, patientia, & longanimitatis contemnis, ignorans, quoniam benignitas DEI ad penitentiam te adducit? Colloquium ad Christum, gratias agendo pro tanta benignitate, etiamque suppliciter peccatorum admissorum petendo.*

Punctum III.

Considera I. Si nunc Judæ ea gratia fieret, ut peccata sua per detestationem & deprecationem delere, pœnamque inferni evadere, & gloriam æternam promereri posset; quos lacrymis & suspiriis ea desisteret, quanto contritionis & demissionis affectu ad pedes Christi se prostraturus, quanto charitatis ardore culpas suas deprecaturus, quàm promptum se paratūque ad omnia tormenta in hoc Mundo sustinenda ablaturus, & quanto amore & fervore deinceps sanctissimum ejus beneplacitum in omnibus esset impleturus.

Considera II. Quantò magis tu hæc omnia præstare debeas, quando licet centies majora supplicia promerito, tamen hæc gratia à Christo per ineffabilem misericordiam facta est, ut tam culpæ pœnæque remissionem, quàm gloriæ æternæ possessionem unico sincero contritionis actu obtinere possis.

Considera III. Quid proin agere velis, ne præter culpas præteritas novam etiam ingrati animi notam incurras. Colloquium ad DEVM Patrem sistendo te Reum unigeniti Filij sui venditi, traditi, crucifixi. Vide etiam Masenium fol. 99. & Lucem Veritatis Jo. Bapt. Santiure. fol. 33.

Conclusiones.

I. Ergo exclama cum pio Asceta l. 3. c. 14. de imit. Christi: *Intonas super me judicia tua, Domine, & timore ac tremore concutis omnia ossa mea, & expavescit anima mea. Si in Angelis (& Apostolis) reperisti pravitatem, peccatum pepercisti, quid fiet de me?*

II. Ergo agnosce cum Jeremia Thren. 3. quòd verè *Misericordia Domini opus sit, quia non sumus consumpti, quia non defecerunt miserationes ejus in nobis.* Dic ergo cum S.

David Psal. 85. *Confitebor tibi, Domine, quia misericordia tua magna est super me, & eruisi animam meam a inferno inferiori.*

III. Ergo cave, ne relabaris in peccata praterita; si enim ut S. Petrus 2. c. 2. ait, *refugientes coinquinationes Mundum in cognitione Domini & Salvatoris nostri IESU Christi, rursum implicati superantur, facta sunt illis posteriora terrosiora prioribus. Melius enim erat illis, non cognoscere Siam Iustitia, quam post agnitionem retrorsum convertere eo, quod illis traditum est sancto Mandato.* Legatum Thom. Kemp. l. 3. c. 14.

MEDITATIO II.

Pro 2. Die.

DE PECCATI VENIALIS A SACERDOTE COMMISSI GRAVITATE.

Scopus.

Serium propositum ejusmodi peccati singulari studio devitandi.

Punctum I.

Confidera I. Quotopere doleant varij Mortales, si per Febrim aut alium inorbem lecto affigantur, praecipue Legati Magnorum Principum, si à Legatione valde honorifica obeunda; Amici admodum se invicem amantes, si à tua praesentia & familiaritate: Aulici, si à servitio Regis exhibendo: Mercatores, si à lucro aliquo praegrandi oblatendo impediuntur.

Confidera II. Quotò magis Sacerdos dolere debeat, si per morbum aliquem spirituales à Legatione sua peribitorifica, quâ pro DEO ad Animas fungitur: à Praesentia & familiaritate cum summo & fidelissimo Amico DEO: à servitio Supremo Regi praestando: à lucro inestimabili mentium caelestium & Animarum impediatur.

Confidera III. Quam æquum proinde sit, ut, quis sit ejusmodi morbus spiritualis, cognoscere, & postquam eum cognoveris, omni conatu praecavere, aut certè, si jam incurris, celerrimè, efficaciterque curare studeas. Colloquium.

Punctum I I.

Confidera I. Quàm meritò peccatum veniale morbus spiritualis Animæ dicatur ob tres præcipuè causas. 1. Quia morbi corporales vitam non omnino adimunt, sed tamen, nisi maturè occurratur, ad mortem disponunt, ita peccatum veniale non quidem omnino tollit vitam Animæ, sed tamen paulatim ad mortale perducit juxta illud Siracidis 19. c. Qui spernit modica, paulatim decidet. 2. Quia sicut morbes aufert pulchritudinem, hominèmq; minùs amabilem, gratumque facit aliis; ita veniale peccatum Animam commaculat, efficitque, ut minùs à DEO æstimetur, & ametur. 3. Quia sicut morbus debilitat vires, nauseam creat ciborum, & varios corpori dolores affert, ac quietem impedit; ita per peccatum quoque veniale Anima debilior efficitur ad operandum, amittit gustum ad spiritualia Exercitia, & graves Conscientiæ stimulos atque angustias patitur, graviores verò pœnas in altera vita timere debet, ac denique gaudii & quiete, quæ ex bona conscientia oriri solet, privatur. Ex quibus omnibus concludunt Doctores, minimum quodvis peccatū veniale gravius esse malum, quàm si quis omnes morbos aut tormenta excogitabilia simul pateretur; id quod ex ipsis etiam Purgatorij tormentis colligi potest, quorum minimum omnia hujus Mundi mala, quæ peccatum non sunt, longè superat.

Confidera II. Quàm citò, studiosèque ij, qui morbo aliquo corporali correpti sunt, se ab eo liberare studeant; quàm promptè medicinas quantumvis amaras adhibeant; neque ipsas etiam incisiones & adustiones refugiant; quantò celestius proinde efficaciusque tu pro morbo hoc spirituali venialium peccatorum curando remedia indagare, studiosèque adhibere debeas.

Confidera III. An hætenus ejusmodi curam spiritualibus his morbis pellendis aut cavendis adhibueris, aut deinceps certè adhibere velis. Colloquium.

Punctum III.

Confidera I. Quæ plerumque remedia adhiberi soleant ad morbos corporales curandos, nimirum medicinz, balnea, caute-

cauteria, incisiones putrium partium, & quandoque etiam humani sanguinis potus uti ab Epilepticis fieri solet.

Considera II. Quàm præclara tibi occasio offeratur, si illa etiam remedia pro spiritualibus tuis morbis curandis adhibendi; nam 1. *Medicinarum* vicem subeunt actus contritionis, vel attritionis, vel simpliciter & siccis oculis (modo quasi pilulæ dici queunt) vel certè cum lacrymis (modo velut potus medicinalis sumuntur) eliciti. 2. *Balnea* rectè Confessio Sacramentalis intelligitur, utpote qua Anima denudata per peccatorum manifestationem Sacerdote per Absolutionem vel abluionem à sordibus peccatorum purgatur, & abluitur. 3. *Cauterium* tunc ram pœnitentia Sacramentalis, maximè si sit medicinalis imitatur; per hanc enim sicut per cauteria putridas sanguines educitur, id est, amor inordinatus erga res aliquas illicitas possessas vel amatas tollitur. 4. *Incisionibus* abscissionum peccandi rectè comparatur; quia per hujusmodi fugam res illæ, quæ nobis per illicitum amorem adhaerabant, & ad peccatum incitabant, abscinduntur, & sic ut vitæ serpens gangræna cavetur. 5. denique per *potum* humani sanguinis rectè Sacramentum Evcharistiæ indicatur; huiusmodi Sanguis Christi acceptus multò efficacius animam lapsu custodit, quam sanguis humanus soleat; nam, testè Bernardo ser. de Cœna Domini, *duo præcipuè hoc Sacramentum operatur in nobis, ut sensum minuat in minimis, & in gravioribus peccatis tollat omnino consensum. Si quis autem fructum non tam saepe modo, non tam apertos sentit iracundiam, motus, invidia, luxurie, aut ceterorum hujusmodi, gratia agat corpori & sanguini Domini, quoniam virtus Sacramenti operetur in eo.*

Considera III. Cùm ratione Sacerdotij tibi præcipue incumbat, & majorem puritatem procurare, & frequentius etiam occasio offeratur, omnia prædicta media, præcipue Evcharistiam adhibendi; quàm gravis & culpabilis tui negligentia sit futura, si ejusmodi media adhibere negligas. Colloquium.

Videri etiam potest Masenius med. 4. pro 2. dic. Vel etiam solitudo Hag. med. 2. pro 2. dic.

Conclusiones.

I. Ergo, monente D. Chrysofomo in cap. 7. ad Rom.

Peccamus modica mala, magna siquidem ab illis nascuntur.

Quis enim ad quodvis delictum dicere consuevit: Nihil mihi nocuum erit: paulatim omnia perdet. Istud quippe malitiam induxit, istud Latroni portas aperuit, istud civitatis muros deiecit. Hoc & in corporibus magni morbi contrahuntur, quando Medici contemnuntur.

II. Ergo ista levia, qua diximus, noli contemnere: se contemnis, quando appendis; expavesce, quando numeras. *Levia multa faciunt unum grande. Multa gutta replent flumen; multa grana faciunt massam.* S. August. in Epist. Joann.

III. Ergo, quando parvam animi perturbationem suscepis, ne eam neglexeris, quod parva sit, sed considera, quantum mala pariat. *Nam si in domo parum aliquid stupa accensam viderimus, conturbamur, & tumultum movemus; non enim attendimus initium, sed ex initio finem considerantes movemur, & concurrimus, ut totum Caminum extinguamus. Hoc igne vehementius exedit animam peccatum.* S. Chryl. in Ps. 6. Legatur ex Thom. Kemp. l. 1. c. 22. maxime §. 6.

CONSIDERATIO PRO II. DIE.

DE ACTIONIBVS QUOTIDIANIS IN GENERE RECTE OBEVNDIS.

Punctum I.

Ut rectè cognoscas, quid ad Actiones has perfectè obeundas requiratur, imaginare tibi vitam tuam Horologio similem esse, atque adeò sicut ad Horologium, ut bene ambulet, horæque indicet, tres partes requiruntur, ita idem quoque de vita & actionibus tuis quotidianis esse sentiendum.

Et primò quidem sicut ad Horologium requiritur, ut exterius Circulum & in eo Horas certo ordine non temerè, sed juxta Solis cursum designatas habeat, & per Indicem demonstraret; ita ad vitam rectè instituendam requiritur, ut quivis Ordinem sibi diurnum constituat, in eoque, quid quâvis horâ

T 4

aut

aut tempore agendum sit, designatum habeat, in hoc autem Ordine constituendo non tam quid proprius Amor dicitur, quam quid Sol Justitiæ seu divina Voluntas requirit, sed ut attendat. Unde sicut varia sunt Horologia, quæ diversis modis designatas horas habent, ita Ordines quoque diversi & rationes vivendi ob diversos Status & Occupationes diversi sunt, nec unus facile omnibus accommodari potest. Quæ hinc exurgit prima Conditiō ad Actiones nostras quotidianas requisita, ut scilicet semper faciamus, *qua DEO placeant*, seu *qua DEVS &ult*, ut verè cum Christo dicere possimus: *qua placita sunt ei, facio semper.* Joan. 8.

Secundò. Sicut ad rectum Horologij cursum requiruntur ut & rotulæ internæ majores & minores, & alia Instrumenta iisdem conjuncta suum Officium perfectè faciant; ita ad Actiones nostras requiritur, ut omnes nostras tam internæ Potentias, puta Memoriam, Intellectum, & Voluntatem, quàm Externas, videlicet Visum, Auditum, Gustum, Usum, Manum, Pedes &c. legitimè ad quamvis actionem faciendam adhibeamus, sicque eam juxta Leges & Modum nobis à DEO, vel Superioribus, vel propria Devotione prescriptum cum omni diligentia peragamus; sic enim prædictam Conditionem implebimus, & omnia, *quo modo DEO placeant*, seu *quomodo DEVS &ult*, faciemus, & cum Verbo de nobis dici poterit illud Gen. 1. *Vidit cuncta, quæ fecerant & erant & valde bona.*

Tertiò. Sicut ut dicta Instrumenta Horologij officium suum rectè & ordinatè peragant, geminum pondus, adhibendum trahantur, requiritur; ita ut tantò alacrius & exactius actiones quotidianæ obeantur, geminum pondus duplicis actionis, Amoris scilicet erga DEVM & Proximum adhibendum est, quorum alterum, quò magis descendit, id est, magis Amor Proximi ad obsequia Proximo exhibenda mittit, tantò altius alterum pondus Amoris divini ascendit. Hoc geminum pondus S. Augustinus nobis indicavit, cum dixit: Amor meus pondus meum: hoc feror quocumque error. Atque hinc tertia exurgit actionum quotidianarum conditiō, ut semper faciamus, eas, quia *DEO placeant*, seu *DEVS &ult*, sicque impleamus præceptum diligendi ex corde per ultimam hanc conditionem; *totà animà & S.*

secundam; & totâ fortitudine per primam; quæ omnia non nemo sequenti disticho complexus est.

*Omne tulit punctum, patitur qui semper, agitque,
Quæ sult, Quove modo sult Deus, & quia sult.*

Punctum II.

Ut autem tantò accuratiùs hic ordo & conditiones obser-
ventur, valde proderit insignes fructus, qui ex illius accura-
ta observatione oriuntur, bene ponderare, qui quidem tri-
plices sunt, videlicet I. Ut omnes actiones nostræ bene ac
perfectè fiant, sicque vera hujus vitæ perfectio obtineatur,
cum juxta Ascetas summa hominis perfectio sit, *actiones suas
quotidianas & ordinarias perfectè obire.* I I. Ut
meritorie peragantur, qui fructus tantò pluris æ-
stimandus est, quantò præstantior est merces gratiæ & glo-
riæ, quæ per singula opera sic patrata obtinetur; & quantò
pauiores sunt, qui omnia sua opera dicto modo meritoria
efficere student. III. Ut *quietè & jucundè* transigantur;
tum quia passiones & curæ inordinatæ ut sic animum non
adipiunt & perturbant, cum sciat, quid quovis tempore a-
gendum sit; tum quia spes beneplaciti divini & præmij æ-
terni obtinendi omnem actionis difficultatem & molestiam
auferit.

Punctum III.

Quemadmodum autem ut horologium in legitimo suo
cursu conservetur, certæ quædam industriæ observandæ
sunt; ita idem in actionibus quotidianis rectè perficiendis
fieri oportet.

I. Quidem sicut horologium diligenter clauditur, ne
pulsus aut humor extrinsecus rotulas aliâque instrumenta
interiora inficiat, & à cursu impediat; ita accurata sensuum
tam exteriorum, quàm interiorum custodia adhibenda est,
illudque Salomonis prov. c. 4. sæpe memoriâ volvendum:
*Omni custodia serva cor tuum, quoniam ex ipso vita proce-
dit.*

II. Sicut rotulæ aliâque instrumenta, ut cursum suum re-
ctius & faciliùs peragant, oleo sæpius unguuntur; ita poten-
tiæ quoque, præsertim internæ, intellectus & voluntas, o-

leo accuratæ meditationis diligenter suo tempore inungenda, & ad novum fervorem excitanda sunt.

III. Sicut director Horologij frequenter, imò quoties semel iterumque visitat horologium, & pondera quidem attrahit, reliquas verò partes, num ritè se habeant, examinat, & si quæ violatæ sunt, mox reficit, aut refici curat; ita ad ordinem diurnum ritè observandum nihil perinde conducit frequens examen & recollectionum usus, per quæ, si emendatione opus habeat, studiosè inquiritur, & quod vitium deprehenditur, in suo statu conservatur, aut amplius perficitur. Præcipuè verò gemina pondera duplicis charitatis attrahuntur, id est, ad actus novo fervore eliciendos impulsionem sponuntur. Vide ergo, quomodo hæc omnia hæcenus observaveris, & observare deinceps velis.

MEDITATIO III.

pro secunda die.

DE VERA POENITENTIA ET CONVERSIONE SACERDOTIS.

Scopus.

Sincera Vitæ Emendatio.

Punctum I.

Considera I. Quàm pulchrum tibi sinceræ conversionis exemplar Deus in primo Sacerdote S. Petro reliquerit, quod te in cuius lapsu & conversione clarè cognosci potest, quod quid ad perfectam vitæ emendationem requiritur. Quorum primum est *estimatio peccati*, quæ quantò major fuerit, tantò major quoque contritio & abominatio sequetur.

Considera ergo II. Unde Petrus magnitudinem sui peccati æstimavit, scilicet ex Magistri sui bonitate, quæ illum vocavit ad Apostolatam & Principem Apostolorum ac Sacerdotum constituerat: quæ illum tam fideliter hæcenus sustinuerat, & omnium arcanarum suarum actionum secretum assumperat; quæ illum tam apertè de suo casu præmonstravit: quæ pro ipso orabat, ne deficeret fides ejus: quæ de qua ipsum respexit, & ad poenitentiam invitavit; hæc enim

omnia illis verbis: *Et conversus Dominus respexit Petrum:* mulcaret; dum ideò faciem suam ostendit Christus, ut S. Petrus quasi sic loquentem imaginaretur: Vide & aspice, Petre, quem neges? ego te ex tot millionibus hominum in societatem meam assumpsi, & tu deferis me? Ego te tam sollicitè ut discipulum instruxi, & tu Magistrum me tuum negas? ego præ omnibus alijs Apostolis exaltavi te, & tu ita spernis me? ego corpus & sanguinem meum tradidi tibi, & tu Benefactorem tuum tantum non agnoscis? ego te Petram & fundamentum Ecclesiæ constitui, & tu vacillas?

Considera III. Quàm efficax sit hoc remedium ad cor etiam lapideum molliendum; juyabit in hunc finem animo revolvere historiam quæ in vitis PP. legitur de Sacerdote, qui, ut Filiam Ethnici Sacerdotis à Patre impetraret, Deum ac Cœlites abnegârat; ubi tamen ab idolo, quod Sacerdos Ethnicus consuluerat, num tradere ei Filiam deberet? responderi audivit: Noli eam dare, quia Deus ipsum nondum deseruit: tantopere hâc Dei bonitate perpensâ motus est, ut mox resipuerit, ac peccata sua per arctissimam pœnitentiam expiârît. Vide ergo, an non & tu justissimas habeas causas simili modo ad pœnitentiam te excitandi. Colloquium.

Punctum II.

Considera I. Quibus potissimùm rebus in tam gravem lapsum præcipitatus sit D. Petrus (hoc enim alterum est caput ad perfectam conversionem requisitum, *cognitio* scilicet *occasionum*, in quibus lapsus est) nempe *nimiâ de suis viribus presumptione* (quâ dixerat: *Etsi omnes scandalizati fuerint in te; ego nunquam scandalizabor:* Matth. 26.) *amoris tepiditate*, (hinc enim à longè tantum secutus eum fuerat, cum ab initio proximus semper fuerit, & esse voluerit) & *conversatione cum mulieribus ac famulis secularibus*; nam ab his inductus est non ad negationem duntaxat, sed etiam perjurium negationi superaddendum.

Considera II. An non hæc eadem capita te quoque ad lapsum multiplicem hæctenus impulerint? an non tu quoque sæpius tempore fervoris dixeris: *Etsi oportuerit me mori tecum, non te negabo?* an non de te quoque dicere jure potuerit

tuerit Deus illud Apoc. 3. scio, operatus, quia neque frigidus es, neque calidus: utinam frigidus esse: aut calidus, quia tepidus es, incipiam te evomere ex ore meo? an non quoque ad vocem Ancillæ Ostiariæ aut domesticæ expugnat, eidem non ausus sis resistere, sicque Christum peccatum luxuriæ negâris? aut certe cum frigidis saculæ ad prunas temporalium voluptatum sedentibus, & se flammas inordinatæ concupiscentiæ calefacienti committis, ad iterandam negationem impulsus sis?

Confidera III. Quam proinde merito cautus esse debeat illamque S. Pauli 1. 1. Rom. 12. sententiam in mente habere: *Tu autem fide stas; noli altum sapere, sed timere;* aut ut rectè S. Bernardus dixit serm. 55. *In Veritate didici, aque efficax esse ad gratiam promerendam, retinendam, recuperandam, quam si omni tempore coram Deo inveniam non altum sapere, sed timere. Beatus homo, qui semper est pavidus. Time ergo, cum arripserit gratia: time cum abierit: time, cum denuò revertetur, hoc est semper pavidus esse.* Colloquium.

Punctum I.

Confidera I. Quæis potissimum medijs usus sit S. Petrus ad suam conversionem, nimirum *fletu amaro, & fugiens occasionem peccandi*, dum foras exivit; hæc enim duo ad perpetuam conversionem requiruntur, & sufficiunt; de quantum primo testatur S. Ambrosius l. 2. de pœn. dicens: *Dum delemus admissa, admittenda excludimus, & fit quedam condempnatione culpa displicentia innocentia.* De altero locutus est Servator, quando Marc. 9. dixit: *si scandalizaverit te manus tua, abscinde illam &c.* quidni ergo potius alia re minus conjuncta idem dicendum erit?

Confidera III. Quænam res hæcenus potissimum occasio & radix fuerit tuorum lapsuum; nõne concupiscentia hujus vel illius rei? hanc ergo abscinde; nam, ut sapienter advertit Thom. Kemp. 1. *juvat non qualibet res adeptæ, multiplicata exterius, sed potius decisa ex corde radice, munit parùm loc^o, si deest spiritus fervoris; nec diu stabit illa quasita forinsecus, si vacat a vero fundamento strarum cordis, hoc est, nisi steteris in me, permutare te potes, sed non melior*

...iorare. Nam occasione accepta & ortâ invenies, quod
 ...ampius. Colloquium.
 Vide etiam Masenium fol. 429. de Filio Prodigio. Item
 ...solitudinem med. 3. pro 2. die.

Conclusiones.

I. Ergo age pœnitentiam, appropinquavit enim regnum
 ...; pœnitentiam autem, ut S. Augustinus 5. 7. de
 ... ait, certam non facit, nisi odium peccati & amor
 ... quando sic penites, ut tibi amarum sapiat in animo,
 ... ante dulce fuit in vita.

II. Ergo quàm magna deliquimus, tam granditer de-
 ...; ut hortatur S. Cyprianus Ser. de lapsis: & ut S. Au-
 ...: quantos impetus habebas ad mundum, tales ha-
 ... ad artificem mundi.

III. Ergo tene breve & consummatum verbum: Dimit-
 ...; & invenies omnia, relinque cupidinem, & repe-
 ... requiem. Th. Kemp. l. 3. c. 32. Quânto celerius hoc a-
 ... tantò melius habebis: & quânto plenius & sincerius,
 ... tantò mihi plus placebis, & amplius lucraberis. l. 3. c. 37.
 Legatur etiam ex eodem libello c. 25. lib. 1.

TERTIA DIES

Postquam pœnitens anima se perfectè ad Deum conver-
 ...; & non præterita duntaxat peccata cum sincero do-
 ... & erubescencia detestari, sed futura etiam sollicitè præ-
 ...; merito de medijs ad hunc finem conducenti-
 ... cogitat, inter quæ cum præcipuum ferè sit novissimo-
 ... memoria juxta Siracidis notum testimonium: in om-
 ... operibus tuis memorare novissima tua, & in æternum
 ... peccabis: Eccl. 7. rectè post peccatorum consideratio-
 ... meditationes aliquot de Novissimis saltem prioribus
 ...; quæ timorem incutiunt, & ad peccati fugam impel-
 ...; instituuntur, nam quarti, nempe æternæ felicitatis
 ...; consideratio, quia ad gaudium & spem ingeneranda tendit,
 ...; rectius ad hebdomadam quartam differtur.

Tertiera: Statutum est omnibus hominibus semel mori,
 ...; hæc autem judicium. Heu quale! Hebr. 9.

MEDITATIO I.
DE MORTE SACERDOTIS.

Scopus.
Sollicita ad Mortem Preparatio.

Punctum I.

Confidera I. Quid sit mors, nimirum separatio animi corpore, terminus merendi, extrema vitæ clausula, à qua pendet æterna vel felicitas, vel miseria; nam ut rectè Augustinus dixit ep. 80. ad Hefychium: *In quo quemque venerit suus novissimus dies, in hoc eum comprehendat mortis novissimus dies: quoniam qualis in die isto quisque moritur, talis in die illo judicabitur.* Hinc breviter & bene nemo dixit: *Qualis mors, talis fors.*

Confidera II. Si tantam diligentiam in negotijs, à quibus aut honoris nostri, aut opum omnium, aut ipsius vitæ temporalis conservatio pendet, perficiendis industria ac conatum adhibemus; quantam sollicitudinem curamque nos adhibere deceat in negotio omnium gravissimo, nempe felici morte, à qua æternæ vitæ & felicitatis acquisitio pendet, procuranda.

Confidera III. Quomodo tu hætenus hoc negotium moriendi habueris, aut certè deinceps habere velis. Colloquium

Punctum II.

Confidera I. Quæ potissimum media conducant ad feliciem mortem obtinendam. Varia à varijs comendantur, tria præcipuè. Primum est *Humilis & constantis gratiæ hujus petitio*: cum enim hoc donum sit donorum omnium maximum, vel maximè etiam desursum descendens, ideòque à Deo per orationem propriam, aut Sanctorum, præcipuè B. Virginis intercessionem obtineri debet; quæ in finem communiter suadet ab Ascetis, ut certè in hoc finem quotidie aut etiam quavis horâ preces ad honorem Passionis & mortis Christi, B. Virginis & aliorum Sanctorum persolvantur, secundum medium meritò Bonæ

reparatur: Quia juxta commune adagium *sicut vita, mors* neque mala mors putanda est, teste S. Augustino l. 1. *capit. quam bona vita precessit; neque enim facit malam mortem, nisi quod sequitur ipsam mortem.* Hinc & S. David *cap. 115. Pretiosam in conspectu Domini mortem Sanctorum* dicit, pretiosam sanè, quia, ut S. Bernard. in epist. quadam *capit. finis est laborum, victoria consumatio, vita janua, & perfecta securitatis ingressus.* Tertium sunt *Miseri-* cordia & charitatis opera, de quibus non verè minùs, quàm *cap. 11. Hieronymus dixit: Non memini, me legisse, malà* morte fuisse defunctum, qui libenter opera charitatis exer- *cap. 11. cuit; habet enim multos intercessores, & impossibile est,* multarum preces non exaudiri. Sed & ipse Christus aperte *cap. 11. pronuntiavit: Beati misericordes, quoniam misericordiam* consequentur. Matt. 6.

Confidera II. Quàm efficacia sint hæc motiva ad prædi- *cap. 11. cium finem obtinendum, quàmque multiplici etiam experi-* entia comprobata, uti passim in libris historicis videre est.

Confidera III. An & quomodo tu hæcenus ea usurpâris, *cap. 11. aut usurpare certè deinceps velis. Colloquium.*

Punctum III.

Confidera I. Quàm copiosa tibi per statum sacerdotalem *cap. 11. occasio offeratur felicem mortem obtinendi, utpote per* quem & ad frequentiores Deo Sanctis que preces offerendas, *cap. 11. & Eucharisticum etiã panem (quem qui manducet, vivet* in æternum, teste Christo Jo. 6.) quotidie, si placet, sumen- *cap. 11. dum; & ad vitam cum majori sanctitate transigendam: &* hæc præstantissimum misericordiæ spiritualis genus inde- *cap. 11. benter exercendum, vel ipsa statûs suscepti conditio & ob-* ligatio te impellit.

Confidera ergo II. quàm meritò sperare possis, te, si offi- *cap. 11. cio Sacerdotis probè functus fueris, in morte auditurum illa* Apoc. 14. c. verba: *Beati mortui, qui in Domino moriun-* tur: *A modo dicit spiritus, ut requiescant à laboribus suis;* *cap. 11. opera enim illorum sequuntur illos.* Maximè si multos ex- *cap. 11. iam moribundos ad mortem piè obeundam juveris & ani-* mabis, tunc enim *cap. 11. quâ mensurâ mensus fueris, eadem quo-* que tibi remetietur.

Confide

Confidera III. Quàm proinde gaudere ob statum hunc susceptum, atque ut dignè ambules vocatione tua, omnes conatum diligentiamque adhibere debeas. Colloquium

Vide etiam Masenium fol. 147. aut etiam Weyerer fol. 326.

Conclusiones.

I. Ergo *Vigila, quia nescis diem, neque horam* Matt. 24. *Beati servi illi, quos, cùm venerit Dominus, invenerunt vigilantes* Luc. 12.

II. Ergo *Memor esto, quoniam mors non tardat, & testamentum Inferorum, quoniam monstratum est tibi.* Eccl. 12. *Non tardes converti ad Dominum, & ne differas die in diem; subito enim veniet hora illius, & in tempore dicta disperdet te.* cap. 5.

III. Ergo *Ante obitum operare justitiam.* Non desperis à die bono, & particula boni doni non te praeterat. Eccl. 12. ut dicere possis cum S. Paulo 2. Tim. 4. *Bona tamen certavi, fidem servavi, in reliquo reposita est mihi corona gloria, quam reddet mihi Dominus in illa die.* Index.

Legatur etiam ex Thom. Kemp. l. 1. c. 23.

MEDITATIO II.

Pro tertia Die.

Scopus.

Salutaris Judicij extremi Timor.

Punctum I.

Confidera I. Quid sit extremum Judicium, nempe ratio Rationis à Christo ab omnibus & coram omnibus ministris reddenda. Tunc enim verificabitur illud Apoc. 19. *Et vidi thronum magnum candidum, & sedentem super eum, à cuius conspectu fugit terra, & cælum, & locus non est inventus eis.* Et vidi mortuos magnos & pusillos stantes in conspectu throni, & libri aperti sunt, & alius liber scriptus est, qui est vita, & iudicati sunt mortui ex his, quae scripta erant in libro, secundum opera ipsorum.

Considera II. Quam terribile sit hoc iudicium futurum, propter *judicem* ipsum, qui est infallibilis propter scientiam, inflexibilis propter justitiam, inevitabilis propter potentiam: tum propter *personas* presentes, Angelos scilicet & Sanctos assidentes, dæmones accusantes, homines alios habitantes & audientes singula, quæ agentur: tum propter *gloriam* rigorem iudicij, utpote in quo *cuncta, quæ sunt, adducet in iudicium.* Eccles. 12. & etiam *de verbo* quod locuti fuerint, homines rationem reddent. Eccl. 12. tum propter *sententiam* ferendam, quæ erit in omnem eternitatem irrevocabilis.

Considera III. An non meritò dixerit Propheta Joël. c. 2. *Magnus dies Domini, & terribilis valde; & quis sustinebit* eum? an non & tu meritò cum S. Anselmo exclamare deus: *O angustia! hinc erunt accusantia peccata, inde* iustitia: *subtus patens horridum chaos Inferni, deorsum* iratus Iudex, *intus urens conscientia.* Et si *justus* vix *debor*, peccator sic depressus in quam partem se premet *tristis? ubi latebo? ubi apparebo? latere erit impossibile, apparere intollerabile.* *Quid dormitas, & animu* tepidus? *digna evomi? qui non expergiscitur, qui non tremis* tantum *tonstruum, non dormit, sed mortuus est.* Colloquium.

Punctum II.

Considera I. Si juxta Servatoris sententiam *Omni, cui* *multum datum est, multum quæretur ab eo; & cui com-* *mandaverunt multum, plus petent ab eo.* Luc. 12. Quam *se-* *veratio exigenda sit à Sacerdote, cui Deus non propriant* *animam, sed alias etiam regendas & salvandas* *commissit? nam, ut S. Chrysostomus hom. 3. in cap. 1. Act.* *loquitur, unius anima perditio tantam habet jactu-* *rum, ut nulla ratio possit existimare. Etenim si unius ani-* *me salutis tanti est, ut ob hanc Filius Dei fieret homo, tantu-* *m periret; perditio, cogita, quantam conciliabit penam?* *quid si quis ob hominem in hac vita perditum morte dignus* *putetur, quanto magis ille, qui animas perdidit? unde meritò* *Hieronymus l. 13. in cap. 43. Ezech. dixit: Grandis di-* *gnitas Sacerdotum, sed grandis ruina eorum, si peccent. La-* *infruct. VIII.*

temur ad ascensum, sed timeamus ad lapsum. Non est tam magis
gaudij excelsa tenuisse, quanti mororis de sublimibus con-
ruisse. Neque enim solum pro nostris delictis, reddimus
rationem, sed pro omnibus, quorum abutimur donis, & tam
quaquam sumus de eorum salute solliciti.

Confidera II. Quam iustum hæc consideratio timore
tibi injicere debeat, ne & tu in tam severa exactione Ratio-
nis succumbas, & tot animarum reus condemneris, si audieris
vocem illam: *Redde rationem villicationis tuae*. Luc. 13.
an non cum Job. c. 31, dicturus sis: *Quid faciam, cum in-
revertetur ad judicandum Dominus, & cum interrogaverit
quid respondebo illi?*

Confidera III. Quam merito proin efficere debes, ut
illa vox: *Surgite mortui venite ad iudicium*: auribus
perinde, ac olim S. Hieronymo constanter insonet, si quis
per eam ad vocationem tuam dignè implendam exortetur.
Colloquium.

Punctum III.

Confidera I. Cum quanta Fiducia & desiderio compo-
turus sit tum in particulari, tum in universali iudicio
sacerdos, qui dignè vocatione sua ambulavit, atque unice
majorem Dei Gloriam, suamque ac proximi salutem propo-
randam incubuit. Au non cum magno suo honore & glo-
rio accedet ad Christum Judicem, dicetque: *Dominus, da
talenta tradidisti mihi* (scilicet naturales & supernaturales
ac gratias) *ecce alia duo* (nempe meam & proximi salu-
tem) *superlucratus sum*: vicissimque audiet: *Euge
bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa
constituam, intra in gaudium Domini tui*, Matt. 25.
non cum inexplicabili lætitia audiet eundem Judicem
centem: *Venite benedicti Patris mei, possidete paratum
vobis regnum à constitutione Mundi; esurivi enim, & deditis
mihi manducare &c.* & quidem hæc omnia non carnaliter
tantum, sed multò præstantius, spiritualiter accipiet
per tot annos præstitit? Si ille Sacerdos, qui pauperum
confessiones præ alijs libenter audivit, ab iisdem postea
cælo descendentibus ad idem cælum cum gaudio deducitur
est (ut in spec. exempl. V. Confessio ex. 18. videre est) quæ

magis ab animabus curæ suæ commissis ad Judicium de-
betur ille Sacerdos, qui non confessiones duntaxat earum
sincer exepit, sed alia etiam quàmplurima charitatis o-
peris ipsdem exhibuit?

Considera II. Quàm meritò hæc consideratio sola suffi-
ciat, ut omni cum alacritate industriâque officio tuo
assidere studeas.

Considera III. Quomodo nunc ad hoc Judicium præpa-
ratus fores? & quomodo deinceps præparare te velis. Col-
loquium.

Vide etiam Masenium fol. 465. aut lucem veritatis P. San-
cti. fol. 97.

Conclusiones.

I. Ergo presentis temporis sic age latitiam, ut nunquam
inveniendo sequentis Judicij recedat a memoria. S. Gregor.

II. Ergo S. Augustini sequere consilium & in Tribunal
mentis ascende contra te. Et reum te constitue ante te. Noli
ponere post te, ne Deus te ponat ante se. Si enim nosmet-
ipso judicaremur, non utique judicaremur, ait D. Paulus
1. Cor. 11.

III. Ergo præoccupemus faciem Judicis in Confessione, ut
non tentati noni parentes manum non possumus effugere Judi-
cis per confessionem mundati clementiam experiamur mi-
sericordis. S. Gregor.

Legatur etiam ex lib. de imit. l. 1. c. 24.

CONSIDERATIO PRO III. DIE.

DE ACTIONIBUS AD DEUM PER-
TINENTIBVS.

Punctum I.

Quidquid erga Deum immediatè præstandum est (de hoc
suo enim reflexio fiet in hac consideratione) ad quinque
virtutes revocari potest, nempe ad fidem, spem, charitatem,
religionem, gratitudinem. Itaque ut cognoscas, num tuæ
erga Deum obligationi hætenus satisfeceris.

Examina I. An, quod fidei officium est, universa, quæ
Deus revelavit per se vel Ecclesiam, corde seu cogitatione,
V 2 verbo,

verbo, & opere confessus sis, ideoque vitam supernaturalibus
veritatibus correspondentem duxeris?

II. An per spem supernaturalem speraveris te beatitudinem
aeternam consecuturum, atque ad hunc finem Deum
propter merita Christi te posse, scire, & velle juvare, ac
omnia tam naturalia, quam supernaturalia media largiturum?

III. An per charitatem Deum tam *effectivè* (id est, ga-
dendo summè de ipsius existentia, & optando ardentissimè,
ut ab omnibus rebus conditis magis ac magis quotidie
agnoscatur, & ametur, in qua cognitione & amore ejus
gloria consistit) quam *effectivè* amaveris id est, om-
nias tuas cogitationes, verba, & opera ad purum ejus benefici-
um direxeris, cogitando, loquendo, & agendo ac patienter
quæ, quomodo, & quia ei magis placent.

IV. An per Religionem debitum ei cultum exhiberis,
ideoque exercitia tua spiritualia, puta meditationem, orationem
vocalem, Sacrificium Missæ, Sacramentorum receptionem & administrationem,
lectionem spiritualem, & ministramina & recollectionem cum debita reverentia & devotio-
constantiaque peregeris?

V. An debitas pro acceptis beneficijs gratias per gratitudi-
nis virtutem suo tempore diligenter egeris?

Punctum II.

Ut autem hunc cultum deinceps Deo tantò promptius
curatiusque exhibeas, plurimum juvabit, si debitam Deo
potentiâ, sapientiâ, & bonitate æstimationem conciperis
deas; si enim Aulici hujus sæculi tam promptè & exactè
perata obsequia præstant Dominis suis terrenis, qui eorum
cum illis quoad naturam conditionis sunt, quoad virtutem
& gratiam verò sæpe deteriores existunt; & præterea
exiguam, incertam, & perituram mercedem offerunt; quò-
tò promptius, exactiusque obsequium præstabitur Deo
firmiter credatur, cum dignitate, sapientiâ, & liberâ
omnibus hominibus infinities præstare? Si illi tam
se reputant, si frequens ijs cum Rege aut Principe suo
& colloquendi facultas & occasio offeratur, sequè
charos & gratiosos esse advertant; quàm beatum se putant
qui Deo multum dilectum & acceptum se esse sperare possunt.

quoties liberit, cum eo colloquendi & conversandi occasionem & licentiam est nactus?

I. Ergo accuratè perpende, quantæ dignitatis & potentia hic Dominus, scilicet *Rex Regum, & Dominus Dominantium*. Apoc. 19. *Qui est terribilis, & magnus vehementer, & mirabilis potentia ipsius*, teste Siracide c. 43. *quæ unus digitus appendit molem terra juxta Isaiam c. 40. de quo prædixit idem Ecclesiasticus c. 43. dixit: Glorificantes Deum; quantumcumque potueritis, supervalebit adhuc, & admirabilis magnificentia ejus. Benedicentes Dominum exaltate illum, quantum potestis, major est enim omni laude.*

II. Pariter sapientiam illius considera, qua solus se ipsum comprehendit, & ideo omnia in se videt & contemplatur: *quam effudit super omnia opera sua*. Eccl. 1. *quæ omnia in numero, pondere, & mensura disposuit*. Sap. 11. *quæ numerum stellarum numerat*. pl. 146. quam admirans D. Paulus Rom. 11. exclamavit: *O altitudo divitiarum sapientie & scientie Dei! quam incomprehensibilia sunt judicia ejus, & investigabiles viæ ejus!*

III. Bonitatem quoque illius studiosè meditare, tum eam, quam habet in ordine ad se, & cum sanctitate conjunctam ratione cuius meritò dicitur, *nemo bonus nisi solus Deus*. Luc. 11. &, *non est sanctus, ut est Dominus*. 1. Reg. 2. tum eam, quam habet ad alios, & cum liberalitate conjunctam, *quæ mensuram bonam, convertam, & coagitatam, & supereffluentem dabit in sinum nostrum*. Luc. 6. *quæ præmium pro servitio sibi præstito offert infinitum in substantia & duracione. Quæ coronat nos in misericordia & miserationibus*. Mal. 102. *quæ dat omnibus affluenter, & non impropert*. Mat. 1. *quæ postulat pro nobis gemitibus in enarrabilibus*. Rom. 8. *quæ, antequam clamemus, exaudit*. Isa. 65. *quæ manum suam aperit, & omne animal implet benedictione*, Pl. 103.

Punctum III.

Præter hæc motiva, quæ voluntatem excitant ad descriptionem Dei cultum, sequentia etiam media non parùm in actuali servitio præstando juvabunt.

I. Si Deum ubique spectantem & præsentem tibi imaginæris,

neris, & cum S. Apostolo *invisibilem tanquam videns* *scilicet* *ne as*, hebr. 11. hoc enim ipse Deus Abrahamo Gen. 17. commendavit dicens; *Ego Dominus omnipotens, ambula cum me, & esto perfectus.* Certè si magna pars peccatorum dicitur, teste Seneca Ep. 11. si peccaturis testis assistat, facilitate omnia peccata excludet viva Dei præsentis memoria.

II. Si studeas actiones ex puro Dei placendi desiderio amore peragere; sic enim dices cum S. David 1. par. ca. *Totus viribus preparavi impensas domus Domini* (autem vel illam actionem peregi) *non enim homini preparavi sed Deo offertur hæc actio.* Sicque præ illius amore videtur tibi dies & labores tui pauci ac faciles.

III. Si integros famulorum Aulicorum greges tibi oculos sistas, & quanto cum fervore ob vilem mercedem terrenis dominis serviant, attendens, illa olim S. Augustini exprobrata verba dici tibi à Religionis virtute exultantibus potuerunt isti & isti, & tu non poteris? vide proinde hæc media hæc hactenus usurpaveris, & usurpare desinas velis.

ME D I T A T I O III.
pro tertia die.

DE PURGATORIO ET INFERNIS

Scopus.

*Odiū Peccati, & zelus Animarum ex gemine hæc
pæna consideratione concepti.*

Punctum I.

Considera I. Quàm gravis sit purgatorij pæna sententiam S. Thomæ aliorumque sententiam, tanta nempe, ut omnem pænam, quam homo unquam passus est, aut pati potest, minimamque in illo loco pæna maximas pænas vite longè excedat.

Considera II. Quàm longè gravior sit ipsius Inferni pæna futura; si enim in viridi signo hæc faciunt; in arido fiet; si Deus amicorum culpas tam graviter castigat, quibus pænis inimicorum offensas puniet? Hinc merito dicitur num breviter quispiam descripuit hoc modo; Est locum

quo est *Omniis mali presentia*, quâ pœna sensûs indicatur: *omniis boni absentia*, quâ pœna damni innotuit: & *omniis pœna indefinita*: quâ duratio, & tremenda æternitas exprimitur.

Confidera III. Si juxta Salomonem sap. 6. *Potentes patienter tormenta patientur: & fortioribus fortior instat cruciatus*: quàm inexplicabiles pœnas meritò timere debeat Sacerdos, qui summam hâc in vitâ dignitatem potestatemque accepit, si hanc non secundùm voluntatem Dei exercuerit, sed ad propriam libidinem explendam fuerit abusus. Colloquium.

Punctum II.

Confidera I. Quem fructum in ordine ad se ex hac consideratione pœnarum capere debeat Sacerdos, geminum videbit. Primus est, ut peccatorum tam venialium, quàm mortalium gravitatem hinc æstimet, ideòque illa summâ cum diligentia constantiâque devitare studeat; quis enim non omni studio caveret quodcumque peccatum, si sciret, se ex illius pœnatione morbum & graves dolores corporis contrahiturum, quantò magis nunc ergo illa vitaret, si, quantas pœnas ejusdem decernat Deus, accuratius ponderârit? Secundus est, ut malit hâc in vitâ pro admisis peccatis castigari, quàm in alteram puniendam differre; quis enim non obolo libenter solveret, quod alioqui talentis integris solvere deberet: atque vix obolo comparari possunt omnes pœna & tribulationes hujus vitæ, si cum minima pœna vitæ alterius conferantur; cur ergo non æquissimo animo particulam duntaxat similibus tribulationum perferas, maximè si perpendas, pro his ipsi etiam cum patientia supportatis præmium, quod in hoc hominis non ascendit, tibi offerri ac promitti?

Confidera II. Quàm pretiosi sint hi fructus, dignique, ut propter eos frequenter vivas in infernum ac purgatorium descendas, ne post mortem eò descendere cogaris.

Confidera III. An & quoties hactenus hæc tormenta meditarus sis, & meditari deinceps velis? an non & tu cum S. Francisco Borgia hunc Prodromum præmissurus sis ad omnia loca, in quibus Adversitas quæpiam te expectat, ut omnem suâ præsentia modestiam tollat? Colloquium.

Punctum III.

Considera I. Quanto opere hæc consideratio conducere non ad propriæ duntaxat salutis curam excitandam, sed ad etiam promovendæ zelum accendendum; si enim, dum frater tuus aut propinquus ob delictum aliquod grave captivus detineretur, damnationisque sententiam ad mortem delissimam jam accepisset, nullum non lapidem moveres nec ullis precibus, impensis, ac laboribus, difficultatibus parceres, ut eum ex hoc periculo liberares; quanto magis si perpenderes quemvis peccatorem esse jam dæmonis captivum, ac, nisi resipiscat, æternæ damnationi obnoxium omnem diligentiam adhibiturus esses, ad eundem ex tanto periculo eruendum, maximè cum Christus tale beneficium promiserit perinde se accepturum, ac si ipsum ex inferno aut purgatorio liberasses, atque adeo passurus non sit, ut qui toties eum in peccatoribus ab his flammis liberasti, præservasti in easdem ipse incidas, aut certè non diutius dem te relicturus sit.

Considera II. Quàm familiaris tibi vel hoc etiam esse debeat purgantium aut infernalium flammarum consideratio, ut in meditatione tanta exardescat ignis & zelus animarum, cuiusvis Sacerdoti curam aliorum gerenti tanto pere necessarius.

Considera III. An & quomodo hæc hactenus hoc medio sis, aut certè deinceps uti velis ad zelum tuum excitandum & augendum. An non & tibi acerba illa S. Augustini quædam conveniat: *Cadit Asinus, & omnes eum sublevare conantur: clamat porcus, & cum eo reliqui clamare non cessant. Clamat inter tormenta Fidelis (aut captivus peccator) non est, qui adjuvet. Ecce vestra inhumanitas! cave ego ne aliquando cum Fratribus Josephi Gen. 42. & tu dicere cogaris? Merito hæc patimur, quia peccavimus in fratre nostro & videntes angustiam animæ illius, dum deprecatur nos, & non audivimus: idcirco venit super nos ista tribulatio.* Colloquium.

Vide etiam Masenium fol. 169. aut Theophilum Westphalum fol. 333.

Conclusiones.

I. Ergo descende in Infernum vivens, ut S. David Pl. 54. narratur, ne, post mortem eò descendere cogaris; non enim nec in gehennam incidere Gehennæ recordatio, S. Chry-
sostomo teste.

II. Ergo noli timere eos, qui occidunt Corpus, Animam autem non possunt occidere; sed potius time cum, qui potest & Animam & Corpus perdere in Gehennam. Matt. 10.

III. Ergo ut æterna futura supplicia possis evadere, mala presentia studeas pro DEO æquanimiter tolerare. Thom. Kemp. l. 3. c. 12. Certè si futuras Inferni penas cordialiter suspenderes, credo, quòd libenter laborem & dolorem sustineres, & nihil rigoris formidares. lib. 1. c. 21.

Legatur etiam ex lib. 3. cap. 12.

QUARTA DIES.

HAec die Secunda inchoabitur Hebdomada, quæ ad illuminativam viam pertinet sic dictam, quia circa Vitam Christi, qui est Lux vera illuminans omnes Homines venientes in hunc Mundum, considerandam potissimum occupatur, unde Scopus illius generalis est Imitatio Christi, specialis verò, ut Ipsum in *Abstinendo* (quod Temperantia cum aliis Virtutibus docet) *Patiendo* (ad quod Fortitudo cum aliis Virtutibus connexis juvat) & *Agendo* (prout *Prudentia* & *Aspiratio* cum subjectis Virtutibus dictant) imitemur; hos enim tres Gradus Christus Matt. 16. indicavit, dum dixit: *Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, tollat Crucem suam, & sequatur me.* Quia tamen Christus ultimo potissimum Vitæ suæ tempore manifestius Virtutes in *Patiendo* consistentes exercuit, ideo has specialiter quoque examinandas S. Ignatius in his Exercitijs assumpsit, & specialem illis Hebdomadam assignavit; reliquis verò Virtutibus in *Agendo* & *Abstinendo* positis secundam hanc Hebdomadam attribuit, uti mox in progressu patebit.

Tessera.

Qui sequitur me, non ambulat in tenebris. Joas. 3.

V 8

MEDI.

MEDITATIO I.

DE DVOBVS VEXILLIS, CHRISTI
ET LVCIFERI.

Scopus.

Propositum serium, Christi vexillum sequendi.

Punctum I.

Considera I. Quàm rectè S. Job cap. 7. dixerit, *Miserabile est vitam Hominis super terram*; cum enim Diabolus sic quantopere DEVS dilexerit Homines, ut scilicet Unigenitum suum in terras mitteret, qui eos è Potestate Dæmonis ex Cælo adscriberet ad Sedes Lapsorum Angelorum occupandas, hinc gemino erga DEVM & Homines odio invidiam accensus, nihil aliud magis satagit ac molitur, quam ut illius machinationibus suis dolisque vincat, atque in extremam perniciem perducatur. Quia verò Hominem multis ad bene vivendum præfidiis à DEO vallatum advertit, ideo contra eum Exercitum educit, quo eum oppugnet, & expugnet, si possit. Cui tamen Christus se cum alio Exercitu opponit, & propterea Hominem, ut tantò feliciùs pugnet, & curiùsque vincat, ad suum vexillum invitat.

Considera II. Quanta diversitas sit horum Ducum; Christus quidem est *Nobilissimus* (quia DEI Filius) *Ferocissimus* (quia DEVS omnipotens) *Felicissimus* (quia vitam quem nemo vincere poterat) *Amantissimus* suorum Militum, utpote quos proprio sanguine vitamque redemit; & tandem *Liberatissimus*, utpote qui æternum Militibus suorum premium promittit, si fortiter dimicent, & feliciter vincant. Omnia verò contraria in Lucifero reperiuntur, utpote in simulato animo tibi falsas & apparentes voluptates & felicitatem promittit, ut æternum te perdat, & cruciet crudelissimis tormentis.

Considera III. An non summam stultitiam admittas, si post cogitas etiam Fraudes & odium illius adhuc catenari adhaerere eidem, & sub vexillo ipsius potiùs, quam Christi militare statuas. Colloquium.

Punctum II.

Considera I. Quibus potissimum armis utatur Hostis ad Christi Exercitium oppugnandum, nimirum non alijs, quam Gladio triplicis Concupiscentiæ, de qua S. Joannes 1. c. 2. dixit, *quoniam omne, quod est in Mundo, Concupiscentia carnis est, & Concupiscentia oculorum, & Superbia Vita.* Unde enim bella & lites in Vobis? inquit rectè S. Jacobus c. 4. *ninne hinc? ex Concupiscentiis Vestræ, quæ militant in membris Vestræ?*

Considera II. Quibus è contrario Armis Christus tum ipse usus sit, tum Milites suos uti velit ad Hostium Arma infringenda; nimirum *Contemptu Honorum, Voluptatum, & Divitiarum propter DEVM*; hinc Gladio huic inscripta sunt hæc verba: *Quis ut DEVS?* quibus facillè cum S. Michaële Arma Hostium confringunt, & Concupiscentiam omnem inordinatam ex Animo proscribunt.

Considera III. Quàm insignis iste sit Gladius, de quo tibi meritò imaginari potest dici à Christo, quod olim Jeremias 2. Mach. 15. de Gladio à se porrecto dixit: *Accipe sanctum Gladium manus à DEO, in quo dejicies Adversarios Populi mei Israël.* Responde proinde illi cum Davide 1. Reg. 21. *Non est huic alter similis, da mihi eum.* Colloquium.

Punctum III.

Considera I. Quantos Animos ad certandum fortiter contra Hostem addere plerumque soleat, si quispiam adversus, tantam de fortitudine sua opinionem à Duce suo concepit esse, ut ipsum non dubitaret, alijs Militibus præficere, & Capitanei vel alterius Officialis bellici titulo honorèque insignire; cùm ut sic majoris Gloriæ, majorumque præmiorum ac spoliatorum obtinendorum occasionem habeat.

Considera II. Quantopere tu quoque excitari debeas ad insignes de Hostibus tuis Victorias reportandas, si rarum Ducis tui erga te Favorem & Fiduciam, quam in Vocatione ad Scatum Sacerdotalem ostendit, animo perpendere, multorumque tui similium Sacerdotum nobiles de Hoste Triumphos oculis obijcere velis. An non enim exclamabis eum Josepho & Azaria 1. Mach. 5. & meliori, quàm ipsi sensu dicentes:

ces: *Faciamus & ipsi nobis nomen, & eamus pugnare*
versus Gentes, qua in circuitu nostro sunt.

Confidera III. Quam fidelis hactenus Duci tuo fueris,
 vel nunc denuo veniam praeteritae foecordiae, & perfidiae
 misse pete, ac novam Fidelitatem sincero animo, promitte.

Colloquium.

Vide etiam Masenium fol. 241. & Theophilum Wep
 part. 2. fol. 52.

Conclusiones.

I. Ergo exclama cum pio Asceta l. 3. c. 56. *Eja, Fratres*
pergamus simul, IESVS erit nobiscum. Erit Adjutor nostrus
qui est Dux noster & Praceffor. En Rex noster ingredietur
ante nos, qui pugnabit pro nobis. Sequamur & viriliter, nec
metuat terrores; simus parati mori fortiter in bello, nec
seramus crimen gloria nostra, ut fugiamus à Cruce.

II. Ergo audi S. Chrysoftomum monentem, *& exerce*
res, fortiter dimica, atrociter in hoc pralio concerta.
dera pactum, attende conditionem, militiam nosce. Pactum
quod spondidisti: Conditionem, qua accessisti: militiam,
nomen dedisti.

III. Ergo sustine cum Christo & pro Christo, si vis regna
 re cum Christo. lib. 2. c. 1.

Legatur etiam lib. 1. cap. 1.

MEDITATIO II.

Pro quarta Die.

DE INCARNATIONE, NATIVITATE, ET
CIRCUMCISIONE CHRISTI.

Scopus.

Aestimatio Sacerdotalis Dignitatis, & ejusdem digni
moribus conservanda studium.

Punctum I.

Confidera I. Quantum Beneficium B. Virgo Mundo contu
 buerit, dum assensu suo per quinque illa verba: *Fiat mihi*
secundum verbum tuum: praestito, effecit, ut Filius DEI
 manam carnem admirando miraculo assumeret, sicque

sanctissimam tot Seculis salutem humano Generi afferret. Quam quoque Ipsa per hunc assensum Dignitatem obtinuit, ut scilicet Mater DEI diceretur, & esset, quo Honore operam nec ab ipso DEO offerri posse, S. Thomas & alij docent.

Confidera II. Quam majus Beneficium censendum sit accepisse Sacerdoti, qui quinque illis verbis: *Hoc est enim corpus meum*; non tantum moraliter, ut B. Virgo, sed verè & effectivè Christum, non jam passibilem, sed gloriosum, cum tot miraculis, non semel, sed quotidie, si placet, sub speciebus Eucharisticis ponere, & sic iterum quodammodo incarnare potest, tantamque ex hac Potestate Dignitatem est consecutus, ut SS. Patres ex hoc Capite ipsi quoque B. Virgini eum præferre non dubitent, soloque Creatore suo inferiorum dicant.

Confidera III. Quam grato animo agnoscere debeas summum hunc Favorem ac Beneficium, darèque operam, ut, sicut B. Virgo illum per voluntatis suæ cum divina conformationem obtinuit, & conservavit; ita tu quoque sicut eundem per assumptionem Sacerdotalis Statûs consecutus es, ita per voluntatis quoque divinæ (quæ juxta S. Paulum 1. Thess. 4. est *sanctificatio nostra*) perfectam adimpletionem conservare debeas. Colloquium.

Punctum II.

Confidera I. Quam felicem, & meritò quidem, B. Virginem putemus, dum ei concessum est, DEI Filium parere, amplexi, osculari, & pro libitu tractare. Si enim S. Franciscus & alij Sancti in hac etiamnum vita degentes, dum B. Virgo Filium suum ulnis eorum excipiendum obrulit, præ gaudio & voluptate propemodum se liquefactos fuisse, confessi sunt; quæ tantis gaudijs & voluptatibus repletam fuisse credibile est B. Virginem, quæ per tot annos tam amabili Filij sui præsentia & aspectu frui potuit.

Confidera II. Quam beatum tu quoque æstimare te debeas, cui quotidie hic ipse DEI Filius, licet speciebus Eucharisticis involutus, in manus datur, eumque pro libitu tractare conceditur per Sacerdotalem potestatem. Neque hoc tantum, sed alio quoque modo spirituali, Deoque longè gratissimo,

fimo, & tibi utilissimo ac honorificentissimo Eum in al
 Hominibus, scilicet Peccatoribus, cum S. Paulo Gal. 4. par
 turendi, donec formetur Christus in illis, occasio copios
 offertur; an non hoc gaudium tantò majus erit, quando plu
 res ejusmodi Christos pepereris, quantòque gratiorem hunc
 partum ipsi Christo sciveris esse?

Considera III. An felicitatem hanc tuam hæcenus, ut
 porret, æstimaris? & quomodo deinceps illam tum per quo
 tidianam ac devotam Missæ Celebrationem; tum per arden
 tissimum zelum quàm plurimos Peccatores convertendi con
 servare & augere velis. Colloquium.

Punctum III.

Considera I. Quantus Honor & Dignitas ipsi etiam Chri
 sto in Circumcisione sua obtigerit, dum Eidem nomen Je
 su, seu Salvatoris, nomen super omne nomen, in quo ge
 nua flectunt Cælestes, Terrestres, & Inferi, DEO jubente, &
 gelo indicante, S. Josepho exequente impositum est.

Considera II. Cùm idem tibi quoque per Sacerdotalem
 dignitatem, & Pastoralem curam, Officium Salvatoris
 commissum, summæque inde Dignitas obtigerit (nam, ut
 alibi dictum est, *omnium divinorum divinissimum est carpe
 ravi DEO in salutem Animarum*) an non tu quoque hunc
 mē à DEO te honoratum æstimare, ac proin studere debeas
 ut, quemadmodum S. Ambrosius monet, *quid sis professione
 Actione potius, quàm Nomine demonstras, ut & Actus cor
 respondeat Nomini, & Nomen cum Operibus coincidat.*

Considera III. An & quomodo hæcenus hoc Nomen
 Officium sustinere conatus sis, & sustinere deinceps velis
 præcipuè verò per Circumcisionem spiritualem omnis ter
 nalis Concupiscentiæ, & perfectam Legum etiam illarum
 ad quas sub peccato non obligaris, Observantiam, quibus
 duobus capitibus Christus hoc Nomen consequi debet.
 Colloquium.

Vide etiam Masenium. fol. 206. & 215. aut Theophilum
 Weyeri Hebd. 2. fol. 33. 39. & 47.

Conclusiones.

1. Ergo audi S. Gregorium Nyssenum monentem: Quo
 prae

videt, *Fratres mei, si Fidem (& Sacerdotij Dignitatem)*
non dicat se habere, opera autem non habeat? Christianis-
si Imitatio divina Natura. Si igitur Christianus es (&
magis si Sacerdos obligatus ad alios verbo & exem-
plum instruendos) Christum DEVM imitare: noli vacuum
verum Nomen & inane, sed plenam tanti mensuram Nomine
imple; imple, inquam, Operibus Nomine dignis.

II. Ergo, quemadmodum idem Sanctus hortatur, *simus*
Christus, quoniam Christus quoque sicut nos factus est:
officiamur Deo propter Ipsum, quoniam Ipse quoque propter
nos Homo factus est.

III. Ergo *Agnosce Dignitatem tuam, O Sacerdos, & di-*
gna confers factus Natura, noli in Seterem Silitatem de-
generari conversatione redire. Memento, cuius Capitis, & cuius
Corporis sis membrum. S. Leo ser. 1. de Nativ.
 Legatur etiam l. 2. c. 1. ex lib. de Imit.

CONSIDERATIO PRO IV. DIE.

DE ACTIONIBVS AD B. VIRGINIS, ET SANCTORVM CVLTVM PERTINENTIBVS.

Punctum I.

Ad hunc Cultum præstandum duo præcipue spectant, legiti-
 ma scilicet *Electio* Sanctorum in Patronos, & legitima
Veneratio.

Primum ut rectè facias, more Ecclesie omnes quidem
 sanctos in Patronos eliges, sed ita, ut in varias classes eisdem
 pro diversa tua erga illos obligatione aut affectu diuidas. Et
 in prima quidem Classe solam B. Virginem collocabis, ut
 in prima quidem Classe solam Ecclesia Cultu Hyperdulie speciali hono-
 rari præcipit. In secunda S. Angelum tuum Custodem, aut
 alios tuos Tutelares Angelos; Sanctum, cuius nomen geris:
 fundatorem tui Ordinis aut Status; SS. Petrum & Paulum
 velut communes totius Ecclesie Patronos & Principes. Vel
 si placet, etiam S. Iosephum Christi Nutritium constitues.
 In tertia alios Patronos, quibus ob specialem titulum vel af-
 fectum specialiter quoque te obligatum credis, ponas. In
 quarta Cælites Menstruos, aut quovis die occurrentes: In
 quinta tandem & ultima omnes alios Cælites collocabis.

Ad

Ad Posteriores verò hujus Cultus speciem vel partem legitimam scilicet venerationem spectat, ut tenerum erga illos amorem & affectum semper geras, gratulando ipsorum corde suam gloriam, optandoque, ut ea majus quotidie incrementum acquirat, atque ad hoc tuam etiam operam pollicendo, & exhibendo: deinde ut summam cum fiducia in omnibus tuis necessitatibus & ad veritatibus eorum operam auxilium, ac intercessionem exposcas: Et tandem ut omnia tua opera post DEI honorem ad cultum etiam horum Sanctorum eo Ordine, quo in Classibus diversis sunt collocati, dirigas, & hoc ipso etiam ex motivo, singulari cum diligentia & alacritate perficere studeas, qui sanè cultus merito gratissimus censei potest, utpote *purissimus* (id est, omnino peccati naxo, saltem voluntario carens) *amplissimus* (cum his universas vitæ actiones complectitur) & *constantissimus* (quia nunquam interruptitur) ut merito quispiam coarctaverit: *Sanctorum est cultus gratissimus, Optima Vita.*

Punctum II.

Porro ad hunc cultum magno cum fervore exhibendum tria te motiva merito non modicè impellere possunt.

Primum *ex parte DEI* offertur, quem cum tu plus utique quam teipsum diligas, haud dubiè etiam obsequia Ipsi exhibita pluris facies, quàm si tibi præstita fuissent; cum certum sit, Sanctos omnes die noctuque indefinenter in Deum amando, laudando, & honorando occupari, rectè inferri hæc obsequia pro majoribus à te beneficijs & honoribus computari debere, quàm si tibi immediatè fuissent exhibita: qui si tuam Personam tali honore & laude prosequerentur, & quissimum judicares, ut tantos tuos Amicos, tui tam amicos res omni possibili cultu & honore vicissim prosequerentur multò magis ergo nunc, quando hæc omnia DEO præstas ad mutuam illorum cultum & amorem incitare debent.

Alterum motivum *ex parte ipsorum Sanctorum* offertur: cum enim hi sint excellenti *Sanctitate, Sapientiâ, & Dignitate* præditi, utpote Charissimi DEI Amici, & ob hos ritibus etiam in hac vita nos tam vehementer impelli nos sentiamus ad singularem cultum illis exhibendum; qui rarâ Sanctitate, Sapientiâ, aut Dignitate sunt præditi, facile apparere

tantum cultum & venerationem illis debeamus, qui omnes homines huiusmodi in prædictis donis longissimo intervallo superant.

Tertium motivum ex parte nostra offertur, ingens scilicet affectus & consolatio, qui ex hac nostra cum illis familiaritate nobis oritur; si enim in hac vita tam jucundum nobis & consolatorium est, *Spectatores* multos actionum nostrarum Potentes & primarios habere: in petitionibus nostris *Intercessores*, & eloquentes *Advocatos*; aut in periculis & adversitatibus *Protectores* robustos & intrepidus scire, ad quos sine ulla repulsa timore confugiamus, quantam consolationem oriri necesse erit in nostro pectore, si omnes Cæli Inceptorum *Spectatoribus*, *Advocatis*, & *Protectores* nos habere sciamus, plenamque nobis facultatem fieri, arduissimam cum his omnibus Familiaritatem & Amicitiam contrahendi? Sane Saxeus aut ferreus sit oportet, quem hæc motiva ad venerationem Sanctorum non movent.

Punctum III.

Ex his, quæ de Sanctis Cælitibus in genere dicta sunt, facile colligere, quantum potiori studio hæc omnia & plura alia erga ipsam S. Cæli Reginam observanda sint, cum enim hæc iuxta probabilem Theologorum sententiam omnes Sanctos etiam collectivè acceptos in Dignitate, Sanctitate, & Auctoritate apud DEVM longissimè superet, ita ut merito de ea S. Anselmus dixerit: *Omne quod est, aut supra te, aut infra te est. Super te solus DEVS est: infra te omne, quod DEVS non est*; ideoque illud Prov. 31. à SS. PP. eidem applicatur: *Multa filia congregaverunt Divitias, tu supergressa es universas*: merito majorem quoque, quam omnes illi Amorem, Fiduciam, & Venerationem meretur, quod ut præstes, frequentia consulo. 1. In Matrem elige, & filialem erga eam affectum semper fovere stude. 2. Festa ipsius ab Ecclesia celebrari solita præcipuo studio observa, & obsequia nova quotidianis adde. 3. Rosarium & Litanias Lauretanas quotidie, si potes, recita. 4. Etiam singulis horis eam cum Angelo Salutare, cum potueris, non omitte. 5. Puritatem Corporis & Animi, ipsius Amore, præcipuo studio procura, & contra tentationes & pericula hanc infestantia, Matris

Instr. VIII.

X

hujus

hujus tuæ præsidio potissimum te defende. 6. Honore illius, ubicunque potes, etiam apud alios promove, maxime per Congregationum Introductionem & sedulam administrationem. 7. Quidquid ad hujus honorem agis, constanter & ferventer exequere; magis enim placent ei pauca sequia constanter & bene, quam multa tepidè & inconstanter exhibita. Atque hæc suo modo etiam aliorum Sacrorum Cultui applicare poteris.

MEDITATIO III.

pro quarta die.

DE RELIQUA CHRISTI VITA
OCCULTA.

Scopus.

*Præcipuarum Virtutum ad Sacerdotem spectantium
studium.*

Punctum I.

Considera I. Cur Christus in Templo offerri voluerit in eo postea per triduum amissus inveniri? nimirum ut in templo suo doceret, cui Virtuti à Juventute asuescere, quæque per reliquam etiam ætatem præ reliquis exercere debemus, *Devotionem* videlicet, & plenam sui ipsius ad obsequium divinam *Oblationem*.

Considera II. Cur Christus hanc Orationis ac Devotionis Virtutem tantopere commendavit? quia videlicet ut S. Augustino, *Oratio est Anima sancta præsidium, Angeli bono solatium, Diabolo supplicium, gratum DEO obsequium, Religionis laus tota, perfecta Gloria, Spes certa, Sancta incorrupta.* Et ut idem alibi dixit, *rectè novit servare, qui rectè novit orare.*

Considera III. Si omnibus Hominibus Christus tantopere commendatum esse voluit Orationis studium; quare magis illud à Sacerdotibus exigendum sit, qui Mediator inter DEVM & Homines constituti, atque, ut ipsum Christus Nomen præfert, ad divina Officia principaliter deputati sunt. Sed & donis gratiisque supernaturalibus pluribus

Honore, & impetrare debent. Vide ergo, quomodo haec tenus hoc
 re, & impetrare debent. Vide ergo, quomodo haec tenus hoc
 m admittit, & impetrare debent. Vide ergo, quomodo haec tenus hoc
 is, confiteor, & impetrare debent. Vide ergo, quomodo haec tenus hoc
 i paucis, & impetrare debent. Vide ergo, quomodo haec tenus hoc
 incontra, & impetrare debent. Vide ergo, quomodo haec tenus hoc
 um Saeculo, & impetrare debent. Vide ergo, quomodo haec tenus hoc
 VITA
 per amare deprecandi studium. Colloquium.

Punctum II.

Confidera I. Cur Christus in Ægyptum fugere, ibique tot
 annos, inter barbaros Homines, cum tot incommodis habi-
 tare voluerit, ut scilicet doceret Exemplo suo, quod non suf-
 ficat dedicare se DEO per solam voluntatem, atque Eidem
 devotè per Orationem convivere velle, sed efficacia huius
 Oblationis ipso etiam opere confirmanda sit, atque ad eò æ-
 que contentus esse quis debeat, sive duros, sive benignos ha-
 beat Superiores, in grato vel ingrato loco, Amicis aut Ini-
 micis, cum vel absque magnis commodis habitare jubeatur;
 hoc enim plenam sui oblationem veraciter factam esse ar-
 guit.

Confidera II. Quàm æquum sit, ac necessarium, ut omnes
 eisdem Homines, præcipuè tamen Sacerdotes, ejusmodi In-
 differentiam habere studeant; si enim generosi Milites præ-
 ferant aut Gloriæ intenti, aut Mercatores lucro pecuniæ inhiant,
 nullum inter ejusmodi Loca, Personas, Commoda discrimen
 faciunt, sed eò læti & Alacres properant, quò Voluntas
 Ducis, & Gloriæ, prædæque aut lucri majoris spes vocat;
 quidni & Sacerdos, utpote verus Miles Christi, & Gloriæ di-
 vinitus augmento, & lucro Animarum intentus, ibi potissimum
 cum illis vivere, ageréque desideret, ubi & apud quos ma-
 joris DEI Gloriæ, lucrique Animarum spes affulget?

Confidera III. An tu haec tenus ejusmodi Indifferentiam
 habueris, aut habere deinceps velis. Colloquium.

X a

Pun.

Considera I. Cur Christus ab anno duodecimo ulque trigessimum nihil aliud de se scribi voluerit, nisi quod diditus fuerit suis Parentibus, & per hoc ætate, Sapientia Gratiâ coram DEO & Hominibus creverit; nimirum ut eorum doceret Exemplo suo, quod si Homines perfectam Oblationem plenius demonstrare, ac confirmare cupiant DEO non tantum in propria Persona; sed etiam per Homines velut Vicarios aut Ministros suos aliquid præcipienti parere debeant; quantoque id, DEI quidem, cujus Personam in homine aspiciunt, & venerantur, beneplacito; suo vero, de in Sapientia cælesti, seu quod idem est, perfectione Spiritus ac Gratiâ, & quæ inde nascitur, Gloria non modicè crescentis emolumento ac lucro sint facturi.

Considera II. Quàm libenter & promptè omnes quidem Homines propter hoc Exemplum subijcere debeant se in Superioribus, sed præcipuè Sacerdotes, ut qui non hoc tantum, sed aliud quoddam magis admirandum ejusdem Salvatoris sui Exemplum propositum habent, dum scilicet ad pauca ejuscunq[ue] Sacerdotis etiam pessimi ac flagrantissimi verba de cælo gloriosus descendit, & sub speciebus panis & Vini vilissimis se collocat, tractandùmque pro Arbitrio relinquit.

Considera III. An & quomodo tu hætenus similem obedientiam præstiteris, ac præstare deinceps velis.

Vide etiam Masenium fol. 226. & fol. 498.

Conclusiones.

I. Ergo sis devotus, & manebit tecum IESVS. Tit. Kemp. l. 2. c. 8. Nam devotus Homo ubique fert secum solatorem IESVM, & dicit ei: Adesto mihi, Domine, in omni loco & tempore. Hac mihi sit consolatio, labori carere & esse omni solatio humano. Et si mihi tua desit consolatio, sit mihi tua voluntas pro summo solatio.

II. Ergo non magni te reputes, aut specialiter diligas, si in magna fueris devotione atque dulcedine, in illis non cognoscitur Servus Amator Virtutis; nec in consiliis profectus ac perfectio Hominis, sed in offerendis

in corde tuo voluntati divina, non quarendo, qua tua sunt,
nec in parvo, nec in magno, nec in tempore, nec in aternita-
lib. 3. c. 25.

III. Ergo quando *DEVS* Omnipotens & Altissimus, qui
cuncta creavit ex nihilo, se Homini propter te subiecit, disce
temperare pulvis: disce voluntates tuas frangere, & ad
meam subjectionem te dare. l. 3. c. 13.

Legatur etiam l. 1. cap. 9.

QUINTA DIES.

Tessera:

*V*ivo autem, Jam non ego: Servis vero in me Christus.
Gal. 2.

MEDITATIO I.

DE CHRISTI BAPTISMO, JEIUNIO, ET TENTATIONIBVS.

Scopus.

*Mediorum à Sacerdote adhibendorum constans
& serius usus.*

Punctum I.

Confidera I. Cur Christus eo tempore, quo cum Proxi-
mo agere, ejusque salutem procurare decreverat, prius ba-
ptizari à S. Joanne, & accipere Spiritum Sanctum, & audire
vocem de caelo dicentem: *Hic est Filius meus dilectus, in
quo mihi bene complacui: ipsum audite*: voluerit, nimirum
in Exemplo suo primam dispositionem in Apostolo & Pastro-
re Animarum requisitam doceret, quæ est, ut ejusmodi Apo-
stolus aut Pastor prius suas infirmitates & peccata agnoscat,
atque ob eas ex corde despiciat, nec meliorem alijs Homini-
bus judicet; deinde ab omnibus suis sordibus & peccatis per
Baptismum Pœnitentiæ, & firmum propositum accuratissi-
me ejusmodi sordes deinceps vitandi (na, dum alios purgare
cupit, maculet potius) & omnem Justitiam implendi mun-
dare studeat; & præterea non prius istud officium curamque
suscipiat, quam legitimè à DEO vocatus, ac per Superiores
suos

suos legitimè approbatus & expositus sit, sicque & ipse a
re mereatur à DEO Patre: *Hic est Filius meus dilectus,
quo mihi bene complacui; ipsum audite.* Aut à Christo: *Vos
me elegistis, sed ego elegi vos, & posui, ut eatis, & fru-
ctum afferatis, & fructus vester maneat.*

Considera II. Quàm æquum sit, ut ejusmodi dispositio
Apostolus aut Pastor Animarum habere studeat; si enim,
ste S. Paulo Hebr. 5. *nullus sibi assumit honorem, sed quaerit
catur à DEO tanquam Aaron;* neque ullus etiam in
Mundo facilè tam temerarius & impudens reperitur, qui
tro se ad proximam dignitatem post Regem aut Principem
non vocatus aut electus intrudere præumat; quanto magis
decebit Sacerdotalem & Pastorem dignitatem, quæ
S. Dionysium divinarum Officiorum divinisimum est, sine
legitima vocatione & præparatione assumere?

Considera III. An tu cum tali dispositione accesseris
hoc officium; & si quidem accessisse sic dispositum te ad
gaude, & confirma, quod egisti; sin minus, corrige, & emen-
da, quod neglexisti. Colloquium.

Punctum II.

Considera I. Cur Christus post Baptismum in Eremum
cesserit, ibique quadraginta dies in jejunio & oratione
sumpsit, nimirum ut iterum exemplo suo doceret Sacer-
tes & Pastores Animarum, quomodo se ad subsecuturum
Officio Pastoralis tentationes præparare deberent; si enim
racides cuivis Servo DEI suavit: *Fili, accedens ad servitium
tem DEI, sta in Iustitia, & in timore, & præpara animam
tuam ad tentationem;* quanto magis ejusmodi tentationes
timere debet is, qui non solum ipse abrenuntiat Diabolo
& à Vexillo illius fugit, sed alios etiam ad similem fugam
impellere conatur? nam, ut rectè S. Gregorius l. 24. c. 13.
c. 13. dixit, *quantò magis eos sibi oppositos Diabolum
tantò amplius expugnare contendit.*

Considera II. Quibus potissimum armis seipsum in-
xerit, & adversus incursum Hostis præpararit, ijs videlicet
quæ ipsemet Marc. 9. indicavit dicens: *Hoc genus in
potest exire, nisi in oratione & jejunio;* nam Oratio quæ
ut S. Beda loquitur, *Dæmones fugat, ac Angelos ad ad-*

Saluti inuitat: *Scutum est in nocturnis terroribus, armorum requies laborum.* Jejunium verò, teste S. Maximo hom. 25. *Murus quidam est Christiano, inexpugnabilis Diabolo, intransgressibilis Inimico. Quis enim unquam Christianorum ieiunauit, & captus est?*

Considera III. An & quomodo tu hactenus his armis usus es, & uti deinceps velis. Colloquium.

Punctum III.

Considera I. Cur Christus antè, quàm prædicare, & alia Officia ad salutem Proximi spectantia exercere inceperit, tentari à Diabolo, triplicemque ab eo Victoriã reportare voluerit, nimirum ut omnes Pastores & Apostoli discerent, nihil magis necessarium esse, ad hoc, ut sine damno suo inuigilare saluti Proximi possint, quàm ut priùs triplicem victoriã contra Mundum, Carnem, & Diabolum obrinere, scilicet, quod idem est, Diuitiarum, Voluptatum carnalium, & Honoris, ac Gloriæ inordinatum appetitum vincere studeant, ut formidabiles facti Hostibus tantò faciliùs & audaciùs etiam alios contra eiusmodi Hostes educere, ac conciliare queant.

Considera II. Quibus armis præcipuè Christus usus sit in tentationibus istis, nimirum gladio Spiritûs, quod est Verbum DEI Eph. 6. dum eidem semper sententiã quandã ex S. Scriptura, voluntatem DEI comprehendentem opposuit, eaque feliciter fuga vit.

Considera III. Quàm aptum sit hoc Instrumentum ad Hostes vincendos, idque ex S. Paulo ad Hebr. c. 4. discere: *Vivus est Sermo DEI, & efficax, & penetrabilior omni gladio antiquo, & pertingens usque ad divisionem animæ ac Spiritûs.* Vide proin, quomodo tu hactenus eo usus fueris, & uti deinceps velis. Colloquium.

Vide etiam Masenium fol. 257. & 498. & Sacerd. Christianum Ludovici Abellij fol. 318. & seqq.

Conclusiones.

I. Ergo noli securus esse, noli credere, licet in modum flammæ fuscum aquor ardeat, licet Six summa Elementi Spiritu terga crispentur: magnos hic campus montes habet,

X 4

intus

intus inclusum est periculum, intus est hostis. S. Hier. Ep. ad Heliod.

II. Ergo resistamus Diabolo, & fugiet à nobis, Jac. nam in hoc bello, teste Gebbenensi Antistite, *certi sumus in Victoria, dummodo contra Hostes pugnare, ipsorumque insultribus resistere velimus.*

III. Ergo fuge Occasionem tentationum; qui enim *intremus in tentationem, sanè tentationum occasiones quarere non debemus,* ait rectè D. Chryostomus homo in Matt. Quantum igitur possumus à Lubrico recedamus qui in sicco parùm firmiter stamus. Senec. Epist. 117. Legatur etiam ex lib. 1. de Imit. Christi. c. 13.

MEDITATIO II.

pro quinta die.

DE VOCATIONE APOSTOLORUM

Scopus.

Imitatio Apostolorum in implenda Vocatione.

Punctum I.

Considera I. Quos elegerit Christus pro Apostolis nimirum, ut S. Paulus Epist. 1. ad Cor. cap. 1. loquitur, *Sapientes secundum carnem, non potentes, non nobiles, rudes, ignobiles, & pauperes Piscatores.* Ad quem finem elegerit, nempe ut essent Socij sui in perficiendo Redemptionis opere, summamque adeò post ipsum dignitatem obtinerent, uti S. David Pl. 72. prædixit dicens: *Mihi autem non honorificati sunt Amici tui DEVS: nimis confortatus est Principatus eorum.*

Considera II. Cur tales potius viros, quam alios in Apostolos elegerit, nimirum ob causam ab eodem S. Paulo citatam: *Qua stulta sunt Mundi elegit Deus, ut confundat Sapientes: & infirma Mundi elegit Deus, ut confundat fortia: & ignobilia Mundi ac contemptibilia elegit Deus, ut non gloriatur omnis Caro in conspectu eius.*

Considera III. Quantus favor & beneficium per hanc Vocationem Apostolis & tibi obtigerit, quamque adeò omnino

conarum adhibere debeas, ut, sicut eodem eum illis te honore & favore dignatus est Christus, ita tu quoque simili cum Apostolis celeritate ac perfectione vocationem tuam implideas. Vide proin, quomodo id haecenus feceris, & favore deinceps velis. Colloquium.

Punctum II.

Considera I. Quàm promptè Apostoli Christum vocatum secuti sint, nimirum *relictis omnibus statim secuti sunt eum*. Luc. 5. nescit enim tarda molimina Spiritus Sancti gratia.

Considera II. Cur tam celeriter eum secuti sint; quia videlicet interiùs illustrati, non humanam in eo vocem, sed divinam audire se credebant, atque ad eò à quo, ad quem finem & terminum vocarentur, perpendebant.

Considera III. Quantò promptiùs perfectiùsque tu ipsum sequi debeas, ut qui & clariùs cognoscis, quis sit, qui te vocat; & quid sperare possis, si eum sequaris, nimirum id, quod ipse, ipsemet promiserat dicens: *Qui sequitur me, non ambulat in tenebris*. Non in *tenebris ignorantia*, quia ipse est lux vera illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum. Non in *tenebris mortis*, quia ipse est veritas & vita. Non in *tenebris infamia*, quia nimis honorati sunt amici eius; Non in *tenebris peccati*, quia qui cum ipso ambulat, in luce ambulat, atque ad eò opera tenebrarum non amat. Resolve te igitur, & conclude, vel nunc cum Apostolis omnia impedimenta abjicere, ut tantò promptiùs ipsum sequi queas. Colloquium.

Punctum III.

Considera I. Quòd non celeriter tantùm secuti Christum sint Apostoli, sed etiam constanter ei adhæserint, atque in procuranda divina Gloria, ac animarum salute insigniter eodem cooperati sunt.

Considera II. Quàm æquum sit, ut tu quoque tantò ardentius & efficacius Deo in lucrandis animabus tibi commissis coopereris, quantò majus tibi per vocationem beneficium collatum est, & quantò clariùs tibi animarum talium pretium constat, utpote pro quibus nôsti, ipsum Dei Filium

non dubitasse, tot labores suscipere, tot cruciatus & con-
melias perferre, & ipsam denique vitam sanguinemque per-
fundere. Unde meritò quondam S. Ludgardi vulnera obla-
dens dixit: vide, filia, quomodo hæc vulnera clament,
efflagitent, ne sinas ea frustra me pro peccatoribus oboli-
se, sed lacrymis & afflictionibus corporis offensum Patrem
placere studeas. Hinc certè S. Paulus Rom. 9. de se
fatebatur: *Tristitia mihi magna est, & continuus dolor in*
di meo. Optabam enim ego ipse Anathema esse à Christo pro
fratribus meis. Et, ut Act. 20. dicebat, *per triennium non*
& die non cessavi cum lacrymis monens unumquemque
fratrem.

Confidera III. Quid tu hac in parte egeris, aut etiam
inceps acturus sis; an non dices cum S. Paulo. 2. Cor. 11.
Ego autem libentissimè impendam, & super impendam
pro animabus vestris, licet plus vos diligens, minus diligam
Colloquium ad Christum.

Vide Mascenium fol. 509. aut Sacerd. Christ. Mel. 11
fol. 477.

Conclusiones.

I. Ergo audi Christum illis Apostoli Eph. c. 4. ver-
monentem: *Obsecro vos, ut dignè ambuletis* Vocati estis, pro
Vocati estis, cum omni humilitate & mansuetudine. Et
terum cum D. Petro 2. c. 1. *Quapropter, fratres, magis*
tagite, ut per bona opera certam vestram Vocationem faciat
tis; sic enim abundanter ministrabitur vobis introitu
aternum regnum Domini nostri.

II. Ergo audi S. Franciscum suos monentem: *Magna*
tres, promissimus, majora promissa sunt nobis: Noli ergo
tendere, quod pondus feras in officio, sed quod præmi-
sperare possis in termino; sic enim omnes dies & labores
videbuntur pauci præ amoris & spei magnitudine.

III. Ergo toto pectore in lucrum animarum incumbe
huc enim magistra lex tendit, teste S. Gregorio Naz. An-
inter Christum & legem interjecti Propheta; huc spiritus
legis Perfector & finis Christus: huc exinanita Deus, in
assumpta caro: huc nova illa mixtio, Deum, inquam,

Atque hac omnia propter omnia, & pro uno illo generis nostri Principe in unum coierunt.
Legatur etiam ex lib. 3. de Imit. c. 59.

CONSIDERATIO

pro V. Die.

DE ACTIONIBUS AD PROXIMUM
SPECTANTIBVS.

Punctum I.

Ante omnia da operam, ut bene intelligas, quantopere ad dilectionem Proximi varijs ex titulis obligeris. 1. Quia Deus iubet, ut eum sicut teipsum diligas; additque in hoc universam legem & Prophetas pendere: esse majus omnibus holocaustibus & sacrificijs. 2. Pater æternus quid magis requirit, quàm ut, sicut omnes ejus Filij sumus, ita fraterno quoque affectu invicem diligamus; hinc teste S. Joanne 1. c. 4. *hoc mandatum habemus à Deo, ut qui diligit Deum, diligit & fratrem suum.* 3. Filius Dei quantopere eam requirat, ipse satis Jo. 13. indicavit dicens: *In hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem.* 4. Sed & Spiritus S. cum sit anima corporis Christi, nihil magis desiderat, quàm ut membra omnia arctissimè per charitatem invicem sint conjuncta; hinc Eccl. 35. dicitur: *In tribus placitum est spiritui meo, quæ sunt probata coram Deo & hominibus. Concordia fratrum, & amor proximorum, & vir & mulier sibi bene consentienter.* 5. Quàm S. Dei Mater & alij Coelites eam desiderent, vel ex eo colligere licet, quòd, sicut illi arctissima inter se unionione sunt conjuncti, habentes cor unum, & animam unam, ita eandem quoque charitatis unionem videre in nobis gestant, ut Jerosolyma hæc terrestris, coelestis illius quandam imaginem referat, & Ecclesia militans triumphanti quoad hoc sit conformis. 6. Denique quantopere ipsa tua tam supernaturalis, quàm naturalis vitæ ratio eam à te requirat, vel inde colligitur, quòd utròve modo spectati tu & Proximus fratres suis ejusdem Patris, eodem Christi sanguine Redempti & regenerati, ejusdem quoque corporis mystici membra

membra, ad eandem regni cœlestis hæreditatem vocati. Vnde ergo, quàm potentes sint hi tituli ad fraternam dilectionem singulari studio exercendam, & fovendam,

Punctum II.

Incipe considerare, quid dilectio hæc à te requirat, & quomodo singula capita hæc observaris. Ut autem tam ordinatius id agas, distinguere potes proximum tuum in tres classes, in superiores scilicet, æquales, & inferiores, & singulas iterum in alias species subdividere hoc vel similibus modo.

§. I.

Observanda erga superiores Personas.

I.

Erga Ecclesiam,

Insignis Honoratio

Per vitæ sanctitatem,

Filialis subiectio

Per officij Fidelitatem,

Fortis propugnatio

Per doctrinæ potestatem.

II.

Erga Episcopos, aliisque Superiores

Summa reverentia,

Quia DEI Vicarij,

Charitas ingenua,

Quia Patres pijsimi,

Obedientia promptissima,

Quia Pastores optimi.

III.

Erga Magnates,

Honoris justæ oblatio,

Propter statûs eminentiam,

Favoris conservatio

Propter virium potentiam,

Locutionis cautio

Propter periculi præsentiam.

§. II.

Observanda erga Equales.

I.

Erga alios Sacerdotes.

Concordia in affectu
Propter vineulum Fraternitatis.
Reverentia in colloquio
Propter meritum dignitatis.
Promptitudo in obsequio
Propter titulum æqualitatis.

II.

Erga Benefactores.

Beneficij agnitio
Per dignam æstimationem.
Gratiarum actio
Per crebram prædicationem.
Vicissitudinis exhibitio
Per obsequiorum delationem.

III.

Erga Inimicos.

Injuriam condonatio
Per divinam dilectionem.
Orationis oblatio
Per ignorantiam prætensionem.
Amoris conciliatio
Per beneficiorum collationem.

IV.

Erga Vicinos & Amicos.

Pacis constans dilectio
Propter communem consolationem.
Jurium conservatio
Propter Justitiæ defensionem.
Auxilij oblatio
Propter Amoris obligationem.

V.

Erga Mulieres.

Rarissima Aspectio
Propter castimoniam conservationem.
Brevissima collocutio
Propter publicam ædificationem.
Cautissima conversatio
Propter lapsus devitationem.

VI.

Erga Pauperes & Miseros.

Suavis allocutio
 Ad causandam consolationem.
 Christiana Compassio
 Ad demonstrandam dilectionem.
 Amorosa subventio
 Ad faciendam sublevationem.

VII.

Erga Hospites.

Benevola exceptio
 Propter hospitalitatem.
 Liberalis tractatio
 Propter charitatem.
 Jucunda conversatio
 Propter hilaritatem.

VIII.

Erga Defunctos.

Creberrima recordatio
 Propter gratia societatem.
 Tenerrima commiseratio
 Propter poenae acerbitatem.
 Celerrima subventio
 Propter auxilij necessitatem

§. III.

Observanda erga Inferiores.

I.

Erga Parochianos.

Amor universalis
 Propter causae similitudinem.
 Zelus prudens
 Propter officij amplitudinem.
 Vita exemplaris
 Propter suasionis aptitudinem.

II.

Erga Domesticos.

Impera discretè negotium
 Propter infirmitatem.
 Exige mansuetè supplicium

Propter charitatem.
Redde fideliter præmia
Propter æquitatem.

Punctum III.

Porro ad hæc charitatis fraternæ officia præstanda prode-
nt frequenter unum vel alterum ex sequentibus medijs ad-
hibere.

I. Assuesce omnes proximos, cum quibus tibi agendum
fuerit, ut imagines & exemplaria Dei intueri; sic enim non
modicum senties stimulum, & ad omnem proximi læsio-
nem studiosè cavendam; & ad omnem illi honorem & re-
verentiam exhibendam; quem enim horrorem non sentis, si
imaginem aliquam sacram ab irato aliquo homine ex indi-
gnatione lacerari, vel alio modo inhonorari vides; quantò
magis horrebis tu ipse proximum offendere, si eundem ut
vivam Dei imaginem contempleris.

II. Assuesce pariter, eundem proximum ut ipsum Christum
intueri, illamque Christi sententiam firmiter menti impr-
mère: *Quantum fecistis uni ex his fratribus minimis meis,
mihi fecistis.* Matt. 25. Quam enim promptitudinem, læti-
tiam, & fervorem non in te experieris, si Christum alicubi
vel ægrotantem, vel aliâ in miseria constitutum, & tuam o-
peram petentem jacere scires; quàm grandem displicentiam
ostenderes, imò etiam omni possibili modo dehortareris &
cohiberes, si quempiam malè de eo loquentem, murmuran-
tem, aut alio modo injuriantem aspiceres; quantò minùs i-
pse hæc proximo tuo facere præsumes, si in eo Christum in-
tueri studueris.

III. Assuesce proximum tuum ut fratrem non carnalem,
sed spirituale intueri; si enim fraternitas carnalis tanto-
per impellit ad mutuam charitatem & obsequia exhibenda,
omniaque mala, quæ nocere fratri possunt, summo studio
evitanda; quantò magis fraternitas spiritualis, quæ ex no-
bissimo Christi sanguine ortum trahit, & cohæredes regni
coelestis facit, similem affectum cordi ingenerabit, atque ad
omnia bona proximo optanda, & procuranda impellet; ma-
la verò, quæ ei accidere possunt, omnia arcebit.

Vide ergo, quomodo hæc media hæctenus adhibueris, aut
adhibere deinceps velis.

Legè

Lege etiam, si placet, memoriale Sacerdotis à fol. 4. ad 13.

MEDITATIO III.
Pro quinta Die.

DE TRIENNIO ULTIMO CHRISTI ANTE
PASSIONEM EXACTO.

Scopus.

Imitatio Christi in agendo cum Proximo:

Punctum I.

Considera I. Quid Christus toto hoc triennio egerit, mirum id, quod ipsemet Luc. 12. dixit: *Ignem Veni mittere in terram, & quid volo, nisi ut accendatur?*

Considera II. Quod iste ignis non sit alius, quam zelus ardentissimus majorem æterni Patris gloriam, & animarum salutem querendi; quem tribus potissimum instrumentis seu medijs declaravit, videlicet *orationibus* continuis, & *hortationibus* solidissimis, & *beneficijs* corporalibus & ritualibus; hoc enim triplex illud est vinculum, quod culter rumpitur, & de quo ipse per Prophetam Oseam dicitur cap. 11. *In funiculis Adæ traham eos; in Funiculis Chanaan tati.*

Considera III. Cùm tu ob eundem finem ad stantiam sacerdotalem & curam animarum vocatus sis, quanto preciosius secat, ut eundem zeli ardentis ignem in te primum accendere, deinde verò etiam per supra dicta tria media decore studeas. Examina proin, qualem in te hæctenus zelus expertus sis, & quomodo deinceps saltem eum in te accendere, & fovere velis. Colloquium.

Punctum II.

Considera II. Cur Christus ad zelum suum explicandum ignis similitudine sit usus, nimirum ut per hoc indicaret perfectum fore zelum nostrum, si ignis proprietates habuerit. Et I. quidem sicut ignis, dum alios calefacit, semper sursum tendit, ita & tu, dum cum alijs agis, mentem per nam intentionem, & pias aspirationes semper ad caelos erigat.

habere. II. Sicut ignis, dum alias res accendit, nihil calore suo proprio amittit, ita & tu diligenter caveas, ne, dum alios calefacere studeas, ipse in propria perfectionis studio intepescas. III. Sicut ignis pauperem æquè ac divitem calefacit, ita & tu æqualem omnium curam suscipias, ubi magis est necessitas. IV. Sicut ignis magis propinquos accendit & citius accendit, ita & tu primam eorum curam habeas, qui ob majorem necessitatem magis tibi propinquus sunt, magisque auxilium tuum exigere videbuntur. V. Sicut ignis cupit omnia in se convertere, ita & tu, quantum in te est, omnes charitate Dei & proximi flagrantem effigere studeas. VI. Sicut ignis prius exicat rem, quam accendere cupit, ita & tu peccatores prius à peccatis & carnalibus desiderijs libera, quàm eos ad varias virtutes exercenda horteris, & instruas. VII. Sicut ignis non exinguitur, quando lignum adest; ita & tu zelum non prius extinguas, quàm vitam, virèsq; & occasio deficiant.

Considera II. Quàm efficax hic modus aptusque sit ad animas lucrandas, ut, qui, sicut ignis proprietates in se continet, ita maximam quoque, perinde ut ignis, efficaciam habet ad animas amore Dei inflamandas, & per hunc velut proceram Dei Filiorum Tesseram æternæ beatitudinis capaces inflamandas.

Considera III. An tu haftenus similem zelum habueris, & deinceps saltem procurare velis. Colloquium.

Punctum III.

Considera I. Quibus motivis veluti lignis usus sit Christus ad hunc in te zelum excitandum & fovendum; nimirum tribus præcipuè. I. *Æstimatione Gloria divine*: quam tanti sciebat esse faciendam, ut etiam infinitorum sanctorum salus cum illa comparata nihili sit æstimanda, quam hæc limitata duntaxat & finita sit, illa autem omni limite ac termino careat. II. *Æstimatione animarum*: quas sciebat, tanti à Deo Patre æstimatas, ut non dubitaret, unigenitum suum mittere ad easdem ab interitu liberandas. III. *Æstimatione præmij pro ejusmodi zelo offerendi*: Si enim teste S. Chryostomo, gratius Deo obsequiū præstat, qui unicum peccatorem convertit, quàm si impen-

Instru. VIII.

Y

sas

fas divitias in pauperes erogasset; facile apparet, quam
gens præmium à Deo olim sperare possit, qui omnem
potiorem certè vitæ suæ partem ejusmodi zelo excruciat
impendit.

Considera II. Quàm efficacia sint hæc motiva ad
quoque animum ejusmodi zelo inflammandum; si enim
dæmon ex odio divinæ gloriæ & hominum, majori
pse quondam fassus est, impetu in perniciem animarum
tur, quàm torrens rapidissimus ex altissimo monte in
ctam vallem ruit; quantò magis amor divinæ gloriæ
marum simile in te desiderium easdem salvandi excruciat
terit.

Considera III. Quomodo tu hæc istis motiva
as, & uti deinceps velis.

Vide etiam Masenium fol. 509. aut Saçerd. Christi p. 11.
11. & p. 5. med. 16.

Conclusiones.

I. Ergo talem habentes Dominum, tam misericordem
tam benignum, tam mansuetum, tum nostri, tum fratrum
nostrorum curam geramus; nam & hoc nostra salutis
mentum erit & occasio, si non solum pro nobis ipsis sed
sed & proximo utiles fuerimus, ipsum ad vitam
manu ducentes. S. Chrysost. hom. 3. in Gen.

II. Ergo in quantum te profecisse pensus, etiam
tecum trahere, in Via Domini socios habere desideras:
Deum tendis, cave, ne ad eum solus venias. Hinc in
calypsi c. 22. scriptum est: *Qui audit, dicat: Veni:
jam in corde vocem superni amoris acceperit, ferat
proximis vocem exhortationis reddat.* S. Greg.

III. Ergo offer te Deo & dic cum Isaia: *Ecce, Domine,
mitte me.* Nam, ut bene S. Gregorius Theol. advertit,
mo magno & Deo, & sacrificio, & Pontifice dignum
qui prius se ipsum Deo hostiam viventem, & sanctam
buerit, rationalemque cultum, gratum atque acceptum
stenderit.

Legatur etiam l. 2. c. 3. de imit.

TERTIA HEBDOMAS.

Scopus hujus hebdomadis est, Christi virtutes in patienter imitari, quæ uti specialem in se difficultatem, adeo etiam dignitatē & excellentiam continent, ita speciem quoque considerationem merentur, pro qua proinde magis integram tertiam hebdomadam assignavit.

SEXTA DIES.

Offera. Exemplum dedi vobis, ut, quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis. Jo. 13.

MEDITATIO I.

DE LOTIONE PEDUM.

Scopus.

Scopus hujus meditationis est, Sacramenti Penitentiae ritè peragendi & administrandi propositum.

Punctum I.

Confidera I. Cur Christus ante institutionem SS. Sacramenti Discipulis suis pedes lavare voluerit, ut scilicet suo exemplo doceret omnes futuros Sacerdotes, quanta cum puritate conscientiae & ipsi ad SS. Sacramentum Eucharistiae accedere, & alios ad id suscipiendum præparare debeant.

Confidera II. Quam justè idem Christus ad sui Eucharistiam perceptionem, singularem puritatem exigit; si enim cum adhuc mortalis incarnari & nasci voluit, non nisi puritate & ab ipsa etiam originali macula immunis Virginis uterum elegerit; quanto magis nunc tam gloriosus sumptum ab ijs, qui eum suscipere volunt, sanctitatem & puritatem requirit.

Confidera III. Si ab omnibus Christianis tanta puritas requiritur, quanto major ab ipso Sacerdote jure meritissimo exigatur, ut, qui non simplici tantum modò eundem suscipit, ut alij Christiani, sed etiam consecrat, & per modum immaculati sacrificij æterno Patri offert. Vide ergo qualena

lem tu puritatem hactenus attuleris, & afferre deinceps velis. Colloquium.

Punctum II.

Considera I. Quòd Christus non quâcunque cæremonia sed specialiter hac externa ac visibili lotionem puritatem Sacerdotibus futuris commendare voluerit, ut hæc ratione significaret, eos ordinariè non solâ contritione contentos sed etiam ipsum visibile Sacramentum Confessionis, ut tunc fieri commodè potest, præmittere, atque ad peccatorum remissionem se abijcere debere.

Considera II. Quàm justis de causis hoc quoque à te exigat, nempe ut non modò certius copiosiusque bonam dispositionem & dolorem, qui plerumque in Confessione elicitur, purificeris, sed etiam ob actus humilitatis & virtutum tantò dignior aptiorque efficiaris ad Sacramentum, fructusque illius suscipiendos; cum in præparacione dispositionis prævia subsequens Sacramentum confessionis effectus dispensetur; Si ergo, dum Princeps dona promitteret, se ad se accedentibus tantò liberalius dona communicaturum, quantò majora & capaciora habituri essent, haud dubiè qui vis fas amplissimum, quod se habere non possent, offerret; quidni & tu tantò diligentius hæc præparacionem per Confessionem præmittendam observes, quæ præstantiora sunt dona, quæ tibi juxta capacitatem tuam offerenda promittuntur.

Considera III. Quomodo hactenus hac in parte te præparaveris, & gerere deinceps velis. Colloquium.

Punctum III.

Considera I. Nec ipsas etiam Cæremônias in lotionibus dum sine speciali mysterio fuisse adhibitas; indicare nos debet, quod per eas voluit Christus, quid in alijs lavandis, seu Confessionibus audiendis observare specialiter debeant futuri Sacerdotes, nimirum 1. Linteo puritatis tam Animæ (proprietate reverentiam Sacramenti) quàm corporis (per firmum Cæremôniam tatis servandæ propositum, ne dum aliorum sordes auferuntur, etiam ipsi maculentur) se cingendo. 2. Genua flexa, ut tunc per præviam petitionem gratiæ; tum per humilitatem

deinceps pedibus incurvationem, ne, dum aliorum na-
cognoſcunt iſdem meliores ſe reputantes extollantur.
Equali cum charitate & ſollicitudine omnibus ſine diſ-
tine ſordes peccatorum per abſolutionem auferendo, &
e carcerum
ritatem
ac ratione
contentionis
ſſionis,
e ad pedes
que a re
uſque ob
ue in Con
militatis
ficiaris ad
eum iura
ramen
Principes
liberati
acionem.

Considera II. Quam ſolidus & efficax ſit hic modus, Con-
ſiones cum magno incremento gloriae divinae, cum inge-
no merito, & cum magno profectu & ſolatio Pœnitentiũ
cipiendi; quãque adeo merito de eo illud Chriſti dictum
plicare tibi debeas: *Exemplum dedi vobis, ut, quemad-
alum ego feci, ita & vos faciatis.*


Considera III. Quomodo tu hætenus hunc modum ob-
eraris, aut certe deinceps obſervare velis. Colloquium.
Videri etiam poteſt Ludovicus de Ponte. med. 8. part. 4.

Concluſiones.

I. Ergo *Vade & tu, & oſtende te Sacerdoti* (per humilem
Confessionem) *& offer munus tuum* per immaculati Agni
liberati
acionem.

II. Ergo ſcito, quòd antiquus Inimicus omnino nicitur
pedire deſiderium tuum in bono, & ab omni devoto Exer-
is hanc
erres, qu
ate in
Temp. l. 3. c. 6.

III. Ergo diligenter examina Conſcientiam tuam, & pro
ſſe tuo vera Contritione, & humili Confessione eam mun-
k clarifica, ita ut nihil grave habeas, aut ſcias, quod te re-
predeat, & liberum acceſſum impediatur. Idem l. 4. c. 7. Quid
deſt diu tardare Confessionem? expurga te cumprimis,
que velociter venenum, feſtina accipere remedium, & ſen-
melius, quã ſi diu diſtuleris. Ib. c. 10.
Legatur etiam lib. 4. c. 12.



MEDITATIO II.

Pro 6. Die.

DE SS. EVCHARISTIÆ INSTITUTIONE

Scopus.

Amor erga SS. Eucharistiam & aestimatio.

Punctum I.

Considera I. Primum finem hujus Institutionis, scilicet ut esset memoriale infiniti Amoris in sancta Passione de fratri; hinc sicut in Cruce Corpus, & Animam, & omnem sanguinis sui guttulas amore nostri tradidit & profudit, hoc quoque SS. Sacramento omnia iterum communicavit, & etiamnum ardentissimè largiri desiderat. Hic Thomas vocat illud Sacramentum Amoris, S. Bernardus morem Amorum, & ipse Dominus ex ore cujusdam obsecratorum S. Hostia confessus est, isthic pro nobis latere ignem Amoris, & pro illis ignem Justitiæ.

Considera II. Si juxta Sapientes ingratus est, qui mantem non amat, cum hic amato se totum tradat, quam gratius tu futurus esses, si quotidie pignus hoc nobilissimum Amoris accipiens, & ad hunc ardentissimum Amorem accedens, tamen mutuo necdum Amore accendatis, ardentissimum te Eidem uniendi desiderium sentias.

Considera III. Quomodo deinceps saltem Amorem magnitudinem dignius aestimare, atque, ut eidem Amore respondeas, omnes vires contendere velis, quoniam.

Punctum II.

Considera I. Alterum finem hujus Institutionis, scilicet ut esset Convivium ex pretiosissimo Ejus Corpore & Sanguine ad nutriendas, impinguandas, & recreandas nostras animas institutum.

Considera II. Quam verè hoc Convivium per illud magnum Convivium, de quo Christus in Evangelio Lucæ nomine *Cena magna* locutus est, indicatum fuerit, cum hoc Convivium sit magnum propter mysteria & mira

servientia, magnum propter cibum & potum, ex quibus
cultivatur, & magnum denique propter insignes fructus,
ex illius sumptione percipiuntur.

Confidera III. Si magnam sibi Homines gratiam confer-
rent, dum vel semel ad mensam suam à Rege quopiam
Principe invitantur, quàm felicem tu te censere debeas,
si à tanto Rege, ad tantum Convivium non semel, sed quo-
tidie sumendum invitaris. Si Miphiboseph Jonathæ Filius,
postquam à Davide hæc verba: *Tu comedes panem in men-
sa mea semper*: audivit, præ stupore & admiratione corruit
in faciem suam, adoravitque Davidem, & dixit: *Quis ego
sum servus tuus, quia respexisti super canem mortuum simi-
lem meum?* Si Jacob Patriarcha Gen. 28. dixit: *Si fuerit Do-
minus tecum, & dederit mihi panem ad vescendum, erit
mihi Dominus in DEVM, cunctarumque, quæ dederis mihi,
vivas offeram tibi.* Quid te facere par erit, qui panem ta-
ntum, panem Angelorum, omne delectamentum in se haben-
tem, & omnis saporis suavitatem, in mensa tanti Regis quo-
tidie sumere permitteris? Colloquium.

Punctum III.

Confidera I. Tertium finem hujus Institutionis, nempe
ut esset Sacrificium incruentum novæ Legis, omnium Sacri-
ficiorum veteris Legis completivum, utpote omnem illorum
perfectionem eminentissimo quodam modo contiaens; hinc
est purissimum Holocaustum Sacrificium memorativum,
Archaristicum, Propitiatorium, Pacificum; unde plus quo-
que placet unica hujus Sacrificij oblatio æterno Patri, quàm
omnia Sacrificia olim in veteri Lege oblata.

Confidera II. Si olim magna Gratia reputabatur, quando
quis in Sacerdotem electus, DEO varias Victimæ & Holo-
causta offerre poterat: Si & ipsam Christi Humanitatem ex
ea parte felicissimam prædicamus, quod seipsam in Ara Cru-
cis in Holocaustum æterno Patri gratissimam semel duntaxat
pro salute totius Mundi offerre potuerit; quàm felicem
tu reputare te ipsum debeas, cui non victimam bestiarum, sed
inimmaculatam Agnam; non crudeli & cruento, sed incruen-
to modo; non semel duntaxat, sed quotidie, pro tua & omni-
um Hominum salute offerre concessum est. Quàm ingratus

proinde futurus sis, si beneficium hoc non, ut par est, agere scere, & Sacrificium hoc non, quoties potes, omni possibili affectu ac reverentia tum in gratiarum actionem, tum in alios fines offerre studeas.

Confidera III. Quomodo haecenus tuae obligationi satisfeceris, aut certe satisfacere deinceps velis. Colloquium.

Vide etiam Masenium. f. 289. aut solitud. Hagioplat. ultimo die.

Conclusiones.

I. Ergo audi S. Bernardum ser. 2. in Coena, & hoc beneficium aestimare discce: *Potestne aestimari*, inquit, *quale sit quantum est hoc Sanctum Sanctorum, Sacramentum Sacramentorum, Amor Amorum, dulcedo omnium dulcedinum. Hac sunt Serè fercula Sotialia Iustorum & Sanctorum. bibuntur in loco uberi Torrentes lactis, flumina molli liquoris balsami caelestis. Hic efficitur una Caro Sponsa cum Sponso: unus Spiritus sancta Anima cum Christo.*

II. Ergo accipe quotidie, quod quotidie tibi proficit. *Sive, ut quotidie merearis accipere; qui non meretur quotidie accipere, non meretur post annum accipere.* S. Aug.

III. Ergo, ut idem monet, *fias Corpus Christi, si Suis vivas de Spiritu Christi. De Spiritu enim Christi non servit nisi Corpus Christi. Vis & tu vivere de Spiritu Christi, in corpore esto Christi. Sic enim ipsemet dixit Joan. 6. Qui manducavit meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo; & qui manducat me, ipse servet propter me.*

Legatur etiam lib. 4. de imit. c. 1.

CONSIDERATIO PRO VIII. DIE. DE ACTIONIBVS AD OFFICIUM PASTORALE SPECTANTIBVS.

Punctum I.

Uti in priore Consideratione de Actionibus ad Proximum Spectantibus in genere Examen institutum est, ita de istis hic in specie fiat reflexio, scilicet quomodo ea, quae ad Vocationem & Officium Pastorale pertinent, observentur; quod haud difficile erit, si, quid circa singula tenendum sit breviter indicetur.

I.

Erga Vocationem.

- Magna Aestimatio
- Propter Dignitatis Eminenciam.
- Perfecta Cognitio
- Propter Muneris Exigentiam.
- Studiosa Executio
- Propter Præmij Excellentiam.

II.

Erga Officium.

- Exacta Diligentia
- Ob Muneris Dignitatem.
- Reflexa Experientia
- Ob Operationis Facilitatem.
- Invicta Constantia
- Ob Coronationis Necessitatem.

III.

Erga Executionem.

- Pura Intentio
- Ad augendum meritum.
- Studiosa Operatio
- Ad implendum Officium.
- Generosa Resignatio
- Ad tranquillandum Animum.

IV.

Erga Conversationem.

- Sit sancta Conversatio,
- Ut Clericus puteris
- Æqualis sit Dilectio,
- Ut nullum asperneris.
- Sit efficax Locutio,
- Ut plurimos lucreris.

V.

Erga Visitationem Aegrorum.

- Hos visita velociter
- Pro Obligatione.
- Alloquere suaviter
- Pro Consolatione.

Hortare efficaciter
Pro Confortatione.

VI.

Erga Confessiones audiendas.

Exacta Audientia
De Peccatis admissis,
Severa Reticentia
De Secretis commissis.
Discreta Pœnitentia
De Delictis remissis.

VII.

Erga Concionem.

Apposita sit & solida
Quoad Materiæ Inventionem.
Excocta bene, & fervida
Quoad Formæ Dispositionem.
Decore multo prædita
Quoad ipsam Elocutionem.

VIII.

Erga Catechesin.

Hanc magni semper æstima,
Ut par est æstimari.
Crebrò tuis deprædica,
Ut par est commendari.
Summâ cum curâ explica,
Ut par est observari.

Punctum II.

Perpende, quantopere obligeris ad hæc Officia magis cum fervore ac perfectione obeunda.

I. Quidem ob ingens Vocationis Beneficium; si etiam in hoc Mundo is, qui ad excelsum aliquid & pretiosum Officium præ multis alijs Competitoribus eligitur, tantò magis se obligatos sentiunt ad illud cum omni diligentia obeundum, quantò majori beneficio ac favore illud sunt promoti; quid te facere par erit, qui nullo tuo merito, sola DEI benignissima dignatione ad Officium omnium Officiorum divinisimum & altissimum es promotus.

II. Ob Gratia ad hoc collatae amplitudinem; quae quasi est talentum à DEO commissum, unde nisi cum eo opereris, verendum est, ne auferatur, & alteri detur, ut Christus Matt. 25. minatus est. Unde merito S. Paulus ad Corinth. 2. c. 6. scripsit: *Adjuvantes autem exhortamur, ne in vacuum Gratiam DEI recipiatis. Ecce nunc tempus acceptabile (operandi) ecce nunc dies Salutis (nostrae & alienae promovendae) nemini dantes ullam offensionem (per negligentiam) ut non situperetur Ministerium nostrum, sed in omnibus exhibeamus nos sicut DEI Ministros in multa patientia &c.*

III. Ob Functionum excellentiam, & quæstum: non enim ea ordinatae sunt ad quodcunque temporale lucrum faciendum, sed ad Animas omnibus rebus corporeis longè pretiosiores, & infinito Sanguinis Christi pretio redemptas lucrandas; unde quanto ampliùs sperare poteris præmium, si munere tuo rectè fungaris, tantò gravius timere debebis supplicium, si malè illud administres. Certè si ullibi, hùc locum habebit illud Sa. 6. *Potentes potenter tormenta patientur.*

Punctum III.

Utergo tantò faciliùs accuratiùsque hac in parte Officium tuum præstes, sequentia tria media adhibere stude.

I. Arctissimam cum DEO conjunctionem, tum per Charitatis virtutem, tum per familiarem in Exercitijs Spirituallibus Conversationem; sic enim ut Palmes tantò copiosiores feret fructus, quantò arctiùs viti veræ, id est, Christo, fueris conjunctus.

II. Da semper operam, ut Zelum Animarum & vigentem retineas, & quotidiano nutrimento per considerationem motivorum ad eundem excitantium, & ferventem ejusdem à DEO postulationem, & actualem ac sedulam Operationem conserves & augeas; quò enim ardentior & vivacior hic Zelus fuerit, tantò alacriùs & diligentius, & hoc ipso etiam plerumque fructuosius Muneris tui functiones persolves.

III. Non tam ad labores & difficultates, quas in Functionibus tuis pateris, quàm ad fructum & lucrum tuæ & alienæ Salutis oculos reflecte; sic enim omnes dies & labores videbuntur

buntur pauci & breves præ amoris magnitudine, quæ in
DEVM, tuamque & aliorum Animas flagrabis.

MEDITATIO III.

Pro 6. Die.

DE AGONIA ET ORATIONE CHRISTI
IN HORTO.

Scopus.

*Preparationis solidæ ad tribulationes excipien-
das studium.*

Punctum I.

Confidera I. Cur Christus, etiam si ab ipso jam Concep-
tionis suæ puncto clarissimè cognoverit omnia tormenta & do-
lores, qui in præsentis Agonia ipsi proponebantur, & sangui-
neum sudorem eliciebant, nunquam tamen hanc considera-
tionem seridè & cum tristitia susceperit, donec ipsum Passio-
nis tempus appropinquavit, videlicet ut iterum suo exemplo
nos doceret, ne de tribulationibus futuris ante tempus mi-
serum solliciti, tristèlque essemus, sed expectaremus, donec
ipsum easdem sustinendi tempus adveniat.

Confidera II. Quàm prudens & necessarium sit hoc nota-
tum omnibus in hac vita per multas tribulationes ad Patriam
supernam tendentibus, ne scilicet ante tempus miseri esse ve-
lint, & crucem graviores sibi per antecedentem immato-
rum timorem efficiant; nam, ut rectè Thomas de Kemp. l. 1.
c. 30. Quid importat sollicitudo de futuris contingentibus,
nisi ut tristitiam super tristitiam habeas? sufficit dici malum
sua. Vanum est & inutile de futuris conturbari, quæ sunt
nunquam evenient.

Confidera III. An non & tu hætenus ejusmodi vanis co-
moribus subjectus fueris, & quomodo eisdem deinceps de-
vitare velis, totum te in sinum suæ vultus DEI providentia
conijciendo, & cum Heli dicendo: *Dominus est, quod
bonum est in oculis suis, hoc faciat.*

Colloquium.

Punctum II.

Considera I. Cur imminente Passione Christus in montem Oliveti exiverit, ibique assumptis tribus tantum Discipulis Petro, Jacobo, Joanne orationem, & quidem talem: *Pater, si possibile est, transeat a me calix iste: Seruum tamen non sicut ego volo, sed sicut tu.* Matt. 26. peregerit, nimirum ut absolutissimum exemplar relinqueret, docereturque, quid appropinquante aliqua tribulatione agere debeamus, videretur. 1. Confugere ad Misericordiam DEI per montem Oliveti significatam. 2. Exercere actus *Fidei*, quæ credamus, hanc tribulationem à DEO singulari cum Providentia mitari: *Spei*, quæ certò confidamus, ipsum non permissurum, ut super id, quod possumus, tentemur, sed facturum etiam cum tentatione proventum: & *Charitatis*, quæ nihil aliud, nisi solum DEI beneplacitum inquiramus; hæ enim virtutes per tres illos Discipulos sunt indicatæ. 3. Per humilem & ferventem orationem, cum debita tamen Indifferentia factam, amotionem imminenti mali petere.

Considera II. Quam solidus hic & perfectus sit modus tribulationes imminentes excipiendi, ita ut nihil à Prudentissimo quoque perfectissimoque Homine requiri amplius possit.

Considera III. Quomodo tu hactenus hunc modum observaveris, aut observare deinceps velis. Colloquium.

Punctum III.

Considera I. Quos effectus & fructus Christus ex hac sua Oratione & Fiducia ad Misericordiam divinam, & æternum Patrem perceperit, nimirum tres sequentes. 1. Ut Angelus de Cælo missus eum consolaretur, ostendendo ei, quanta in universum genus humanum cominoda, quanta in ipsum Christum gloria, & quantus in Patrem æternum Honor reduntaturus esset, si Calicem Passionis oblatum exhausisset. 2. Ut adeò confortaretur, atque ad exhauriendum Passionis calicem animaretur, ut non expectans Hostium adventum ultro illis occurreret, atque ad Discipulos dixerit: *Surgite eamus.* 3. Ut admirandam semper Pacem, & animi æquitatem toto Passionis tempore retineret, neque ullum unquam

unquam aut commoti, aut tristioris animi indicium amplius præferret.

Confidera II. Quàm præclari sint hi fructus, & tibi etiam vel maximè oprandi, ut qui, sicut Servatoris Officium in procuranda Proximi salute inuitandum suscepisti, ita merito nihil aliud, quàm Cruces & Tribulationes sperare possis; at quas proinde generoso pectore supportandas prædictus modus non modicum tibi perinde ac Christo, robor ac stimulum addet.

Confidera III. An tu ejusmodi hæctenus effectus experis, & quomodo deinceps saltem eisdem per praxin sedulitatis supradicti modi procurare velis. Colloquium.

Videri etiam potest Masenius. fol. 301.

Conclusiones.

I. Ergo in adversis tuis memento Sententiæ 2. Par. 10. Josaphat prolatae, & dic cum ipso: *DEVS noster, in nobis non est tanta Fortitudo, ut possimus huic multitudini resistere, qua irruit super nos. Sed cum ignoremus, quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, ut oculos nostros dirigamus ad te.*

II. Ergo audi consilium pij Ascetæ l. 3. c. 30. in Persecutione Christi sic te adhortantis: Fili, ego Dominus confortatus in die tribulationis. Venias ad me, cum tibi non fuerit bene. Hoc est, quod maximè Consolationem impedit, quia tardius te convertis ad Orationem; nam antè, quam intentè roges, multa interim solatia quaris, & recreas te in externis, ideòque fit, ut parùm omnia profint, donec ad te venias, quia ego sum, qui eruo sperantes in me, nec est extra te valens auxilium, neque utile consilium, sed neque durabile remedium.

III. Ergo adveniente tribulatione dic cum eodem Asceta l. 3. c. 29. Et nunc quid inter hoc dicam? Domine, secundum voluntas tua. Ego bene merui tribulari & gravari. Oportet utique, ut sustineam, & utinam patienter! donec transeat Tempestas, & melius fiat.

Legatur etiam lib. 3. de imit. c. 50. & per tertium modum oprandi percurratur.

SEPTIMA DIES.

Tessera.

Eamus & nos, & moriamur cum illo. Joan.

MEDITATIO I.

DE PASSIONE CHRISTI.

Scopus.

Proposium artis patiendi addiscenda.

Punctum I.

Confidera I. Quàm graves tam corporis, quàm Animi cruciatus toto Passionis suæ tempore passus sit Christus, sive intensivè, sive intensivè eisdem spectes; sive enim ipsam ipsam Personam infinità dignitate ac sanctitate præditam, sive Judæos & Lictores homines vilissimos, ingratisimos, & maximos: sive tormentorum varietatem & crudelitatem; sive Præsidum Judiciumque Iniquitatem & Odium; sive Socij & Auxilij omnis absentiam consideres, undique videbis ingens his cruciatibus pondus accessisse.

Confidera II. Quanta cum Patientia, promptitudine, & alacritate hos omnes cruciatus sustinuerit; nam de primo quidem, nempe quòd *patienter* eos sustinuerit, testatus est Matias cap. 53. dicens: *Sicut Ovis ad occisionem ducetur, & quasi Agnus coram tondente se obmutescat, & non aperiet os suum.* De altero testatus est idem l. c. dicens: *Oblatus est, quod ipse soluit.* & colligitur ex eo, quòd ulterò occurrerit Inimicis, dixeritque Apostolis: *Surgite eamus.* De tertio seu de Alacritate ac gaudio testimonium tulit S. David Psal. 18. dum dixit: *Exultavit ut Gigas ad currendam viam suam.* Imò & ipse idem confessus est e. 12. Lucæ. *Basissimo habeo baptizari, & quomodo contritor, donec perficiatur.*

Confidera III. Quàm longè tu adhuc remotus sis ab hac perfectione Patientiæ, & quomodo deinceps saltem hanc artem à Christo addiscere velis. Colloquium.

Pun-

Punctum II.

Confidera I. Quibus motivis se Christus excitaverit ad hanc Patientiae Artem exercendam, & tantopere nobis commendandam. Nimirum 1. *Necessitate*: cum enim omnes nos per multas tribulationes oporteat introire in regnum DEI, necesse est utique, ut maturè nos ad eas præparemus, & damnum potius, quàm commodum ex eis reportantes, & miseri efficiamur. 2. *Vilitate*: cum, teste S. Paulo 1. Cor. 4. *id, quod leve & momentaneum est tribulationis prostra, aeternum gloria pondus operetur in nobis*; & ut ait Thomas de Kemp. 1. 2. c. 12. dixit, si aliquid melius & utilius Saluti Hominum fuisset, quàm pati, Christus utique non hoc & exemplo docuisset. 3. *Dignitate*: cum per hanc Artem Christus obtinuerit Nomen super omne Nomen, idque omnes etiam alij obtenturi sint, qui cum ipso obedientes usque ad mortem Crucis fuerint. 4. *Iucunditate*: cum *secundum multitudinem dolorum in corde consolationes DEI multiplicent animas nostras*, teste S. Davide Pl. 93. & experientia S. Paulus, *repletus consolatione, & superabundanti gratia in omni tribulatione sua*. 5. *Facilitate*: quia licet per se difficile videatur adversa pati, hoc tamen respectu illius duntaxat verum est, ut bene advertit S. Bernardus, qui *Crucem vident, & unctionem non experiuntur*; secus verò de Iohannis, qui gustant, quàm suavis etiam in ipsis amaritudinis sit Dominus.

Confidera II. Quàm efficacia sint hæc motiva, dignaque propter quæ omnes quidem Homines, sed præcipue Sacerdotes ad hanc Artem addiscendam, omni studio incumbant, ut, qui sicut Nomen Domini coram Gentibus cum S. Paulo portare debent, ita cum eodem etiam illis ostendatur, quæta oporteat eos pro hoc Nomine pati.

Confidera III. Quantum hæcenus in hac Arte profecti & quomodo deinceps saltem eandem addiscere velis. Colloquium.

Punctum III.

Confidera I. Quàm multa & efficacia ad hanc Artem addiscendam Media tibi suppetant. Nam 1. si primus Artus discendi est Nobilitas Magistri, quid nobilior DEI Filius

Si Condiscipulorum fervor & alacritas non parvum dis-
 ciplinis stimulum addit ad similem fervorem concipiendū,
 quis non summè exciretur ad hanc Artem addiscendam, si ad-
 vertat, præstantissimos quosque Sanctos omnem in ea exer-
 cenda operam, studiumque posuisse? 3. Si præmij præmis-
 sionum magnitudo non modicè etiam excitat ad fervorem discen-
 di, quis non ad hanc artem summo studio feratur, cui novis-
 simè amplissimum summæ Gloriæ præmium promissum? id quod
 dicit S. Ignatius testatus est dicere interdum ad suos solitus:
 Si magnus fieri Sanctus desideras, pete à DEO, ut multas tibi
 adversitates immittat; neque enim aliud aptius invenitur
 medium ad ejusmodi Sanctitatem perveniendi, quàm mul-
 taram tribulationum constans & amorosa perpessio. 4. Si
 hæc Artes præ reliquis avidè & studiosè addiscuntur, quarum
 frequens, imò assiduus est usus, & quidem cum magno emo-
 lumento conjunctus; quis Artem patiendi non ante omnes
 addiscere studeat, cujus perpetuus usus, & amplissimus fru-
 ctus existit?

Considera II. Quantas iterum gratias debeas Magistro
 tuo, quod non modò ad hanc Artem addiscendam te quæ Ver-
 bis, quæ Exemplo suo invitârît; verùm etiam tam multa,
 tamque efficaciam media suppeditârît ad eandem faciliùs ad-
 discendam & exercendam.

Considera III. Quomodo tu hæc media usurpa-
 veris, & usurpare deinceps velis. Colloquium.

Videri potest etiam Masenius fol. 312. vel Sacerdos Chri-
 stianus Med. 5. part. 5.

Conclusiones.

I. Ergo exhibeamus nos sicut DEI Ministros in multa pa-
 tientia, in tribulationibus, in angustiis, in plagis, in carce-
 ribus, in seditionibus, in laboribus, in vigiliis, in jejuniis &c.
 per arma iustitiæ à dextris & à sinistris, per gloriam & Signo-
 litatem, per infamiam & bonam famam. 1. Cor. 6.

II. Ergo gaudium existima, cum in Varias tentationes
 & tribulationes incidere sciens, quod probatio Fidei Patien-
 tiam operatur, Patientia autem opus perfectum habet. Jac. 1.

III. Ergo doctrinam tuam Patientiam tuam confirma; nam
 doctrina Viri per Patientiam noscitur, teste Salomone Prov.
 Instru. VIII.

19. & ideo, ut bene dixit S. Gregorius hom. 35. super Brach.
*tanto quisque ostenditur minus doctus, quanto curvior
 minus patiens; nec enim potest veraciter bona docenda
 pendere, si vivendo aequanimiter nesciat mala tolerare.*
 Legatur etiam l. 2. c. 12. ex inicit. Christi.

MEDITATIO II.

Pro septima Die.

DE CRUCIFIXIONE ET MORTE CHRISTI

Scopus.

Crucifixionis & mortis spiritualis ardens desiderium

Punctum I.

Confidera I. Qualem & quam dolorosam, ignominiosam, & luctuosam mortem sustinuerit Christus, cum eo tempore tum ob prateritos dolores & defatigationes; tum novam manuum pedumque perterebationem, tum ob multitudinem adstantium, mortisque ejus consentientium; tum ob derelictionem non tantum ab Hominibus Solatium, aut non volentibus, sed ab ipso etiam paterno Patre omnes tam corporis, quam Animi cruciatuum dubie innumeris partibus sint aucti, ita ut tunc cum verum dicere potuerit: *O vos omnes, qui transitis per Siam, audite, & videte, si est dolor, sicut dolor meus.* Thren. 1.

Confidera II. Cur hanc tam acerbam Mortem voluerit, cum tamen præcedentes dolores jam sufficiens fuissent ad totum Genus humanum redimendum; ob quas videlicet causas. 1. Ut excessum sui Amoris ostendens, sicque facto ipso confirmaret, quod verbis prædixerat: *Magis pro Amicis suis.* 2. Ut Morte sua vitam nobis paratam nec vivendi duntaxat bene, sed etiam moriendi modum, etiam Artem doceret. 3. Ut Mortis suæ acerbitate nostræ carnis amaritiam temperaret & dulcoraret. 4. Ut ad mortem spiritualem ipsius amore suscipiendam nos excitaret.

Confidera III. Quantas gratias Christo debeas ob istas has causas, quamque adeo merito cum S. Bernardo docere mare debeas: *Nemo deinceps sibi videtur, sed ei, qui pro*

superioribus est; cui enim iustus servam, quam ei, quibus, si non moreretur, ego non servarem? Colloquium.

Punctum II.

Considera I. Quid sit Mors spiritualis, quam cum Christo mori debes, nimirum separatio moralis Animæ à Corpore, traditio Spiritus in manus Cælestis Patris, id est, ut non quæ corpus seu inferior Homo appetunt, desideres & accipias, sed solum æterni Patris beneplacitum; sic enim Apostolus Rom. 12. hortatus est dicens: *Nolite conformari huic seculo, sed reformamini in novitate sensus vestri, ut probetis, quæ sit Voluntas DEI bona, beneplacens, & perfecta.* Sic enim cum veritate dicere poteris: *Mihi Mundus cruciatum est, & ego Mundo.*

Considera II. Quam libenter hanc mortem suscipere debeat, utpote de qua verè etiam sicut de morte Christi, dici solet, quòd sit pretiosa in conspectu Domini. pretiosa ob difficultatem (quia, cum nemo seipsum odio habeat, difficile est, sibi ipsi vim inferre) pretiosa ob diuturnitatem, quia non tribus duntaxat horis, sed toto vitæ tempore durare debet: pretiosa propter utilitatem, quia ipsa est unicum medium ad veram Animæ vitam obtinendam, juxta notum axiomata: *Tantum servis DEO, quantum moreris tibi*: pretiosa propter jucunditatem, quia per eam verè pax & tranquillitas Animæ obtinetur, cum nihil æquè huic paci obstat, quam dolor proprius, qui per hanc mortem penitus interimitur.

Considera III. An hætenus sic spiritualiter mortuus fueris, aut mori deinceps velis. Colloquium.

Punctum III.

Considera I. Quibus potissimum Instrumentis aut Actionibus Mors Christo illata sit, nimirum Clavorum, Malleorum, & Spinarum violentiâ; hi enim viam Sanguini, & per hanc ipsam Animæ aperuerunt, ut ex corpore exire poterit.

Considera II. Quinam sint spirituales clavi & mallei, quibus tu mortem spiritualem tibi inferre debeas, nempe adversarii Actus Mortificationis, quibus violentiam Amori proprio & Concupiscentiæ inordinatæ inferre conaberis, ut dicere

cere cum S. David Pf. 43. possis: *Propter se mortificamur
ta die: astimati sumus sicut oves occisionis.*

Considera III. Si Milites ad mortem damnati plerumque
pro summa habent gratia, multoque libentius moriuntur,
ab aliquo dilecto Amico mors ipsis inferri sinatur; quanto
libentius tu mortem istam spiritualem sustinere debes. *Quo
tibi conceditur, ut à teipso velut tibi Amicissimo illa susti-
queat, summaque, que in hac vita optari potest, Relinquit
tibi per eam obtingat, cum verè de tali morte dici queat
quod Apoc. 14. DEVS ipse scribi iussit: Beati mortui qui
in Domino moriuntur: A modo jam dicit Spiritus, ut reser-
seant à laboribus suis; opera enim illorum sequuntur illa.
Exclama igitur cum Judæis, & fer sententiam de recipien-
cendo: Reus est mortis: Crucifigatur. Colloquium.*

Vide etiam Masenium, fol. 324. Vel Theophilum West-
hebd. 3. medit. de Christo Crucifixo.

Conclusiones.

I. Ergo exclamantem audi S. Bernardum: *Exergat De-
cadat armatus iste, cadat & conteratur inimicus huius
Contemptor DEI, Amator sui, Amicus Mundi, Servus Do-
boli. quid tibi videtur? Certè si verè sentis, mox tu
Reus est mortis: Crucifigatur, crucifigatur.*

II. Ergo dic cum S. Paulo: *Absit mihi gloriari, nisi
Cruce Domini mei IESU Christi, per quem mihi Mundus
crucifixus est, & ego Mundo. Gal.*

III. Ergo crede tibi dictum à pio Asceta l. 2. c. 12. *Quod
in Cruce totum constat, & in moriendo totum jacet: Quod
est alia Via ad vitam, & Veram internam pacem, nisi
sua illa Crucis & Mortificationis.*

Legatur etiam ex l. 2. c. 11.

CONSIDERATIO PRO VII. DIE. DE ACTIONIBVS AD IPSVM SACER- DOTE M SPECTANTIBVS.

Punctum I.

Hæ triplicis ferè sunt generis, nam aliquæ quidem ad
animam, aliæ ad Corpus, aliæ ad res temporales & æternas.

cas spectant. Quid circa singulas observandum sit, hoc
erit examinandum juxta regulas mox subjungendas.

I.

Erga Personam propriam.

- Cura Oeconomix Sobria
Propter majorem ædificationem
- Cura Corporis moderata
Propter faciliorem Operationem.
- Cura Animæ præcipua
Propter potiorem Æstimationem.

II.

Erga Animam.

- Malum vitæ sollicitè
Ob grande nocumentum.
- Bonum age præservidè
Ob Gratix augmentum.
- Curas inanes abijce
Ob Pacis incrementum.

III.

Erga Corpus.

- Corpus cibo refocilla,
Ne fame contabescat.
- Justo labore occupa,
Ne otio torpescat.
- Gratâ quiete recrea,
Ne obrutum languescat.

IV.

Erga Mensam.

- Præmitte Benedicite,
Ut pius agnoscaris.
- Quod sumis, sume modicè,
Ut finem consequaris.
- Per solve gratias impigrè,
Ut sæpius pascaris.

V.

Erga Recreationem.

- Post Mensam curas abijce,
Ne cassa Mens gravetur.

Z 3

Aptam

Aptam Quietem elige,
Ne Corpus enervetur.
Honestæ Verba loquere,
Ne Spiritus laxetur.

VI.

Erga Somnum.

Somni Quietem excipe,
Ut fortè moriturus.
Arcana Mentis discute
Ut Judicem passurus.
DEI favores recole,
Ut plures percepturus.

VII.

Erga Reditus.

Moderata Procuratio
Secundùm Necessitatem.
Studiola Conservatio
Secundùm Æquitatem.
Recta Dispensatio
Secundùm Pietatem.

Punctum III.

Subinde accuratè perpende motiva, quæ te specialiter
pellere debeant ad tui curam Omnibus alijs anteposita
quorum

Primum est illâ Servatoris Sententiâ Matth. 16. in
tum; *Quid prodest Homini, si Mundum universum lae-*
tur, Anima vero sua Detrimentum patiatur? aut quomodo
habet Homo commutationem pro Anima sua? Unde Sicut
c. 29. monet; *Recupera Proximum secundùm Veritatem*
tuam, & attende tibi, ne incidas. Atque hoc ipsum
firmans S. Bernardus ser. 18. super Cant. *Si sapias, in-*
Concham te exhibebis, & non Canalem; hic siquidem
simul & recipit, & refundit; illa vero, donec implens
expectat, & sic, quod superabundat, sine damno suo
municat.

Secundum, quia sicut S. Ignatius suos monere solitus
persuasum sibi habere debet, se in medio Nationis præter
que perversæ, & non cum perfectis planèque Sapien-

hominibus vivere, atque adeò, ne, ut Olex c. 4. dicitur, sicut Populus, sic Sacerdos, & luem Peccati ab Infirmis, quibuscum agit, contrahat, Salutaribus priùs Antidotis, Orationis, Mortificationis, Humilitatis, aliarumque virtutum bene armandus est.

Tertium, quia hæc sui ipsius Cura & virtutis studium plùs salutem Proximi promovendam conducit, quàm Doctrinæ & alia quæcunque dona naturalia vel humana; illa enim, ut S. Ignatius sapienter advertit, interiora sunt, ex quibus efficaciam ad exteriora permanere ad finem nobis propositum speret; unde S. Paulus ad Corinthios 1. c. 2. scripsit: *Sermo meus & Prædicatio mea non in persuasibilibus humana Sapientia Verbis, sed in ostensione Spiritus & Virtutis, ut Fides vestra non sit in Sapientia Hominum, sed in Virtute DEI, non in Sapientia Verbi, ut non evacuetur Crux Christi.*

Punctum III.

Ut ergo tantò faciliùs & efficacius hanc tui ipsius Curam suscipias, ante omnia commendatum tibi sit triplex medium, scilicet

- Studium Orationis avidissimum
- Ad obtinendam Gratiàm.
- Studium Mortificationis continuum,
- Ad purificandam Conscientiam.
- Studium Humilitatis necessarium
- Ad cavendam vanam Gloriam.

Quorum primum quidem requiritur, quia *qui rectè novit vivere, novit & rectè vivere*, teste S. Augustino. Secundum, quia *qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum Concupiscentiis suis*. Gal. 5. Tertium, quia *perit omne, quod operatur, si non in humilitate custoditur*, ut rectè S. Gregorius dixit:

Deinde ne, dum amas pericula, pereas in illis, sequentia vitia velut Syries Sacerdotum peculiari studio devita, & ideo

- Degesta Vinum modicè
- Ob vitandum Scandalum.
- Age cum Feminis Angelicè
- Ob cavendum periculum.

Tracta pecuniam cautè

Ob fugiendum vitium.

Denique frequenter te recollige, & renova; quia, ut
 Gregorius rectè monet, *si lassescere ab inchoatis bonis volu-
 mus, valde necessarium est, ut inchoare nos quoad dicitur
 mus. Hinc & Christus Apostolis Marc. 6. dixit; Venite
 desertum locum, & requiescite pusillum.*

MEDITATIO III.

pro 7. Die.

DE CHRISTI SEPULTURA ET DESCENSA
 AD INFEROS.

Scopus.

Charitatis erga Defunctos exercenda studium.

Punctum I.

Confidera I. Quanta cum charitate & reverentia Josephus ab Arimathæa, & Nicodemus Corpus Christi sepulchra mandarint, utpote quod firmissimè crediderunt, esse ipsius Corpus, quod ad exolvendum Redemptionis humanæ pretium æterno Patri oblatum fuit.

Confidera II. Quàm gratum fuerit hoc obsequium Christo; si enim jam olim DEO tantopere placuit obsequium Elizabeth Senioris in mortuis clam noctu sepeliendis, ut illud testatur S. Angelus Raphaël commendans dixerit: *Quamvis orationem tuam cum lacrymis, & sepeliebas mortuos, & derelinquebas parvulum tuum, & mortuos abscondebas in domo tua; & sepeliebas eas, ego obtuli orationem tuam Domino. Te habeo, quò magis placuisse credenda est Sepultura ipsi DEO, eo tempore, quo ab omnibus derelictus aut sepultus exere omnino, aut parùm honorificam accipere debebas, cum tanta charitate & liberalitate præstita.*

Confidera III. Quàm præclaram occasionem, hanc charitatem Christo exhibendi habeat quisvis etiam Sacerdos Curiam Animarum gerens, si cum debitis Cæremonijs & sinceræ Misericordie affectu mortuos suos Parochianos ad Sepulturam deducat; quàm longè præstantiorem Myrrham & Animæ Gratificationem videlicet & Sacrificij, ipse adhibeat, gratissimè

ne aded non Defunctis modò, sed ipsi etiam Christo, qui
de Obsequium perinde, ac si sibi factum esset, acceptat, ex-
libeat. Vide proin, quomodo hactenus te hac in parte ges-
tisti, aut gerere deinceps velis. Colloquium.

Punctum II.

Confidera I. Cur Christus ad Inferos post mortem descen-
derit, scilicet ut Diabolis quidem aliisque Damnatis terro-
rem incutiens ostenderet, quem Peccatis suis tam graviter
offendissent, quàmque spem Homines damnati habere po-
tissent Redemptionis, si per veram Penitentiam ejusdem
participes se facere voluissent; eos verò, qui in Limbo &
Purgatorio degebant, eductos, secum in Paradisum cælestem
deduceret, sicque etiam Charitatis erga Defunctos exercen-
de pulcherrimum Exemplum relinqueret.

Confidera II. Quàm copiosa omnibus quidem Homini-
bus, sed præcipuè Sacerdotibus suppetat Occasio hanc Chri-
sti Charitatem imitandi, ut qui ex Officio suo tenentur, &
Sacrosanctum Missæ Sacrificium pro ipsis offerre, & Ecclesia-
sticam Sepulturam præstare, & Preces pro Defunctis ab Ec-
clesia præscriptas offerre, & præterea etiam per Exhortatio-
nem tam privatam, quàm publicam alios ad similem Cha-
ritatem exhibendam incitare possunt, sicque Misericordiam
juxta mensuram maximam, scilicet bonam, confertam, co-
gruatam, & supereffluentem dispensare in suum Defun-
ctorum.

Confidera III. Quomodo hactenus hanc occasionem æsti-
mâris & arripueris, & deinceps quoque arripere velis. Col-
loquium.

Punctum III.

Confidera I. Quàm multa potentiâque motiva habeat
Sacerdos ad hanc Charitatem Defunctis præcipuo studio ex-
hibendam; nam si i. se ut Pastorem consideret, earum Ani-
marum, quæ fortè ex ejus Parochianis in Purgatorio hærent,
non non æquissimum videtur, ut Oves tam pretioso Sanguine
Christi emptas, in gravissimum Purgatorij ignem delapsas
ex tali incendio liberare studeat: an non timebit S. Augusti-
ni increpationem dicentis: *Cadit Asinus, & omnes eum sub-
levare festinant: Clamat Porcus, & ceteri cum eo Porci*
2 8 clama-

clamare non cessant: Clamat inter tormenta Fidelis, & est, qui eum eripiat. Ecce & fra Inhumanitas. 2. Si Sacerdotem spectet, qui potestatem accepit, panem & vinum Eucharisticum offerendi; an non ipsi potissimum conveniat Tobia Senioris monitum Tob. c.4. Panem tuum & vinum tuum super Sepulturam Iusti constitue? 3. Denique si ut Legatum à Christo ad Animas in caelestem Patriam delectandas consideret, an non æquissimum iterum videbitur, si sicut eos in vitæ itinere peragendo tam sollicitè promovet, ita in termino jam propè constitutos non deserat, ne, ut Jacobus Laynes Soc. JESU Generalis dicere solebas, iusta illis causa, Charitatem suorum Ductorum velut impeditam & mancam accusandi, & querendi, se extremo in itinere, eoque loco destitutos fuisse, ubi nullam omnino subsidii opem afferre queant.

Confidera II. Quàm efficacia sint hæc motiva, & veluti etiam ex capite æstimanda, quòd, cum Sacerdos frequenter peccandi occasiones habeat, ipsiusque peccata aliter Hominum peccatis longè graviora sint, meritò gravius etiam Purgatorium timere debeat, quàm alij; à quo tamen celebrandi efficacissimum est remedium, si quàm plurimas Animas ex hoc Igne liberare studeat, tunc enim sperare potest impletum iri illud Christi: *Qua mensura mensi fueritis, eadem remetietur vobis. Luc. 6. Et Beati misericordiam quoniam misericordiam consequentur. Matt. 5.*

Confidera III. Quomodo hæc media hucusque adhibeatis, & deinceps etiam adhibere velis. Colloquium. Vide etiam Ludovicum de Ponte p. 5. Medit. 1.

Conclusiones.

I. Ergo audi Siracidem c. 22. monentem: *Supra mare am plora; defecit enim lux ejus, seu occasio seipsum juvandi, & meritorie operandi.*

II. Ergo exclama cum S. Maria Magdalena de Pat. quantum, DEVS meus, tuam Majestatem orare debemus pro Animabus illis miseris, quæ ad te videndum & fruendum anhelant! O pietatem! O pietatem! O misericordiam! O misericordiam! O Sanguis Christi descende, descende, hæc Animas libera! O pauperulæ, quæ tantum patimini

anihilominus estis ita hilares ac contentæ ! Omnium Mar-
tyrum tolerata supplicia sunt ad instar amœnissimi viridarij
aspectu eorum, quæ in Purgatorio exantlantur.

III. Ergo audi & S. Paulum hortantem 1. Cor. 8. *Vestra
abundantia illorum inopiam suppleat ; & illorum abundan-
tia sit vestra inopie supplementum* ; si scilicet ad Cælos ve-
nerint. Legatur etiam l. 3. c. 48.

QUARTA HEBDOMAS.

Hujus Hebdomadæ, quæ ad viam unitivam spectat, po-
tissimus Scopus est, gaudiorum & fructuum, qui ex per-
fecta cum DEO Unione seu Amore oriuntur, magnitudinem
considerare, & ex tali consideratione majus in se Eiusdem U-
nionis seu Amoris desiderium excitare. Cùm verò hæc ma-
gnitudo ex ipsius Christi velut Capitis nostri gloriosa Re-
surrectione & Ascensione clarissimè eluceat, ideo meritò de
his Mysteriis Materia pro Meditationibus hujus Hebdoma-
dæ præscribitur.

MEDITATIO I.

Pro 8. Die.

DE GLORIOSA CHRISTI RESUR- RECTIONE.

Scopus.

Desiderium futura Resurrectionis.

Tessera.

*Scio, quòd Redemptor meus vivit, & in novissimo die de
terra surrecturus sum. Et rursus circumdabor pelle mea,
& in carne mea videbo DEVM Salvatorem meum. Job. 19.*

Punctum I.

Considera I. Quomodo contigerit hæc Resurrectio, sci-
licet per unionem Animæ Christi cum Corpore, & commu-
nicationem Beatitudinis ipsi Animæ, Dotum verò glorioso-
rum, puta Impassibilitatis, Agilitatis, Subtilitatis, ac Clari-
tatis ipsi Corpori factam, & quidem in summo gradu, prout
summa Christi Virtus & Sanctitas merebantur.

CON-

Confidera II. Quantopere gaudere debeas ob hanc Resurrectionem Christi, tum propter ipsum tanquam Caput tuum (si enim dum gloriatur unum membrum, congaudent omnia membra, quanto magis tam gloriose coronato capite tuo te eidem summe gratulari & congaudere conveniat tum propter tuum commodum; & enim, cum Hostis quipiam universalis Patriæ debellatus est, commune quoque omnibus Incolis gaudium & jubilatio exoritur; quanto magis te exultare & gaudere conveniet, quando Capitalis Hostis Humani Generis Hostem triumphatum à Christo videris.

Confidera III. Quantus tibi quoque hinc stimulus debeatur ad omnes tam Corporis, quam Animi molestias, in quibus cum Alacritate Constantiaque perferendas, si memineris, te, sicut Christo compassurus es, ita conglorificatum quoque iri cum ipso; & sicut Socius Passionum fueris, ita & Gloriae futurum. Vide proin, quomodo hoc stimulo usus habitus fueris, & uti deinceps velis. Colloquium,

Punctum II.

Confidera I. Cur Christus post Resurrectionem suam non longo adhuc tempore in terris permanere, & cum Discipulis conversari voluerit, nimirum ut non modò Resurrectionis nostræ Corporalis articulum suâ præsentiâ magis confirmaret; sed etiam ad spirituales Resurrectionem secum instituendam excitaret.

Confidera II. In quo consistat hæc spiritualis Resurrectio, scilicet in hoc, ut veterem nostrum Hominem crucifigamus, & novum induamus, idque per *Impassibilitatem* (id est, immunitatem ab omni peccato vel utriusque proprio malo) *agilitatem* seu promptitudinem ad obsequium divinum, & Proximi nostri auxilium: *Subtilitatem* in Efficaciam in penetrandis obstaculis perfectionis; & *Claretatem* spirituales boni Exempli, & solidæ doctrinæ demonstrare; ex his quippe indiciis vera Resurrectio spiritualis cognoscitur.

Confidera III. Quibus potissimum mediis ad hanc Resurrectionem spiritualem uti debeas, nimirum quòd sicut Christus Virtute propria resurrexit; ita & tu tibi ipsi generare

volentiam inferre, teque non morti duntaxat spirituali, id est peccato violenter eripere, sed etiam ad vitam spiritua- lem deinceps instituendam excitare velis. Vide proin, quo- modo id haecenus feceris, aut deinceps facturus sis. Col- loquium.

Punctum III.

Considera I. Quod Christus post Resurrectionem suam varijs etiam Personis, praesertim Sanctissimæ Matri suæ, A- postolis, Discipulis, Mariæ Magdalena, aliisque Mulieribus apparuerit, ac singulare suâ praesentiâ gaudium creaverit, quod quidem tantò majus extiterat, quantò majorem qua- vis ejusmodi Persona ex illius doloribus & passione tristi- tiam conceperat.

Considera II. Quomodo & tu, si spiritualiter, ut superio- ri puncto dictum est, resurgere studeas, simile gaudium Ma- tri tuae, id est, Ecclesiae: *Fratribus tuis*, id est, alijs Parochis & Operarijs: *Discipulis tuis*, id est, Parochianis, & alijs Fi- delibus Christianis creare possis juxta illud pij Ascetæ lib. 1. c. 25. *Quàm dulce & jucundum est, videre fervidos & de- votos Fratres, bene morigeratos, & disciplinatos!*

Considera III. Quantopere vel hoc solum etiam motivum tibi sufficere debeat ad Resurrectionem spiritualement totis vi- ribus procurandam; si enim tantopere desideras, alia illis temporalia gaudia & recreationes convivij vel compota- tionibus creare, quantò magis conari debebis, ut Resurre- ctione tua spirituali eos recrees, ex qua potissimum semper lucrum tu ipse potiùs, quàm aspicientes reportabis. Inquire proin, quomodo haecenus hanc doctrinam cordi habueris, aut habere deinceps velis. Colloquium.

Vide etiam, si placet, Mascenium, fol. 337. aut Theopli- lum Weyeri, fol. 224.

Conclusiones.

I. Ergo audi S. Paulum ad Rom. c. 6. hortantem: *Quo- modo Christus surrexit à Mortuis per gloriam Patris, ita & vos in novitate vita ambulemus. Si enim complantati su- mus similitudini mortis ejus, simul & Resurrectionis erimus.*

II. Ergo sequere ejusdem consiliium ad Coloss. monentis:

Si surrexeris cum Christo, qua sursum sunt, quare, Christus est in dextra DEI sedens, qua sursum sunt lapides, non qua super terram. Mortuus enim estis, & Vita Vestra abscondita est cum Christo in DEO. Cum Christus apparuerit Vita Vestra, tunc & Vos apparebitis cum ipso in gloria.

III. Ergo Surge, qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus, Eph. 5. communicans tibi claritatem suam, & implens illud, quod pius Alecta l. 3. c. 43. in ea Persona dixerat: *Ego sum, qui humilem in puncto elevavi in gloriam, ut plures aeternae Veritatis capiat rationes, quam ego decem annis studuisset in scholis. Nam quidam amicum me intimè, didicit divina, & loquebatur mirabilia.*

Legatur etiam ex l. 3. c. 49.

MEDITATIO II.

Pro Octava Die.

DE ASCENSIONE CHRISTI.

Scopus.

Studium magnae gloriae comparandae.

Punctum I.

Considera I. Quanta cum gloria Christus à Patribus in limbo eductis in caelum deductus, quanto cum Jubilo à Sanctis Angelis è caelo obviantibus exceptus, & quanta cum exultatione à Patre aeterno ad dextram gloriae sit collocatus: si enim Romani olim tam gloriosos Triumphos suis Ducibus obviantibus & potentissimo apparatus Filio suo Triumphum credentibus, qui tantum Hostem, tam nobili & generosa victoria devictum, qui tantum Hostem, tam nobili & generosa victoria devictum, qui tantum Hostem, tam nobili & generosa victoria devictum,

Considera II. Si Mortales tantopere exultant, ubi peritiam quandam Urbem, è qua tamen saepe non grande incrementum exspectant, expugnatam audi verunt, quanto magis tu exultare debeas, dum à Christo caelum, in quo tibi & tua aeterna, & omni felicitate referta mansio paratur, expugnatum, & apertum intelligis.

Considera III. An, & quomodo haecenus gratum te ob hoc beneficium exhibueris, & exhibere deinceps velis. *Collige quoniam.*

Punctum II.

Confidera I. Quâ de causâ præcipuè Christus à Patre suo cælesti tantopere exaltatus, & ad dextram suam sit collocatus, nimirum quia, ut S. Paulus ad Philipp. 2. dixit, *humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem Crucis; propter hoc enim exaltavit illum DEVS, & donavit illi nomen super omne nomen* (& multò magis Gloriam super omnem Gloriam) *ut in Nomine IESV omne genua flectatur Cælestium, Terrestrialium & Inferorum, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus IESVS in Gloria est DEI Patris.* Ipseque jure ad Apostolos dixerit Matt. 28. *Data est mihi omnis Potestas in calo & in terra.*

Confidera II. Quantopere tu quoque in amorem harum trium Virtutum, Humilitatis scilicet, Obedientiæ, & Patientiæ exardescere debeas, ut, quantò in illis similior Christo esse studueris in hac vita, tantò conformior quoque Eïdem olim in Gloria sis futurus.

Confidera III. Quàm multas habeas & præclaras occasiones harum trium virtutum exercendarum, quàmque ad eò cupidè eas amplecti debeas, ut, sicut Christi Personam potestate & officio repræsentas, ita in moribus quoque Eïdem simillimus appareas. Colloquium.

Punctum III.

Confidera I. Etsi Christus de facto ad cælos ascenderit, non tamen nos omnino sic deseruisse, ut non etiam in terris nobiscum permaneat, cum signatè Matt. 28. Apostolis dixerit: *Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem sæculi.*

Confidera II. Quomodo Christus nobiscum maneat, nimirum quadruplici modo. 1. *Per realem existentiam in Eucharistia:* ob quam verè potest ad nos illa Levitic. c. 26. verba pronuntiare: *Ponam tabernaculum meum in medio vestri, & non abiciet vos Anima vestra. Ambulabo inter vos, & ero Deus vester, & vosque eritis Populus meus.* 2. *Per cooperationem in Laboribus & Operibus nostris:* sic enim impletur Joan. 15. indicavit dicens: *Ego sum Vitis Vera, & vos Palmites: Sicut Palmes non potest ferre fructum à semetipso,*

ipso, nisi manserit in Vite; sic nec Vos, nisi in me manseritis.
 3. Per Protectionem, uti S. Cyprianus testatur dicens: *Ego pro nobis semel mortem vixit, semper vincit in nobis.* Ipse quoque Joan. 16. c. dixit: *In Mundo pressuram habebitis: sed confidite, ego vici Mundum.* Hac locutus sum vobis, ut in me pacem habeatis. 4. Per Patrocinium, uti Ipsemet Joan. 16. hortatus est: *Vsque modo non petisti quodquam in nomine meo: petite, & accipietis.* Et ideo etiam vulnera sua retinuit, ut tantò efficacius pro nobis oraret. Hinc & S. Joannes 1. Ep. c. 2. hortatur: *Si quis peccaverit, Advocatum habemus apud Patrem, IESVM Christum filium, & ipse est Propitiatio pro peccatis nostris, non pro suis autem tantum, sed etiam pro totius Mundi.*

Confidera II. Quanta ex hac Promissione Fiducia & Solatium cuius quidem Christiano, sed præcipue Sacerdoti oriri debeat, si meminerit, se Christum in Laboribus locum in periculis Protectorem, in Orationibus Advocatum, in languoribus Consolatorem habere? An non iure in quocumque casu adverso & necessitate sibi dicentem imaginabitur, qui aliquando Apostolis in tempestate constitutis dixit: *Et vos nolite timere: Matt. 14.*

Confidera III. An hæc tenus eiusmodi Fiduciam & Solatium habueris, aut certe deinceps habere velis. Colloquium Videri etiam potest Masenius. fol. 419.

Conclusiones.

I. Ergo audi S. Cyprianum ser. 6. de Martyribus hortantem: *Dimiccate constanter, militate fortiter, sententiam sub oculis Domini presentis dimicare, quia non sic deus servos suos tantum spectet, sed & Ipse luctatur in nobis, & congregatur, Ipse in certamine agonis nostri & coronatur, & coronatur.*

II. Ergo, ut monet D. Paulus ad Hebr. 6. fortissimum solatium habeamus, qui confugimus ad tenendam præsentem spem, quam sicut Anchoram habemus Anima in solidam firmam, & incedentem usque ad interiora velamus. Præcursor pro nobis introiit IESVS secundum Ordinem Melchisedech Pontifex factus.

III. Ergo age quod agis, fideliter labora in Virtute

oro merces tua (ait pius Author in Persona Christi l. 3. 47.) *Scribe, lege, canta, gema, tace, ora, sustine viri-
ter contraria: digna est his omnibus, & maioribus pralijs
aeterna. Veniet & pax in die una, qua nota est Domino,
erit non dies, neque nox, hujus scilicet temporis, sed lux
perpetua, claritas infinita, pax firma, requies securus.*

Legatur totum cit. caput 47. & illa verba bene perpen-
dantur: O si vidisses Sanctorum in caelo (& multò magis i-
us Christi) coronas perpetuas: quantà nunc quoque exul-
tasti glorià, qui huic mundo olim contemptibiles, & quasi
ipsa indigni putabantur, profectò te statim humiliare
deceat terram, & affectares potiùs subesse, quàm praesse.

CONSIDERATIO PRO VIII. DIE.

DE NEGOTIATIONE SPIRITUALI SA-
CERDOTIS.

Ut hæc consideratio, quæ quasi brevis Repetitio & com-
pendium priorum erit, cum optato fructu peragatur, aptissi-
ma erit negotiationis, quam Christus Luc. 19. illis verbis:
Negotiamini, dum Venio: commendavit, similitudo, ut
in qua, quidquid ad vocationem Sacerdotis ritè exe-
quendam requiritur, aptissimè indicatur. Quare, ut S. Gre-
gorius Naz. monet, imaginare tibi, vitam tuam præsentem
vindicinas esse spirituales, in quibus amplissima tibi offera-
tur occasio emendi, quidquid pro æterna vita necessarium ti-
bi fuerit, idèoque more Negotiatorum, & Mercatorum se-
quentes industrias observa.

1. *Diligenter considera, quales & quanta tibi merces sint
necessaria:* Et qualitas quidem mercium à S. Joanne Apoc.
14. clarè his verbis indicatur: *Beati mortui, qui in Domino
moriuntur. A modo jam dicit spiritus, ut requiescant à la-
boribus suis, opera enim illorum sequuntur illos.* Quantita-
tem verò ex illis Christi verbis Jo. 6. colligere licet: *Ope-
ramini non cibum, qui perit, sed qui permanet in vitam æ-
ternam.* Tantæ ergo merces emendæ tibi sunt, quantæ suf-
ficiant æternum victuro. Heu quantæ! Quare audi confi-
dium Salomonis Ecclef. 9. & quodcunque facere potest ma-
nu tua, instanter operare. Ac quemadmodum olim Apel-
Instruã. VIII.

A a

les

les quaestus, cur picturas suas tam studiosè elaboraret? Respondit: quia pingo Aeternitati; ita & tu opera tua & labores cum omni diligentia & perfectione absolue, quia laboras, & emis aeternitati.

II. Cave, ne falsas merces pro Veris emas; sed optime semper emere stude: Falsae merces sunt Divitiae, Honores & voluptates, quatenus in ijs praecise sistitur, de quarum sorte testatus est Salomon Eccles. 2. dicens: *Cumque me vertissem ad universa opera, qua fecerant manus meae, ad labores, in quibus frustra sudaveram, vidi in vanitatem, & afflictionem animi, & nihil permasse in sole.* Optimae merces sunt virtutes, praecipue charitas & Proximi, patientia, humilitas, victoria & mortificatio &c. de quibus S. Bernardus dixit: *Vera opes non divitiae sed virtutes quas secum conscientia portat.* Itaque certum puta illud Apoc. 3. *Dicis, quod dives sum, & completus, & nullius ego; & nescis, quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cecus, & nudus.* Suadeo tibi emere aurum ignitum probatum, ut locuples fias.

III. Da operam, ut mature, dum tempus est, emas: nim Servator suo Exemplo docuit, dum Jo. c. 9. dicit: *oportet operari opera ejus, qui misit me, donec dies est; nunc nox, quando nemo potest operari.* Itaque audi S. Paulum Eph. 5. monentem: *Videte itaque Fratres, quomodo ambuletis, non quasi insipientes, sed ut sapientes redimetis tempus, quoniam dies mali sunt. Non ergo desistat a die bono (vitae tuae) & particula boni doni (id est temporis) non te praeceat.*

IV. Stude pariter, ut levi pretio quam plurimam emas: quid autem levius bonae intentione? bonis de tui ipsius oblatione? atqui secundum horum quantitatem tibi vel pauciores merces offeruntur. Audi ergo Apostolum I. Cor. 10. monentem: *Sive ergo manducatis sive bibitis, sive aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite.* Audi & S. Augustinum de spiritu & anima sic monentem: *Ecce venale est regnum DEI, emere solum. Nec existimes de re magna propter pretij magnitudinem, cum valeat, quantum habes. Noli querere, quid habeamus qualis sis. Res ista valet tantum, quantum es tu: te*

Mebrū illud. Audi denique eandem super Pf. 103. loquentem: Coronat Deus intus voluntatem, ubi non invenit facultatem. Nemo dicat: non habeo. Caritas de sacculo non regatur.

V. Cura, ut conserves, qua emisisti, & tuò in patriam praestitas: Attende ergo, ut monet Christus Matt. 6. ne iustitiam tuam facias coram hominibus, ut videaris ab eis: alioquin mercedem non habebis apud Patrem tuum, qui in caelis est. Sequere potiùs consilium S. Bernardi S. 54. super Cant. dicentis: In veritate didici, nihil esse aequè efficax ad gratiam promerendam, retinendam, recuperandam, quàm si omni tempore coram Deo inveniaris non altum superere, sed humere. Beatus homo, qui semper est pavidus, & Latrones timens, merces suas, quantum fieri potest, ab eorum oculis occultat, & per manus Angelorum ad caelos deportari curat.

VI. Frequenter super Negotiationem tuam te respice, & luctum cum damno considera, computaque: Certè hæc inter potiores sedulorum mercatorum industrias non postrema computatur; per hanc quippe errores deteguntur, damna percipiuntur, desiderium lucri accenditur, industria acuitur, negotiatio prosperatur, & merces optatæ comparantur & augentur. Unde meritò summopere semper à patribus spiritualibus hæc reflexio commendatur.

Utergo concludam denique & hanc, & reliquas omnes considerations, illis te pij Ascetæ verbis I. 1 c. 23. ad extremum adhortor: Age nunc, charissime, quidquid agere poteris, quia nescis, quando morieris: nescit etiam, quid te post mortem sequetur. Dum tempus habes, congrega tibi divitiarum immortales. Præter salutem tuam nihil cogites: Sollicitus, qua DEI sunt, cures. Fac nunc tibi amicos, venerandoque sanctos, & eorum actus imitando, ut, cum defeceris, in hac vita illi te recipiant in aeterna tabernacula. Serva te tanquam Peregrinum & Hospitem super terram, ad quem nihil spectat de mundi negotijs. Serva cor liberum, & ad DEUM sursum erectum, qui a non habes hic manentem civitatem. Illuc preces & gemitus quotidianos cum lacrimis dirige, ut spiritus tuus mereatur ad Dominum post mortem feliciter transire. Amen.

DE MISSIONE SPIRITUS SANCTI

Scopus.

Ardens desiderium huius diviniſſimi Hoſpitii.

Punctum I.

Confidera I. Quomodo Spiritus S. ſuper Apoſtolos venit, nempe factus eſt repente de celo ſonus tanquam venientis ſpiritus vehementis, & replevit totam Domum ubi erant ſedentes. Et apparuerunt illis diſperſa lingua tanquam ignis, ſeditque ſupra ſingulos eorum, & replevit ſunt omnes Spiritu Sancto, & ceperunt loqui varijs linguis prout Spiritus Sanctus dabat eloqui illis. Act. 2.

Confidera II. Cur ſub his potiùs formis, quàm ſub alijs apparuerit, & venerit ſuper Apoſtolos, nimirum ut exhiberet, ſe ijs largitum fuiſſe tres dotes ad verum Apoſtolicum ſingulariter requiſitas, quas Chriſtus jam olim illis largitus promiſerat dicens: Ponite ergo in cordibus veſtris non cogitatis, quemadmodum reſpondeatis, ego enim dabo vobis os (donum linguarum per linguas diſperſitas ſignificatur) & ſapientiam (donum intellectus, ſapientia, & ſcientia) per ignem indicatum) cui non potuerunt reſiſtere, & ceperunt dicere omnes Adverſarij veſtri; per quæ verba donum ſcientia, veritatis & conſilij per ventum vehementer ſpirantem ſignificatum innuebatur.

Confidera III. Quàm præclari, & Sacerdotibus commendandi ſint hi effectus, & quomodo tu hæcenus eoſ participaveris, aut deinceps te participem facere velis loquium.

Punctum II.

Confidera I. Quòd diviniſſimus hic hoſpes Apoſtolicus non tantùm in ordine ad alios perficiendos inſtraxerit, vel maximè etiam neceſſarijs ad propriam perfectionem medijs copioſè ditavit, ideòque ardentiffimum Dei amorem qui per ignem præcipuè ſignificabatur, infuderit; hinc etiam

terius postea Gloriæ divinæ & salutis animarum promovendæ, tanta in adversitatibus perferendis constantia, & inter ipsas contumelias exultatio oriebatur, ita ut merito illa sponsæ Cant. 1. verba usurpare possent: *Introduxit me Rex in Cellam vinariam* (unde & musto pleni credebantur) *ordinavit in me charitatem*, ut scilicet prius eam erga me, postea erga alios ordinatè ostenderem.

Considera II. Quàm nobilis & Sacerdoti necessarius hic etiam sit effectus, ne dum alios lucrari, & salvare cupit, ipse metè animæ suæ detrimentum patiat. Propterea, ut S. Paulus ad Hebr. 2. hortatur, *abundantiùs observare oportet nos ea, que audimus, ne fortè perefluamus*. nam ut S. Bernardus l. 18. super Cantica bene advertit, *benigna prudensque charitas affluere consuevit, non effluere*. Hinc duas quoque virtutes Sanctus operationes Spiritus Sancti ponit, quarum primam vocat *Infusionem*, quâ nos primò intus virtutibus solidat ad profectum; alteram *Effusionem* appellat: quâ foris quoque muneribus nos ornat ad lucrum.

Considera III. An tu hactenus hunc ordinem charitatis observaris, & quomodo eum observare deinceps velis. Colloquium.

Punctum III.

Considera I. Quomodo se Apostoli disposuerint, & præpararint ad hunc optatissimum Hospitem & ignem recipientum, nimirum per tria media. I. Per recessum ab omnibus creaturis, dum in domum aliquam privatam se abdiderunt. II. Per orationem ardentem, cui toto illo tempore studio-ssimè vacarunt. III. Per mutuam charitatem: quâ unanimes & conjuncti adventum promissi spiritus expectarunt.

Considera II. Quàm sapienter hæc media adhibuerint Apostoli, *Orationem* quidem, quia cum omne donum optimum & perfectum desursum sit, haud dubiè donum hoc omnium donorum præstantissimum non aliter magis, quàm per orationem impetrandum erat: *Secessum* autem, quia cum Spiritus S. velut amor divinus corrivalem non patitur, merito omnis prius amor inordinatus rerum creaturarum expellendus est, quemadmodum etiam lignum calorem & ignem non recipit, nisi prius ab omni humore exsicceetur;

fraternam denique charitatem, quia indivisibilis est amoris divini, cum hoc, teste S. Joanne 1. cap. 4. habeamus mandatum à Deo, ut, qui diligit Deum, diligat & fratrem suum.

Confidera III. An, & quomodo tu hæcenus has dispositiones habere studueris; & quomodo deinceps saltem quanto diligentius procurare velis, quanto magis opus hujus Sanctissimi Spiritus adventu ac donis. Colloquia

Vide etiam Theophilum Weyeri Hebd. 4. fol. 230.

Conclusiones.

I. Ergo clama assidue cum Ecclesia: Veni S. Spiritus ample tuorum corda fidelium, & tui amoris in eis ignem accende.

II. Ergo ejice ancillam & Filium ejus (id est, non nem amorem proprium & rerum creatarum) non tuum heres (& possessor hujus divini doni) Filium accipere cum Filio meo Isaac (id est divino amore) Gen. 21.

III. Ergo audi pium Ascetam in persona Christi loquentem: Fili, pretiosa est gratia mea (Spiritus & ventus & infusio) non patitur se misceri extraneis nec consolationibus terrenis. Abjicere ergo oportet omnia impedimenta gratia, si optas ejus infusionem suscipere. Non secretum tibi, ama solus habitare tecum, nullum requirit consulationem: sed magis ad Deum devotam orationem precem, ut compunctam teneas mentem, & puram conscientiam.

Legatur etiam totum cit. caput, & attentè perpendatur præsertim ultimus paragrahus.

MEDITATIO

pro nono die.

DE GRATITUDINE PRO ACCEPTIS IN SECESSU BENEFICIIS EXERCENDA.

Tessera: Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ contulit mihi: vota mea Domino reddam in conspectu Populi. Psal. 115.

Punctum I.

Considera I. Quanta in hoc secessu beneficia à Deo acciperis: id facile deprehendes, si ex una parte perpendas, quid Deus, dum tot divinas Illustrationes & ardentia desideria, optimaque proposita tibi communicavit, semen quantum cor tuum seminaverit; ex altera verò parte consideres, quam pretiosum & fertile sit hoc semen, quantaque Gloriarum & felicitatis tum in hac, tum in altera vita percipiendae legem inde sperare possis.

Considera II. Quantopere hoc beneficium crescat, si ipsum etiam seminandi modum, dum scilicet tot consolationes caelestes & gustus spirituales ultra omne tuum meritum submittere dignatus est, attendas; tum enim clarè deprehendes, ingentem profus fuisse DEI erga te liberalitatem ac munificentiam, & in eas Psalmistæ voces erumpes Ps. 8. *Quid est homo, quòd memor es ejus, aut Filius hominù, quòd visitavi eum?*

Considera III. Quàm æquum proinde sit, ut tantum beneficium gratà mente agnoscas, ore grato deprædices, & ipsò etiam opere compensare studeas. Colloquium ad SS Patrones, agendo gratias pro collatis in hoc secessu favoribus, & rogando, ut tua proposita Deo offerre, gratiamque ad ea accipienda uberem impetrare dignentur.

Punctum II.

Considera I. Quemadmodum terra pro accepto semine majores seminatori gratias referre non potest, nec aliæ etiam ab ea exiguntur, quàm ut acceptum semen gremio suo foveat, fructumque ex eo trigessimum, aut centesimum progerminet; ita nec à te aliam gratiarum actionem magis requirit, quàm proposita in hoc secessu concepta executioni serio mandes, & quod ore facturum te pollicitus es, opere ipsò confirmes; hæc enim gratiarum actio uti solidior, diuturnior, Deòque honorificentior, & tibi utilior est, quàm ea quæ voce tantum præstatur, ita haud dubiè etiam eidem Deo, cælitibusque gratior existet.

Considera II. In quo consistat summa propositorum tuorum, quæ executioni mandare debeas, videlicet ut totis v

ribus gratiæ & vocationi respondeas, finemque Sacce-
bus propositum adipisci studeas, qui est

DEI honorem quærere,
Ut magis dilateur,
Seipsum non negligere,
Ut anima salvetur,
Et proximum perficere,
Ut charitas seruetur.

Considera III. Quàm facilis tibi futura sit execra-
gratiam vocationis, magnitudinem præmij promissi, & in-
aliorum Sacerdotum fervorem, tum sæcularium longi-
ra & difficiliora pro vilissimo lucro aut honore agere
exempla perpendas. Statue proin omni conatu in hanc
cutionem incumbere. Colloquium ad B. V. cum simili-
affectibus, ut in priore puncto indicatum est.

Punctum III.

Considera I. Quemadmodum ad hoc, ut terra fructibus
non satis est, ut semen gremio quasi suo recipiat, sed
requiritur, ut per occationem ab avium insidijs defec-
deinde per humorem seu cœlestem, seu terrestrem irriguetur
& per calorem solis calefiat, ac fertile reddatur; ita et
tis esse ad profectum tuum, ut plurima bona proposita
ceperis (*Non enim omnis, qui dicit mihi, Domine, Domine
intrabit in regnum Cœlorum, sed qui facit voluntatem Pa-
tris mei, qui in cœlis est, ipse intrabit in Regnum cœlorum.*
ait Christus Matt. 7.) sed insuper requiri, ut te I. bene con-
tra tentationes, quæ te perinde ac Christum post seculum
vadent, bene munias, & constantiam contra quoscunque
sultus teneas. II. Ut humorem gratiæ cœlestis per certam
& ferventem orationem, & Sacramentorum usum ac
quentiam attrahere studeas. III. Ut hoc semen propo-
rum per diffidentiam humilem id viribus tuis, & timore
confidentiam in divino auxilio, soli cœlesti, id est, Deo,
teste D. Paulo, dat incrementum, exponas, & commenda-
IV. Ut tu quoque per tuam cooperationem, & meditationem
quæ per hos dies præscripta accepisti, sedulam ac cœlestem
tem praxin seriò collabores, ut cum Apostolo Cor. 15. 10.
cere possis: *Gratiã autem Dei sum id, quod sum, & gratiam*

hæc paucula non fuit, sed abundantius illis omnibus laboravi, non ego autem, sed Gratia DEI mecum.

Considera II. Quàm efficacia sint hæc media ad optatam Propositorum executionem; & quàm æquum sit, ut ea diligenter & constanter adhibeas, illudque servorum Naaman 2. Reg. 5. dictum tibi frequenter applies: *Pater, & si remandem dixisset tibi Propheta, certè facere debueras, quanto magis, quia nunc dixit tibi: hæc paucula.*

Considera III. Quomodo ea deinceps adhibere, sicque desideratum fructum ferendo, reipsa probare velis, jactum à DEO semen in terram fertilem ac bonam cecidisse. Colloquium ad Christum cum intensissimis affectibus Gratitude, Amoris, Fiduciam, Humilitatis &c.

Videri etiam potest Theophilus Weyeri Hebd. 4. f. 299. & 304.

Conclusiones.

I. Ergo audi devotum Ascetam l. 3. c. 9. in Persona Christi loquentem: *Nihil tibi de bono (successu Exercitiorum) ascribere debes, nec alicui Homini Virtutem attribuas, sed totum da DEO, sine quo nihil habet Homo. Ego totum dedi, ego totum habere Solo, & cum magna restrictione gratiarum actiones requiro. Ille sanè major & melior est, qui sibi minus ascribit, & in regratiando humilior est atque devotior.* l. 3. c. 23.

II. Ergo si spiritualis à DEO consolatio data est, cum gratiarum actione accipe illam, sed DEI munus intellige esse, non tantum meritum. *Noli extolli, noli nimium gaudere, nec inaniter presumere: Sed esto humilior ex dono, cautior quoque & timorator in cunctis actibus tuis: quoniam transibit hora illa, & sequetur tentatio.* l. 2. c. 9.

III. Ergo crede tibi à Christo repeti, quod olim Discipulis Joan. 15. *Iam non dicam vos Servos, sed Amicos; omnia enim, quaecunque audivi à Patre meo, nota feci vobis. Cave ergo, ne audire cogaris ab eodem Luc. 12. Servus, qui cognovit voluntatem Domini sui, & non prapaparavit, & non fecit secundum voluntatem ejus, & apulabit multis.*

Legatur etiam l. 2. de imit. c. 10.



DIVISIO TERTIA

Octiduanæ Recollectionis per Parabolarum Considerationem faciendæ.

Proœmium.

Quàm frequenter Christus in suis Concipi-
bus Parabolis seu similitudinibus ad con-
gandos & instruendos mortalium mores
usus, ex ipso Evangelicæ doctrinæ contextu
13. patet, ubi dicitur: *Hæc omnia locutus est
in Parabolis, & sine Parabolis non loquebatur eis.* Cuius
autem hunc modum præ alijs adhibuerit, rationem
hanc esse ajunt Interpretes S. Scripturæ, quod cum
per Parabolas alius nobis plerumque proponatur
eidem vitio vel virtuti obnoxius, sincerius de sui
propositi honestate vel turpitudine judicium ferre-
mus, & factâ deinde ad nos reflexione, miserum et
felicem Statum nostrum clariùs cognoscamus, &
que ad eundem vel detestandum, vel conservandum
vehementiùs incitemur. Unde & Asceta etiam
de modo fructuosè meditandi scribunt, hunc
dum præ alijs commendant, dum post discessum
aliqua virtute aut vitio factum, similem casum
mandum ajunt, quo quis se ipsum hoc modo
quatur, Quid si hoc aut illud agentem quem
videres, quod judicium de illo ferres? an non
eandesceres in illum vehementer, aut summopere
præ-

medicines? idem itaque erga te ipsum facito; tu enim es ille vir &c. Quare cum, ut varietas delectet, hos etiam modos, secessum sacrum instituendi, partim jam assignarim, partim adhuc assignaturus sum, placuit & hunc per Parabolas instituendum subministrare; quod eo etiam ex capite libentius facio, quod, cum Sacerdotes Evangelia, in quibus Parabolæ continentur, frequenter pro Concione explicare debeant, id ipsum facilius & utiliùs prædicare queant, si primò easdem meditando ruminarint; & in eadem meditatione ignis, seu Zelus ac desiderium alienæ salutis promovendæ exarserit. Ne tamen à Scopo talibus Exercitijs præfixo discederem, easdem Parabolas sic ordinare studui, ut & quatuor hebdomadarum distributio servaretur, & propriae cuique hebdomadæ meditationes assignarentur, uti in progressu patebit.

MEDITATIO PROOEMIALIS.

Scopus.

DESIDERIUM AD EXERCITIA FRUCTIVOSE SUBVENIENDA EXCITANDVM.

Punctum I.

Considera I. Cur Christus non modò ipse, antequam Prædicationis officium susceperet, in desertum per 40. dies processerit, uti Matth. 4. legitur, sed etiam Discipulos suos ad similem solitudinem invitavit dicens Matth. 6. *Venite seorsum in desertum locum, & requiescite pusillum.* Nimirum causam esse, ut semoti à quotidianis curis, & hominum turbis seipso inspicerent, & quid ad suam aliorumque salutem abundantius promovendam deesset, à Spiritu Sancto edoceri intelligerent.

Considera II. Quantopere tu quoque opus habeas ejusmodi quiete, utpote qui toties hætenus expertus sis ab ordinarijs

narijs tuis officijs, curis, desiderijs, negotijs &c. Spiritum tuum propemodum oppressum esse, atque adeò nihil magis quam liberam respirandi in Domino facultatem desiderare.

Considera III. Cùm Christus ultro te, tamque benevolè ad talem solitudinem & quietem invitet, quam grato tantum beneficium agnoscere, quamque adeò promptè solitudine eundem in desertum spirituale sequi, omniaque in rebus, quas tibi ibidem aut omittendas, aut exequenda præscripserit, perfectè obsequi debeas, id quod facies, obsequijs tui spiritualis ductum in omnibus accuratè obsequere. Colloquium ad SS. Patronos, quos rogabis, ut feliciter successus hujus successum Suffragijs suis à DEO impetrentur.

Punctum II.

Considera I. Cùm ex una parte noveris, eà potissimum causa à Christo te in solitudinem duci, ut loquatur ad te, illudque emolliat, ac eum suo corde uniat, ut loquatur secundum cor DEI; ex altera verò parte iterum propriam experientiam didiceris, quam durum ac difficulter se habet cor tuum, utpote quod à tot tamque efficacibus Christi precibus, ac Patrum spiritualium adhortationibus solutum non fuerit, quantopere desiderare debeas, & verò cum suppliciter à Christo rogare, ut in his exercitijs efficacem quandam modum adhibeat, ad idem cor tuum expurgandum, & voluntatem tuam Sanctissimæ illius Voluntati perfectè aliquando subijciendam.

Considera II. Quòd jam olim Christus nullum alium modum frequentius quam per parabolas loquendi adhibuerit, idque duplici potissimum de causa, ut Scripturarum testatur, tum quia scilicet Parabolæ propter collationem sensuum eum spiritualibus miris modis affectus nostros commovent, voluntatemq; nostram ad quodcunq; volunt, præparant, uti Nathan in Davide expertus est; tum quia doctrina per parabolas tanquam sensibiles species propositæ firmè memoriæ adhærent, uti vel nos ipsi quotidie experimus.

Considera III. Cùm hunc ipsum modum Christus in his exercitijs adhibiturus sit, quanto cum desiderio, & in signis alicujus fructus reportandi te ad illa accingere.

Samuelis assiduo ingeminare debeas: loquere Domine, quia audit servus tuus. Colloquium ad B. V. rogando, ut eademmodum illa omnes Christi Parabolas, & alia verba diligentissimè conservabat, conferens in corde suo, ita simul tibi quoque à Filio suo gratiam impetrare dignetur.

Punctum III.

Confidera I. Quid potissimum requiratur, aut conducatur, ut quis opatum ex tali solitudine & conversatione cum Christo fructum reportet, nimirum duo hæc, ut omnia impedimenta, quæ ob stare possent, quò minus Christi vocem perfectè ac facillè percipias, fortiter removeas, & ut copiosum lumen obtineas, quo doctrinam in parabolis proponentis contentam clarè intelligas.

Confidera II. Quænam illa sint impedimenta, quæ tibi potissimum ob stare posse videntur, nimirum negotia, curæ, conversatio humana, & affectus quicumque inordinatus erga creaturas; vide proin, quomodo hæc remove, omnèsque animi vires ad Christi vocem & doctrinam excipiendam convertere velis.

Confidera III. Unde lumen illud spirituale, quod secundo loco necessarium tibi esse dixi, petere debeas, videlicet ab eo igne, qui in die Pentecostes supra Apostolos descendit; imò & supra ipsum Christum, antequam in desertum secederet. Da operam proinde, ut ad Christi exemplum prius baptizeris aquâ sinceræ contritionis aut pœnitentiæ, ut tantò aptior fias ad hunc divinissimum ignem dignè suscipiendum. Colloquium ad Christum, in quo præter alios affectus illa Sponsæ verba frequentius repetere proderit: sonet vox tua in auribus meis, vox enim tua dulcis, & facies tua decora. Aut certè illa Apostolorum: *Domine, quò ibimus?* verba vitæ æternæ habes. Subjunges insuper hymnum *Veni S. Spiritus*, eoque tam necessariam ejusdem Numinis assistentiam demissè petes.

Legatur ex lib. de imit. Christi l. 1. c. 20. & illa maximè verba bene perpendantur: in silentio & quiete proficit anima devota, & discit abscondita scripturarum. Ibi invenit fluctuata lacrymarum, quibus singulis noctibus se lavet, & mundet, ut conditori suo tantò familiarior fiat, quanto longius ab omni sæculari tumultu degit.

Pro

Pro prima Die.

MEDITATIO I.

DE FINE HOMINIS ET SACERDOTIS

Scopus.

Propositum serium tam suam, quam proximi
studiosus deinceps procurandi.

Tessera.

Domino patientiam habe in me, & omnia reddas
Matth. 18.

Punctum I.

Considera I. Parabolam de homine peregrè profectore, vocante servos suos, & varia talenta tradente, quæ Matthæus c. 25. describit sequentibus verbis: *Homine profectus vocavit servos suos, & tradidit illis bona sua. Dedit quinque talenta, alij autem duo, alij vero unum cuique secundum propriam virtutem, & profectus est longum. Abiit autem, qui quinque talenta acceperat, & lucratus est in eis, & lucratus est alia quinque. Similiter, qui duo acceperat, lucratus est alia duo. Qui autem unum acceperat, abiens fodit in terram, & abscondit pecuniam Domini sui. Post multum vero temporis venit Dominus servorum illorum, & posuit rationem cum eis, & accedens ad quinque talenta acceperat, obtulit alia quinque talenta dicens: Domine, quinque talenta tradidisti mihi, ecce quinque superlucratus sum. Ait illi Dominus: Euge serve bone, & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam, intra in gaudium Domini tui. Ait autem, & qui duo talenta acceperat. Et ait: Domine, duo talenta tradidisti mihi, ecce alia duo lucratus sum. Ait illi Dominus: Euge serve bone, & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam, intra in gaudium Domini tui. Accedens autem, & qui unum talentum acceperat: ait, Domine, scio quia homo durus es, metui, & non seminasti; & congregas, ubi non sparxisti: &*

Abcondi talentum tuum in terra: ecce habes, quod
 tuum est. Respondens autem Dominus ejus, dixit ei: Serve
 male, & piger, sciebas, quia meto, ubi non semino, & con-
 grega, ubi non sparsi: oportuit ergo committere pecuniam
 tuam Nummulariis, & Seniens ego recepissem utique, quod
 tuum est cum usura. Tollite itaque ab eo talentum, & date
 illi, qui habet decem talenta; Omni enim habenti dabitur,
 & augetur: ei autem, qui non habet, & quod videtur ha-
 bere, auferetur ab eo. Et inutilem servum eijcite in tene-
 bras exteriores: illic erit fletus, & stridor dentium.

Considera II. Qualem exitum habuerit negligentia ser-
 vi, qui talentum suum abscondit; qualem è contrario illo-
 rum diligentia, qui totidem alia talenta lucrati sunt.

Considera III. Si tibi optio daretur, alterutram horum
 servorum sortem eligendi, an non potius cum diligentibus
 operari, atque adeò simile à Domino præmium expectare,
 quam cum pigro illo servulo talentum defodere, & tam gra-
 ven tibi accerere pœnam mallet? Vide ergo, quid hæc-
 tus egeris, & deinceps saltem in meliorem partem te resolve.
 Colloquium ad SS. Patronos.

Punctum II.

Considera I. Qualia sint talenta, quæ tibi à Domino tuo
 concessa sunt, nimirum omnia illa media, quæ tibi sunt in
 ordine ad tuam proximique salutem procurandam concessa,
 qualia sunt ex naturalibus quidem ingenium, scientia, vires
 corporis &c. ex supernaturalibus verò vocatio ad religio-
 nem, gratia vocationis, exercitia virtutum juxta instituti
 normam suscepta &c.

Considera II. Quàm præclara sint hæc talenta, sive dan-
 tis charitatem in vocatione, sive accipientis vilitatem, & in-
 gratitudinem, sive ipsorum talentorum propriam excellen-
 tiam, & dignitatem; sive lucrum per illa faciendum, scilicet
 tuam, proximique salutem, sive denique præmium à Domi-
 no ob fidem administrationem offerendum consideres.

Considera III. Si ab ijs, qui tam exigua talenta accepe-
 runt, tam severa ratio exigitur, è contrario autem tam am-
 plium fidelis servitij præmium promittitur, quantum tu, si
 tam præclara talenta malè impenderis, pœnam, indignatio-
 nem.

némque timere; aut quantam, si bene collocaveris, remunerationem à DEO expectare possis; quàmque adeò novos animos concipere debeas ad eadem talenta, quàm optimè poteris, in tuam, proximique salutem impendenda. Colloquium ad B. V.

Punctum III.

Considera I. Quis sit modus ille optimus prædicta talenta collocandi, nimirum si nihil aliud cogitaveris, locum aut operatus fueris, quàm quod DEUS vult, quo modo vult, & quia vult, id est, si semper occupatus sis in ijs rebus, quibus obedientia præscribit; sed & modum, qui tibi vel à Superioribus, vel à regula præscribitur, sedulo observaveris; nihil aliud in tali exercitio, quàm solum DEI beneplacitum ultimatè quasièris.

Considera II. Quàm facilis sit hic modus, sive illi gratia sive auxiliorum à DEO offerendorum copiam & efficaciam sive sociorum cooperantium exempla, sive præmij gratiam magnitudinem consideres.

Considera III. Quid te potissimùm ab hoc modo abstinendo hactenus impedièrit, & quomodo vel nunc tale impedimentum toto animi conatu remove velis. Cogitandum ad Christum repetendo assidue tum illud Davidis Psal. 115. *Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi? tum illud servi Matth. 18. Domine, patientiam habeam in me, & omnia reddam tibi.* Vide, si placet, Ambrosij in notula p. 2. Medit. 185. fol. 486.

Legatur ex lib. 1. de imit. c. 25. & illa maxime verba perpendantur: igitur ad profectum ferveas, quia mercedem laborum in brevi recipies, nec erit tunc amplius tibi dolor in finibus tuis? Modicum nunc laborabis, & magna requiem, imò perpetuam lætitiã invenies.

Pro prima Die.

MEDITATIO II.

Scopus.

Seria detestatio peccatorum antiquorum, & Sita inchoatio.

Punctum I.

Considera I. Parabolam de filio prodigo, quam D. Lucas
 15. sequentibus verbis describit: Homo quidam habet
 tres filios, & dixit adolescentior ex illis Patri: Pater, da
 mihi portionem substantiæ, quæ me contingit. Et divisit il-
 li substantiam; Et non post multos dies congregatis omni-
 bus adolescentior filius peregrè profectus est in regionem lon-
 ginquam, & ibi dissipavit substantiam suam vivendo luxu-
 riosè. Et postquam omnia consummasset, facta est fames
 valida in regione illa, & ipse cepit egere. Et abiit, & ad-
 iungit uni Civium regionis illius, & misit illum in Villam
 suam, ut pasceret porcos. Et cupiebat implere ventrem su-
 um de siliquis, quos porci manducabant: & nemo illi dabat.
 Et cum reversus dixit: quanti mercenarij in domo Pa-
 tris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereor! sur-
 gens, & ibo ad Patrem meum, & dicam ei: Pater peccavi
 in Calum, & coram te: jam non sum dignus vocari filius
 tuus: fac me sicut unum de mercenariis tuis. Et surgens
 abiit ad Patrem suum. Cum autem adhuc longè esset, vidit
 illum Pater ipsius, & misericordiâ motus est, & accurrens
 incidit super Collum ejus, & osculatus est eum. Dixitque
 ei filius: Pater peccavi in Calum, & coram te, jam non
 sum dignus vocari filius tuus: Dixit autem Pater ad servos
 suos: Cito proferte stolam primam, & induite illum, & date
 sandalium in manum ejus, & calceamenta in pedes ejus: &
 adducite vitulum saginatum, & occidite, & manducemus,
 & epulemur: quia hic filius meus mortuus erat, & revi-
 vit, & perierat, & inventus est. Et ceperunt epulari. Erat
 autem filius ejus senior in agro, & cum veniret, & appro-
 pinquaret domui, audivit Symphoniam, & chorum: & so-
 peravit unum de servis, & interrogavit, quid hæc essent? Isque
 dixit illi: Frater tuus venit, & occidit Pater tuus vitulum
 saginatum, quia salvum illum recepit. Indignatus est au-
 tem, & volebat introire. Pater ergo illius egressus cepit ro-
 gare illum. At ille respondens, dixit Patri suo: Ecce tot
 annis servo tibi, & nunquam mandatum tuum præterivi,
 & nunquam dedisti mihi badum, ut cum amicis meis epu-
 larer: sed postquam filius tuus hic, qui devoravit substan-
 tiam

ziam suam cum meretricibus, Senit, occidisti illi vitulum saginatum. At ipse dixit illi: Fili, tu semper mecum eras, omnia mea tua sunt: epulari autem, & gaudere oportuit, quia frater tuus hic mortuus erat, & revixit, peritulum inventus est.

Confidera II. Quàm bene tota hæc Parabola tibi conueniat, imò quot partibus tua stultitia Parabolici hæpitiæ stultitiam excedat, sive Patrem, quem reliquisti, consilium sive substantiam, quam dissipasti, puta, inspirationes, gratia supernaturalia, virtutes, gratiam, merita &c. amittisti, sive meretrices, quibus adhæcisti, scilicet mundanas & naturales cupiditates perpendas, sive ipsorum peccatorum, toto discessus tui tempore commisit, multitudinem gravitatem spectes.

Confidera III. Quem fructum ex omnibus hisce peccatis reportaris, an non æqualem filio prodigo? ut scilicet perpetua fame & concupiscentia turpium voluntatum contentus fueris, & his ipsis voluptatibus velut siliquis peccatorum animum tuum pascere desideraris, nec tamen unquam illas satiari poteris, sed exclamare cum Salomone ecclesiasticis Eccl. 2. *Cumque convertissem me ad universa opera que fecerunt manus mea, & ad labores, in quibus frustra operaveram, & idi in omnibus vanitatem, & afflictionem meam.* Vide ergo, an non æquum sit, ut cum filio prodigo versus dicas: *Quanti mercenarij (id est, Religiosi & religiosi DEO fideliter servientes) in domo Patris mei divitiarum panibus (id est, veris & solidis consolationibus) vescerentur, hic fame pereco. Surgam, & ibo ad Patrem meum.* loquium ad SS Patronos, ut facilem tibi ad Patrem meum suis Suffragiis obtineant.

Punctum II.

Confidera I. Quanto cum gaudio & charitate rediens filius prodigus à Patre suo exceptus sit, nam 1. Misericorditer motus est. 2. Accurrit. 3. Cecidit super collum ejus. 4. Circumsculatus est eum. 5. Stulam & calceamenta profert ei. 6. Convivio pingui eum adhibuit. 7. Symphoniam cantantem præcepit. 8. Contra fratris invidiam & murmurationem defendit. quæ omnia manifesta sunt indicia singularis amoris ex tali reditu conceptæ.

Confidera II. Quàm multis partibus felicior reditus tuus futurus, maximè si stolam gratiæ, quam tibi circumdare; convivium securæ mentis, aut etiam Evcharistiæ, ornameta cælestium donorum, quæ tibi paravit &c. perpendas; quanto majus item gaudium non tantùm cælesti Patri & Christo, B. V. & Sanctis, sed etiam Domesticis, Externis. De Sanctis, & tibi ipsi ex tali tua reversione sit exortiturum, ut verè applicari possit illud Luc. 1. *Multi in natiuitate ejus (& reversione) gaudebunt.*

Confidera III. Quantos stimulos hæc omnia tibi addere possint, & debeant ad hoc propositum tuum quàm celerrimè, perfectissimèque exequendum, ut, qui hæctenus tantam, quantum in te erat, tristitiæ materiam DEO, SS. & proximo credidisti, deinceps offensam talem multiplicato gaudio emendes. Colloquium ad B. V. illud S. Augustini cum latronis usurpando: *Per te accessum habeamus ad filium, ô Maria inuentrix gratia, genitrix Vita, mater salutis, ut te nos suscipiat, qui per te datus est nobis. Excuset apud Deum integritas tua culpam nostram corruptionis, & humilitatem DEO grata nostra Geniam impetret Sanitatis.*

Punctum III.

Confidera I. Quàm grato animo Filius hic prodigus tantum Patris sui beneficium & favorem agnoverit, quantâ charitate deinceps cum profecutus sit; si enim juxta Christi sententiam Lucæ c. 7. cui plus dimittitur, plus diligit, quantum diligere debebat, cui tam multum remissum est? quàm cauere deinde fuerit in omnibus occasionibus vitandis, per quas prius seductus, & in tanta mala præcipitatus fuerat.

Confidera II. Quanto magis tu hæc omnia præstare debes, utpote qui, sicut plura longè & graviora peccata commiseras, ira majus etiam in eorum remissione beneficium accepisti, atque adeò majorem quoque gratias agendi, & diligendi obligationem contraxisti.

Confidera III. Quomodo huic tuæ obligationi satisfacere, & vel hinc occasionem & causam perfectissimæ vitæ instituendam sumere velis. Colloquium ad Christum, & æternum Patrem, illud frequenter repetendo: *Pater, peccavi in carnem,*

lum, & coram te, jam non sum dignus vocari filius tuus.

Vide Spinolam p. 2. Med. 163. fol. 420.

Legatur ex lib. 3. de Imit. c. 5. & illa verba maxime perpendantur: nihil sic timeas, sic vituperes, & fugias, nisi peccata tua, quæ magis displicere debent, quàm qualibet rerum damna.

Pro prima Die.

MEDITATIO III.

Seu

Si magis placet, Consideratio de Radice peccatorum, seu Concupiscentia.

Scopus.

CONCUPISCENTIÆ ERADICANDÆ
PROPOSITVM.

Punctum I.

Confidera I. Parabolam de divite horrea, & zellis, quam S. Lucas c. 12. sequentibus verbis describit: *Hic unus eorum dicitur, cuiusdam divitis uberes fructus ager attulit: & cecidit intra se dicens: Quid faciam, quia non habeo, qui congregem fructus meos? & dixit: Hoc faciam, destruant horrea mea, & majora faciam: & illuc congregabo omnia, quia ta sunt mihi, & bona mea, & dicam anima mea: habes multa bona posita in annos plurimos, requiesce, de, bibe, epulare. Dixit autem illi Deus: Stulte hac animam tuam repetunt à te: qua autem parabis, ut non erunt?*

Confidera II. Quis sit Scopus per hanc parabolam. Certe non isto intentus, videlicet, ut doceret, quàm vana esset concupiscentia temporalium bonorum concupiscentia, quàmque adeo inanimata viribus è corde eijcienda, ideò enim mox post abhominabilem parabolam adjecit: sic est, qui sibi thesaurizat, & non est dives.

Confidera III. An non in te quoque fuerit similitudo huius concupiscentia, pro qua adimplenda tot inanes invidiosæ, & que sollicitudines gesseris; an non illis meritò annuntia-

meris, de quibus S. David Ps. 38. dixit, *universa vanitas
vanis homo vivens; in imagine pertransit homo, sed & fru-
stratur;* thesaurizat, & ignorat, cui congregabis
Colloquium ad SS. Patronos.

Punctum II.

Confidera I. Quantorum malorum radix fuerit huic di-
concupiscentia, & abundantia bonorum & voluptatum
temporalium, nimirum omnium illorum vitiorum, quæ ex
convijs, nimio potu & cibo oriri solent.

Confidera II. An non similes effectus in te quoque produ-
hujus vel illius rei, quam tam inordinatè hæcenus ap-
peristi, concupiscentia? an non omnium aut plerorùmque
vitiarum & imperfectionum tuarum causa & origo extite-
rit? Unde bella & lites in vobis? nõne ex concupiscentijs
vitijs, quæ militant in membris vestris.

Confidera III. Si neminem in domo tua patereris, qui pa-
turbarer inter domesticos, variæque & gravia tibi ac il-
li damna crearet, an non æquissimum sit, ut tam noxiam
concupiscentiam ex animo tuo penitus eijcias, memor
sententissimæ illius doctrinæ ab Authore lib. de imit. 3. c. 27.
his verbis: Juvat igitur, non quælibet res adepta, & de-
ex corde radicitus: Crede ergo dictum tibi à DEO, quod
Sara Gen. 21. Abrahamo dixit: Eijce ancillam hæc
(concupiscentiam) & filium ejus (id est inordinatum amo-
Colloquium ad B. V.

Punctum III.

Confidera I. Quo potissimum medio DEVS hunc divitem
concupiscentia sua avertere conatus sit, nimirum illis ver-
bis: *Stulte hæc nocte animam tuam repetent à te, & qua-
erunt?* quasi diceret, cur fili mi quæris vani-
tatem, & mendacium, & non potiùs desideras verum & æter-
num bonum? cur siti animæ tuæ extinguendæ eligis guttam
medicæ ex lacuna sordidarum voluptatum haustam, & non
potiùs os animæ tuæ fonti vivo, & puteo aquarum viventium
applicas? cur amas bona, quæ quotidie peribunt, & cum
peribis & tu peribis millies, & non potiùs amas æternum bo-
num, ut æternùm beatè vivas, & interim bene vivas? cur a-

mas bona, quæ indigent bono, & non potiùs diligis bonum quod affluit bonis? cur amas bona, quæ nolunt a te amari, & non potiùs amas eum, quem omnia volunt amare? cur amas formas, quæ te deformant, & non potiùs amas eum, quæ si amaveris, faciet te formosum? cur amas bonum, quod alius amet, invides, aut irasceris, & non potiùs amas bonum quod, ut omnes ament, optabis & gaudebis?

Confidera II. Quàm efficax sit hoc medium, ut patet in aliis multis expertus est Rollandus, qui, postquam diu in tegrum in delicijs consumpsisset, tandem noctu ad se reversus cogitavit: & quid mihi relictum est ex his omnibus delicijs, quæ hodie percepi? an non, quòd de die hoc modò ratio, idem olim de tota vita iudicaturus sum? Cur ergo in illa, vagaris per creaturas, quærens bona animæ, & non quære unum bonum, in quo est omne bonum, & sufficiens? Exit & sequenti die Religionem ingressus est.

Confidera III. Quomodo tu quoque idem medium adhibere velis, & vel hodie ita omnibus renuntiare, ut cum sanctis Apostolis dicere possis illud Matth. 19. *Eccce reliquimus omnia &c.* Colloquium ad Christum frequenter videtur S. Augustini l. 10. c. 27. repetendo, *serò te amavi, & christudo tam antiqua & bona, serò te amavi.* Ecce non eras, & ego foris, tecum eras, & tecum non eram. Item videtur S. Davidis Ps. 72. *quid mihi est in celo, & à te, qui sedes super terram, Deus cordis mei, & pars mea Domini aeternum.* Vide Spinolam p. 2. Medit. 153. fol. 351.

Legatur ex lib. de imit. 3. c. 32. & illa maxime verba perpendantur: Tene breve, & consummatum verbum, mitte omnia, & invenies omnia; relinque cupiditatem, & invenies requiem.

Pro prima Die.

MEDITATIO IV.

DE MORTE JUSTORUM ET
PECCATORUM.

Scopus.

Propositum se bene præparandi ad mortem.

Punctum I.

Confidera I. Parabolam de seruo vigilante, & Domini à Nuptijs redeuntis adventum expectante, quam S. Lucas c. 12. sic describit: *Sint lumbi vestri praecincti, & lucernae ardentes in manibus vestris, & vos similes hominibus expectantibus Dominum suum, quando revertatur à nuptiis, cum venerit & pulsaverit, confestim aperiatur ei: Beati servi illi, quos, cum venerit Dominus, invenerit vigilantes: Amen dico vobis, quod praeinget se, & faciet illos discubere, & transiens ministrabit illis. Et si venerit in secunda vigilia, etsi in tertia vigilia venerit, & ita invenerit, beati sunt servi illi. Hoc autem scitote, quoniam si sciverit pater familias, quâ horâ fur veniret, vigilaret utique, & non suerit perfodi domum suam. Ita & vos estote parati, quâ horâ, quâ non putatis, Filius hominis veniet. Vide itaque, quis Scopus à Christo per hanc parabolam intensus sit, scilicet ut nos adhortaretur, ad mortis horam semper ob oculos habendam, atque ad eò omnia illa media adhibenda, quae ad vitam sanctè felicitèrque claudendam conducere possunt.*

Confidera II. Quidnam sit, quod potissimum in seruo Parabolico Christus requisivit, & laudavit, nimirum *vigilare*, id est, non somnolenter officia ad verum DEI servum, id est, Sacerdotem, spectantia obire. 2. *Quoad lumbos succinctum* fore, id est, omnes carnis concupiscentias, quae à perfectione potissimum impediunt, per mortificationem refrænare. 3. *Lucernas ardentes in manibus tenere*, id est, totam vitam suam sanctissimo DEI beneplacito (quod juxta Davidem Ps. 118. est lucerna pedibus nostris, & lumen semitis nostris conformare.

Confidera III. Quomodo hæc omnia hætenus observaveris, & observare deinceps velis. Colloquium ad SS. Patrones.

Punctum II.

Confidera I. Quale præmium Christus promiserit seruo vigilanti, nimirum quòd beatus sit futurus, & super omnia bona constituendus.

Confidera II. Quamnam fit illa beatitudo, quam boni
super quæ constituetur talis servus, nimirum illa, de qua
Apostolus 1. ad Cor. 2. 1. dixit, quòd nec oculus ea vidit
nec auris audiverit, nec in cor hominis ascenderit.
item, de quibus S. David Ps. 16. dixit: *Satiabor, cum appe-*
verit gloria tua.

Confidera III. Quam dignum sit hoc præmium, ut pro-
pter illud omnia supra dicta capita exactissimè impleat
observes, maximè si perpendas, quam multò difficiliore
sequia exhibeant filij hujus seculi, ut præmium longè
nùs, & beatitudinem tantum apparentem, paucisque
duraturam obtineant; an non vel horum exemplo ad fidem
servi officium perfectè præstandum te excitabis, illudque
Augustini olim efficaciter propositum objicies: *potero
isti? Ista, & ego non potero?* an non & illud Naamo à
suis 4. Reg. 5. dictum applicabis, paucis mutatis, & dices
si rem grandem tibi dixisset DEVS, certè facere deberem
quantò magis, quia nunc dixit tibi: *Vigila, sicut lumbi
præcincti, & lucernæ ardentes in manibus tuis?* Quod
quium ad B. V.

Punctum III.

Confidera I. Quid in eadem parabola Christus dixit
servo, qui dicens in corde suo: moram facit Dominus
venire: cœpit percutere servos & ancillas, & edere, & bibere
& inebriare &c. nimirum quòd Dominus ejus in die, quod
sperat, & horâ, quâ nescit, veniet, & dividet eum, partem
que ejus cum infidelibus ponet.

Confidera II. Quam gravis pœna in dictis verbis
prehensa sit, quid enim est dividi à DEO, quam pœnam
incurrere, & à beatitudine summa separari? quid est pro-
tem cum Infidelibus accipere, nisi cum his pœnam sensu
catis actualibus debitam sustinere?

Confidera III. Si pœna hæc tantò major est in illo
qui magis voluntatem Domini cognovit, frequentiusque
Domino ad vigilantiam excitatus est, pluribusque modis
tale officium præstandum instructus, majoribusque præmiis
propositis animatus, quantam pœnam expectare, & time-
debeat Sacerdos, qui tot inspirationes, tot auxilia, tot
sed ab

iffa eundem in finem accepit? an non verè vapulabit multa, si vigilantiam negligat, & alia fidelis servi officia officiosè perfolvat? vide ergo, quid hætenus egeris, & agere incipere velis. Colloquium ad Christum cum convenientibus affectibus. Vide Spinolam p. 2. med. 156. fol. 400.

Legatur ex lib. 1. de imit. c. 23. & illa præcipuè verba bene perpendantur: Beatus, qui horam mortis suæ semper anteculos habet, & ad moriendum quotidie se disponit. Stude de nunc taliter vivere, ut in hora mortis valeas potiùs gaudere, quàm timere.

Pro secunda Die.

MEDITATIO I.

DE JUDICIO EXTREMO.

Scopus.

Propositum DEO satisfaciendi, antequam rationem ultimam exposcat.

Tessera: Domine patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Matth. 18.

Punctum I.

Confidera I. Parabolam Regis, qui voluit rationem portare cum servis suis, quam S. Matthæus c. 18. sic describit: *Assimilatum est regnum caelorum homini Regi, qui soluit rationem ponere cum servis suis, & eum capisset rationem ponere, oblatum est ei unus, qui debebat ei decem millia talenta. Cum autem non haberet, unde redderet, jussit eum Dominus ejus vanumdari, & uxorem ejus, & filios & omnia, qua habebat, & reddi. Procidens autem servus ille, orabat eum, dicens: patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Misertus autem Dominus servi illius, dimisit eum, & debitum dimisit ei. Egressus autem servus ille invenit unum de conservis suis, qui debebat ei centum denarios, & tenens suffocabat eum, dicens: redde quod debes. Et procidens conservus ejus rogabat eum, dicens: patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Ille autem noluit: sed abijt, & misit eum in carcerem, donec redderet debitum.*

Bb 5

Viden-

Videntes autem conserui eius, quae fiebant, contristati sunt valde. & Venerunt, & narraverunt Domino suo omnia, quae facta fuerant. Tunc vocavit illum Dominus suus, & ait illi; serve nequã omnẽ debitum dimisi tibi, quoniam confisi me. Nonne ergo oportuit & te misereri conserui tui, & ego tui misertus sum? & iratus Dominus eius tradidit eum tortoribus, quoadusque redderet uniuersum debitum. Considera, inquam, quis sit scopus hujus parabola, scilicet, ut frequentius animo voluamus, quãm seculi olim ratio à nobis sit exigenda, atque aded in hac vita morè DEO satisfacere studeamus.

Considera II. Quã timendus sit ille dies, in quo ratio à nobis exigetur, siue Rex ipse rationem exigens spectetur, utpote, qui est infallibilis propter potentiam, inextinguibilis propter justitiam, infugibilis propter potentiam, & inobediens, de quo exigetur ratio, consideretur, quod incutit omnem cogitationem, verbum & opus siue sententiam tendatur, quæ est irrevocabilis, siue denique ipsa peccata per sententiam decreta perpendatur, quæ etiam pro leuibus delictis infligta superat omnem pœnarum & tormentorum in hoc mundo infligi solitorum acerbiter.

Considera III. Si juxta Christi effatum apud S. Lucam cap. 12. omni, cui multum datum est, multum quærentur ab eo, & cui commendaverunt multum, plus petent ab eo, quã difficilem rationem sit habiturus, cui tam multa & singularia beneficia, tam pretiosa talenta, tam præclara & sanctè vivendum occasiones, tam multa ad proximo bene faciendum media à Deo sunt oblata. Vide proin, quantum quum sit, ut tu quoque salutarem hujus judicij timorem accipias; & quidquid ad moderandum hunc timorem concipere potest, studiosè adhibeas, Colloquium ad S. PP. respondendo, ut in illo potissimum rationis reddendæ actu tibi adhibere dignentur.

Punctum II.

Considera I. Quo potissimum medio servus iste Evangelicus remissionem sui debiti obtinuerit à Domino, nimirum precipitans dixit: Domine patientiam habe in me, & omnem reddam tibi.

Confidera II. Quo modo alterum quoque caput addere debuisset servus iste, videlicet ut & ipse miseretur confertus, & debitum remitteret, quod quia non præstitit, iratus Dominus tradidit eum tortoribus, quoad usque redderet universum debitum.

Confidera III. Quàm apta sint hæc media ad ipsum etiam Deum placandum, quàmque adeò sedulò illa à te adhiberi delinceps debeant. Colloquium ad B. V. illud præcipuè usurpando: Domina nostra, mediatrix nostra, Advocata nostra: tuo Filio nos commenda, tuo Filio nos reconcilia, tuo Filio nos repræsenta.

Punctum III.

Confidera I. Quid sit omnia reddere, uti ad exemplum servi in prioribus punctis facturum te proposuisti, nimirum præteritas negligentias novo fervore, & extra ordinario perfectionis consequendæ studio compensare.

Confidera II. Quantum gaudium per talem fervorem Deo, Sanctis, tibi, Religioni, aut Ecclesiæ, fratribus tuis, imò & ipsi animabus purgatorij, pro quibus magnam operum tuorum partem à te offerri credo, creaturus sis, quàmque adeò potens motivum habeas ad hunc fervorem maximo, quo poteris, animi conatu suscipiendum, atque continuandum.

Confidera III. Quàm præclaras item occasiones habeas, eundem hunc fervorem ipso opere demonstrandi, hoc maxime tempore, quo & Deus paratus est efficaciora & plura tibi auxilia largiri, & domestici tui novum à te fervorem, & meliora vitæ sanctæ exempla expectant. An non ergo diceres cum S. Paulo ad Philipp. 3. *Fratres, ego me non arbitror comprehendisse, unum autem, qua quidem retro sunt obliviscens, ad ea verò, qua sunt priora extendens me ipsum, ad destinatum persequor bravium supernæ vocationis Dei in Christo IESU.* Colloquium ad Christum, illud cum Davide Ps. 142. assidue repetendo: *Domine, non intres in iudicium cum servo tuo &c.* Item illud Ps. 78. *Domine ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum, citò anticipent nos misericordia tua, quia pauperes (& debitores,) facti sumus nimis. Adjuva nos Deus salutaris noster, & propter gloriam nominis tui, Domine, libera nos, & propitius esto*

est peccatis nostris. Vide Spinolam p. 2. med. 120. fol. 391.
Legatur ex lib. 3. de imit. c. 14. & illa verba bene pepercuntur: Sto attonitus & considero, quia cœli non sunt in conspectu tuo. Si in Angelis reperisti pravitatem, non tamen pepercisti, quid fiet de me?

Pro Die secunda.

MEDITATIO II.
DE PURGATORIO.

Scopus.

Propositum liberaliter succurendi animabus defunctis, ut, quâ mensurâ mensus fueris, eâdem Deus remittat tibi.

Punctum I.

Considera I. Parabolam de villico iniquitatis, quam Lucas c. 16. sic narrat: *Homo quidam erat dives, qui habebat villicum: & hic diffamatus est apud illum, quasi dissipasset bona ipsius, & vocavit illum, & ait illi: quid hoc audio à te? redde rationem villicationis tuæ: jam enim non potero villicare. Ait autem villicus intra se: quid faciam, quia Dominus meus auferret à me villicationem: fodere non valeo, mendicare erubescio. Scio quid faciam, ut, cum auferretur à villicatione, recipiant me in domos suas. Corruptis itaque singulis debitoribus Domini sui, dicebat primis: quantum debes Domino meo? at ille dixit: centum calceoli olei. Dixitque illi: Accipe cautionem tuam & sede coram me, & scribe quinquaginta. Deinde alij dixit: tu vero quantum debes? qui ait, centum tritici coros. Ait illi: accipe litteras tuas, & scribe octoginta. Considera inquam, quis est villicus iste iniquitatis, nimirum homo, qui in administratione villicationis animæ suæ varias culpas veniales admisit, ideòque post mortem suam, quo tempore facultas villicationis & merendi sublata est, rationem omnium suorum operum dare cogitur, & à villicatione amovetur.*

Considera II. Si etiam justus septies in die cadit, quoties incredibile sit, te hactenus lapsum fuisse in venialia saltem peccata.

peccata, quàmque adeò meritò gravem pœnam timere possis in purgatorio subeundam.

Considera III. Si minima etiam purgatorij pœna omnium tormentorum, quæ in hac vita infligi possunt, gravitatem longissimè superat, quantum timorem te concipere par sit ob tot peccata venialia admitta, quibus unam ex majoribus ejusdem purgatorij pœnis es promeritus, quàmque adeò sollicitè prospicere debeas de medijs, quibus tam gravi pœnæ, si non omnino, majori saltem ex parte eximere te possis. Colloquium ad SS. PP. eos denuo in amicos & Patronos eligendo, ut, cum defeceris, recipiant te in æterna tabernacula.

Punctum II.

Considera I. Quo medio usus sit Parabolicus iste villicus, ut se pœnæ à Domino suo ob villicationem malè gestam intelligendæ subduceret, nimirum debitores sui Domini convocavit, eosque per expunctionem partes debiti amicos sibi fecit.

Considera II. Quantò præclarior tibi occasio offeratur simile medium adhibendi, & amicos longè potentiores simili officio faciendi, scilicet animas defunctorum liberando à suis pœnis, ut illæ vicissim pro te intercedant, efficiantque, ut vel omnino liber existas à gravissimis illis pœnis purgatorij, vel certè non nisi brevissimo tempore ibidem crucieris.

Considera III. Quàm efficax semper hoc medium à pijs & religiosis personis sit habitum, quàmque frequenti etiam experienciâ confirmatum, ita ut passim opinio jam invaluerit, vix ullum æquè proficuum medium esse ad pœnas illas evitandas, quam misericordiam dictis animabus impensam, cum ipse Servator dixerit Lucæ 6. eadem mensurâ, quâ mensi fuerimus, nobis remensum iri. Quanto proin studio deinceps illud adhibere & debeas, & velis. Colloquium ad B. V.

Punctum III.

Considera I. Quomodo misericordiam erga animas potissimum demonstrare possis, scilicet si frequenter indulgentias & sacrificia ipsis applies; si omnem vel potiorum operum tuorum fructum satisfactorium, alijs non obligatum, exemplo S. Gertrudis ijsdem liberaliter transcribas; vel si exemplo pij cujusdam Religiosi omnia sacrificia & preces post

post mortem pro te offerendas, quantum in te est, ipsis à Deo applicari humiliter petas.

Confidera II. Si villicus iste parabolicus tantopere se obstrinxit Domini sui debitores, quando partem tam exiguam debiti eorum expungere eos iussit, quanto magis tibi animas defunctorum obstricturus sis, si per supradictos, aut alios similes modos non partem duntaxat, sed totum debitum, & quidem tam grave, ipsisque tam onerosum expaxeris: quantam proinde benevolentiam & in hac, & in altera vita ab illis exspectare possis,

Confidera III. Quo modo hos modos, aut alios similes adhibueris, aut certè adhibere deinceps velis. Colloquium ad Christum cum protestatione, te ideò potissimum animabus illis succursurum, quod ab ipso didiceris, omnem charitatem, quæ uni ex minimis impensa fuerit, ipsi exhiberi conferri. Vide spinolanam p. 2, medit. 165. fol. 425.

Legatur ex lib. de imit. 3. c. 12. & illa præcipuè verba bene perpendantur: si dixeris, te non posse multa pati, quomodo tunc sustinebis ignem purgatorij: de duobus malis minus semper eligendam.

Pro secunda Die.

MEDITATIO III.

DE CUSTODIA SENSUUM.

Scopus.

Perfecta Sensuum externorum mortificatio.

Punctum I.

Confidera I. Egregiam illam parabolam, quam olim beatus Franciscus proposuit, dum dixit, Virginem fuisse, quæ vitæ vitam habuerit gemmam, summo tamen pretio æstimatam, quam ab ipsa obtinendam primò pictor quispiam varias imagines; subinde Musicus suavem concentum; tum coquus sordidissimos cibos; post hunc Pharmacopola pretiosos suffitus & odores; & tandem formosissimus juvenis lætæ amplexus obtulerint, qui tamen omnes repulsam passi sunt, utpote qui rem vanam, & vix momento duraturam in pro-

nam sponderint. Verum cum post hos Rex aliquis potentissimus, sapientissimus, pulcherrimusque suas illi nuntias promitteret, si gemmam illi offerret, hunc enim verò dignissimum suæ gemmæ possessorem censuit, promptissimèque illi gemmam obtulit.

Confidera II. Quod iudicium tulisses de hac Virgine, si ab ullo ex prioribus quinque Amasijs se persuaderi passa esset ad gemmam suam tam pretiosam pro tam vili munere offerendam: an non stultissimam iudicasses?

Confidera III. An non tu hæcenus simile quid egeris? Quid aliud enim hæc Virgo, nisi animam tuam? quid aliud gemma, nisi voluntatem tuam, aut amorem? quid aliud quinque illi Amasij nisi quinque sensus tuos repræsentant? vide ergo, à quo hæcenus & quoties persuaderi te passus sis, ut voluntatem tuam atque consensum traderes, ne modicâ, quam ille offerebat, voluptate carere deberes; vel nunc ergo stultitiam tuam corrige, & deinceps blanditias sensuum tuorum contemnere disce. Colloquium ad SS. PP.

Punctum II.

Confidera I. Quàm libenter renunciare debeas voluptatibus sensuum, utpote quæ viles, fluxæ, vanæ & noxiæ sunt, quod pulchrè videtur indicasse Thomas K. lib. de imit. 1. c. 20. dum dixit: *Quid potes alibi videre, quod hic non vides? ecce calum & terra, & omnia elementa, nam ex istis omnia sunt facta.* Quasi diceret, quemadmodum partus ab ipsa Matre varias qualitates accipit, ita voluptates omnes ab elementis velut matre varias itidem qualitates acceperunt, à terra quidè vilitatem, ab aqua fluibilitatè seu brevitatem, ab aère vanitatem, ab igne virtutem nocendi corpori & animæ.

Confidera II. Quàm efficacia sint hæc motiva ad persuadendum quemvis, ut omnibus sensualibus voluptatibus renuntiet, omnemque suum amorem in Regem parabolâ supra posita descriptum transferat.

Confidera III. Quomodo tu hæcenus hac in parte te gesseris, & deinceps gerere velis. Colloquium ad B. V.

Pun-

Considera I. Quis sit Rex ille, cui Virgo nostra parabolica gemmam suam obtulit, nimirum Deus, qui omnes qualitates in Rege illo descriptas perfectissimè contineat, ita ut jure de illo usurpare possit illud *sop. c. 7. omnia vobis generunt, mihi pariter cum illo, & innumerabilis benedictio* (atque voluptas) *per manus illius.*

Considera II. Quàm dignus sit Rex iste, ut gemmam voluptatis, aut amoris tui eidem offeras, cum in eo veluti fonte reperias abundantissimè id omne, quod à sensibus tuis, & creaturis velut eorum objectis expectare poteras.

Considera III. Quomodo proinde Deum omnibus his sensibus voluptatibus præponere, & in has aut similes voluntates prorumpere in omni tentatione sensuali velis: *Quis ut Deus meus & omnia, quid mihi est in celo, & à te quid habui super terram?* Colloquium ad Christum cum contrariis affectibus, maximè illud S. Bernardi assidue repetendo: *IESU dulcedo cordium, fons vivus, lumen mentium, excedens omne gaudium, & omne desiderium.*

Legatur ex lib. 3. de imit. c. 21. & illa maximè verba bene perpendantur: Non potest cor meum veraciter requiescere, nec totaliter contentari, nisi in te requiescat, & contempla dona, omnemque creaturam transcendat. Item: quærat alij pro te aliud, quodcunque libuerit; mihi aliud inter se nil placet, nec placebit, nisi tu Deus meus, spes mea, & æterna.

Pro secunda Die.

MEDITATIO IV.

DE INFERNIS.

Scopus.

Horror peccati mortalis & voluptatum cum zelo aliena Salutis.

Punctum I.

Considera I. Parabolam de divite Epulone, quam S. Lucas c. 16. sic describit: *Homo quidam erat dives, qui in divitiis habebat*

atur purpurâ; & bysso, & epulatur quotidie splendide. Et
erat quidam mendicus, nomine Lazarus, qui jacebat ad
pedes ejus ulceribus plenus, cupiens saturari de micis,
quæ cadebant de mensa divitis; & nemo illi dabat: sed &
canes veniebant, & lingeabant ulcera ejus. Factum est au-
tem, ut moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in
sinu Abrahe. Mortuus est autem & dives, & sepultus
est in inferno. Elevans autem oculos suos, cum esset in tor-
mentis, vidit Abraham à longè, & Lazarum in sinu ejus;
& esse clamans dixit: Pater Abraham, miserere mei, &
mitta Lazarum, ut intingat extremum digiti sui in a-
quam, ut refrigeret linguam meam, quia crucior in hac
flamma. Et dixit illi Abraham: Fili recordare, quia rece-
disti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala: nunc
autem hic consolatur, tu vero cruciaris: & in his omnibus,
inter nos & vos magnum chaos firmatum est: ut hi, qui vo-
lunt hinc transire ad vos non possint, neque inde huc trans-
ire. Et ait: Rogo ergo te Pater, ut mittas eum in do-
mum Patris mei, habeo enim quinque fratres, ut testetur
illis, & ipsi veniant in hunc locum tormentorum. Et ait
illi Abraham: Habent Moysen & Prophetas: Audiant illos.
At ille dixit: Non, Pater Abraham: sed si quis ex mortuis
resurxerit ad eos, penitentiam agent. Ait autem illi: si Moysen
& Prophetas non audiunt, neque, si quis ex mortuis resur-
xerit, credent. Considera, inquam, quantas hic Epulo
penas illo in loco patiat, quas breviter, sed nervosè de-
scripsit, qui dixit, in inferno esse omnis boni absentiam, om-
nis mali præsentiam, omnis mali indefinentiam.
Considera II. Quas ob causas in tantum malum inciderit
ille Epulo, nimirum, quia bona recepit in vita, id est, quia
licitis voluptatibus fruendis vitam suam totam impendit.
Considera III. Quàm stulta hæc fuerit mercatio, quâ pro
momentanea voluptate empta sunt tam gravia, æternaque
mala: an non jure merito dives hic cum Jonatha; Reg. 34.
exclamare potuerit: paululum gustavi mellis, & ecce mor-
tor, & quidem in æternum. Colloquium ad SS. PP.

Punctum II.

Considera I. Si Epulonem hunc aliquis à poena hac sua
Instru. VIII. Ecce in ex-

inexplicabili liberasset, quanto amore in hunc suum deceptorum rapiendus fuisset; aut si ei optio facta esset, ut vel in inferno manendi per æternitatem, vel redeundi in terras unquam fecit, pœnitentia perseverandi, quam se judicaturus, & quam prompto animo posteriorem partem accepturus fuisset.

Considera II. Cùm tu quoque toties Deum fortè offenderis, toties infernum merueris, & tamen ritas in inferno pœnas non luas, an non perinde hoc beneficium æstimare debeas, ac si re ipsa in inferno positus eadem extractus fuisses? an non ergo vel ex hoc solo Deum summè amare, omniâque adversa & difficilia præ, alacritérque in consideratione pœnæ hujus & condonatae tolerare debeas?

Considera III. Quid potissimùm tibi hæcenus ciderit; quid item Sacerdos aliquis damnatus, si nem sperare posset, de tua hac difficultate sentiret; quæ eam duceret, etiamsi millies & centies millies & diuturnior esset, adeoque ab alieno exemplo enâ calamitate tuas ærumnas leviter ferre discere. Colloquatur ad B. V.

Punctum III.

Considera I. Quàm sollicitus fuerit hic Epulo, ne sui veniant in hunc locum tormentorum, quàmque suppliciter ab Abrahamo petierit, ut mitteret eum in domum Patris sui.

Considera II. Si carnalis affectio & propinguitas valuit, quantum in te efficere debeat spiritualis fructus, utpote qui eodem cum peccatoribus sanguine, Christi licet, es spiritualiter regeneratus; imò & ratione mentis tuæ arctiorem ipsius etiam Paternitatis spiritualis conjunctionem es nactus.

Considera III. Si ipsi huic Epuloni concessa esset facultas ad suos remeandi, eosque alloquendi & iuramentum, quàm potentibus argumentis eos ad odium peccati & præteritum, ad horrorem inferni, ad amorem & timorem

ne suum negotium; quàm nulli labori parurus fuisset in eorum sa-
 a esse à Deo promovenda &c. Quantò magis ergo hæc eadem tu
 recedendi curare debeas, utpote cui non concessa duntaxat facultas
 us hominum, cognatos hos tuos & filios spirituales alloquendi & ad-
 i, quim loquendi, sed etiam tam copiosa auxilia offeruntur, ut tale
 officium majori cum fructu ijsdem exhibere possis. Collo-
 quium ad Christum cum congruis affectibus. Vide Spino-
 sam p. 2. med. 167. fol 419.

Legatur ex lib. 1. de imit. c. 24. & illa præcipuè verba
 de hoc bene perpendantur: disce nunc in modico pati, ut tunc va-
 posius tibi à gravioribus liberari. Hic primò proba, quid possis
 e solo impetere, si nunc tam parùm valeas sustinere? si modò modi-
 ficilia pro tanto passio tam impatientem efficit, quid gehenna tuæ faciet?

Pro tertia Die.

MEDITATIO I.

DE REGNO CHRISTI.

Scopus.

Perfecta Christi Imitatio.

Espera: qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed
 habebit lumen vitæ. Joan. 8.

Punctum I.

Considera I. Parabolam à S. Ignatio in lib. exercitiorum
 propositam de Rege, qui omnes suos subditos ad bellum
 contra hostes evocavit, eâ tamen conditione, ut tempore
 idem belli eodem victu, vestitu, aliisque rebus, quo ipse
 fuerat, utantur, sed in ijsdem laboribus, & vigilijs, &
 alijs ceteris cum eodem persistant, post finitum verò belli
 participes fiant victoriæ & felicitatis, prout laborum
 molestiarum socius quisque extiterit, uti fusiùs in libello
 exercitiorum S. Iguatij legere est.

Considera II. Quid respondere debeant subditi tali Regi;
 non æquissimum sit, ut quisque promptissimo animo ad
 eius signa convolet, paratissimùmque se ad omnem ejus vo-
 luntatem offerat?

Considera III. Quantò promptius tu sub vexillum Chri-
 sti

sti confugere debeas, siue Ducis tui præstantiam & dignitatem; siue hostium, contra quos certandum est, erga te omnium & crudelitatem; siue victoriæ, quam sperare sub tam Duce iustissimè potes, nobilitatem; siue præmij tandem & prædæ, quam ex tali victoriâ referes, magnitudinem pendas. Colloquium ad SS. PP. gratulando de tam insigni victoriâ sub tali Duce obtenta.

Punctum II.

Considera I. Quænam sint potiores militis proprietates nimirum deserere patriam & amicos, indifferentem esse ad omnia loca & officia, paratum esse ad omnia Ducis imperia exequenda, nullâ inopiâ, difficultate, aut periculo tremens contra hostes suos fortiter ac generosè in conspectu Regis sui, & pro ejusdem gloria pugnare.

Considera II. Quàm promptè ac perfectè hæc omnia virtutes hujus sæculi præstent, & quidem tam modico ducis excitati, tam incertâ spe prædæ aut victoriæ allecti, tam firmi ac humilis Ducis exemplo animati.

Considera III. Si isti talia poterant cum tam levibus auxilijs & motivis, quantò facilius tu eadem exequi ac observare possis tam potentis Regis præsentia animatus, auxilijs adjutus, & tantis præmij excitatus. Vide ergo, quomodo modo hætenus has condiciones impleveris, aut certe ut ceptis implere velis. Colloquium ad B. V.

Punctum III.

Considera I. Contra quem potissimum hostem militem sub Christi vexillo debeas, nimirum contra te ipsum; id est nim ipse Dux tuus indicasse videtur, quando March. ad. dixit: *si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & sequatur me.* Vide recte Thomas Aquinas lib. 1. c. 3. ait: *hoc deberet esse negotium nostrum, scilicet se ipsum, & quotidie se ipso fortisorem fieri.* Et 3. c. 53. *si verè velit esse spiritualis, oportet eum remanere tam remotis, quàm propinquis, & à nemine magis carere quàm à se ipso. Si te ipsum perfectè viceris, cetera facilius subjugabis. Perfecta victoria est de semetipso triumphare.*

Considera II. In quo consistat hæc victoria, scilicet

inde ac bello victi solent, totus secundum arbitrium
victoris, id est, rationis tuæ & Dei vivas, quod præclare ite-
m indicavit Thomas Kemp' l. 3. c. 53. dum in persona
Christi dixit: *Qui semetipsum subiectum tenet, ut sensua-*
rum rationi, & ratio in cunctis obediat mihi, hic verè via-
tor est sui, & Dominus mundi.

Considera III. Quomodo hanc victoriam obtinere possis,
scilicet ijs medijs, quibus victoriæ corporales obtineri ple-
rumque solent, quorum tria sunt potissima. Primum auxi-
lium divinum. Secundum Patrocinium certorum SS. ma-
rimè BB. MARIÆ de Victoria. III. Generosa & constans
voluntatis aggressio & persecutio, quàm multum juvat Ducis
praesentia representata, memoria præmij victoribus promif-
sæ, consideratio infamiæ, servitutis, & crudelitatis incurrendæ
& sustinendæ ab eo, qui hostibus suis in hoc certamine suc-
cubuerit. Vide itaque, quomodo tu hæc media ar-
cipueris, aut certè arripere deinceps velis. Colloquium ad
Christum eligendo eum in Ducem, & Sacramentum militare
semper dicendo.

Legatur ex l. 3. de imit. c. 61. & illa præcipuè verba be-
ne perpendantur. Eia fratres pergamus simul, JESUS erit
nobiscum. Erit adjutor noster, qui est Dux noster & præces-
sor. En Rex noster ingreditur ante nos, qui pugnabit pro
nobis. Sequamur viriliter, nemo metuat terrores, si mus
parati fortiter in bello, nec inferamus crimen gloriæ no-
stræ, ut fugiamus à cruce.

Pro tertia Die.

MEDITATIO II.

DE ABNEGATIONE OMNIS AMORIS INORDINATI ERGA RES CREATAS.

Scopus.

Studium dictæ Abnegationis.

Punctum I.

Considera I. Parabolam de homine, qui volens turrim
edificare, non potuit perficere, quam sic S. Lucas c. 14. de-
scribit.

scribit. *Quis enim ex Sobiis volens turrim ædificare non prius sedens computat sumptus, qui necessarii sunt, si volens ad perficiendum, ne posteaquam posuerit fundamentum, non potuerit perficere, omnes, qui vident, incipient blasphe-
re ei, dicentes, Quia hic homo capit ædificare, & non potuit consummare?* Considera ergo primò quàm bene hominem hunc Sacerdotes designentur, utpote, qui vultum sui obligantur ad perfectionis turrim ædificandam.

Considera II. Quàm præstans sit hæc turris Sacerdotum perfectionis, siue illius altitudinem spectes, quæ merito citur pertingere usque ad cælos; siue firmitatem consideres, quæ tanta est, ut portæ inferi non possint prævalere ad intrinsecam; cum enim perfectus homo Deum pro muro suo habet, jure cum S. Davide Pl. 26. exclamare poterit: *si con-
versum me castra, non timebit cor meum;* siue candorem attendas, ob quem rectè turris eburnea dici potest; denique Incolas ejusdem & thesauros perpendas, non Deum cum gratia & virtutibus, meritisque supernaturalibus quæ in eadem velut tutissimo & dignissimo habitaculo con-
ducuntur.

Considera III. Quantum beneficium tibi à Deo per hoc dotij munus concessum sit, dum per illud tibi tam copiosa media obtulit ad tam præclaram altamque turrim ædificandam, quàmque adeò promptè hæc media arripere, & viribus te ad turrim hanc ædificandam accingere. Colloquium ad SS. PP.

Punctum II.

Considera I. Quodnam sit fundamentum ad ædificationem talis turris necessarium, scilicet omnis amoris innati erga res creatas abnegatio; ita enim Christus sine hujus parabolæ indicasse videtur, dum dixit: *si quis non renuntiat omnibus, quæ possidet, non potest meus esse discipulus.*

Considera II. Quàm convenienter hæc abnegatio fundamentum sacerdotalis perfectionis ponatur; cum enim una parte perfectio sacerdotalis in perfecta charitate consistat; ex altera verò parte, ut Thomas K. 1. 2. c. 7. *dilectus tuus talis sit natura, ut alienum non velit ad-*

vere, sed solus velit cor tuum habere, & tanquam Rex in proprio throno sedere, facile patet, non posse Sacerdotem unquam ad perfectionem pervenire, nisi generosè priùs omnibus rebus creatis valedicat.

Confidera III. Quomodo tu haecenus fundamentum hoc posueris, aut ponere certè deinceps velis. Colloquium ad A. Virg.

Punctum III.

Confidera I. Non satis esse ad turrim hanc ædificandam, ut quis fundamentum posuerit, sed insuper requiri, ut sumptus habeat ad perficiendum, id est, media convenientia eligat, & adhibeat, quorum auxilio reliquum perfectionis ædificium super exstruere, atque ad ipsum charitatis apicem perducere possit.

Confidera II. Quæ sint illa media ad hunc finem tantopere necessaria, nimirum auxilij divini humilis imploratio, & V. & SS. Patronorum summa veneratio, serua Deo soli servandi resolutio, profunda, sibi que semper diffidens demissio, & constans denique propositorum executio.

Confidera III. Quàm parùm haecenus tu hos sumptus comparare studueris, & quàm justè ob eorum defectum illudere tibi non modò homines, sed & dæmones potuerint, ut dicere: *hic homo cepit ædificare, & non potuit consummare.* Vide ergo, quomodo deinceps saltem illos parare, atque ad dictum perfectionis ædificium erigendum novo animo te accingere velis. Colloquium ad Christum cum coarguis affectibus.

Legatur ex lib. 3. c. 58. & illa præcipuè verba bene perpendantur: si ad hunc apicem scandere gliscis, oportet virriter incipere, & securim ad radicem ponere, ut evellas, & deliras occultam inordinatam inclinationem ad te ipsum, & ad omne privatum & materiale bonum.

Pro tertia Die.

MEDITATIO III.

DE LINGUÆ CUSTODIA.

C c 4

Scopus

Scopus.

Propositum linguæ refrenandæ.

Punctum I.

Considera I. Parabolam de homine, qui iter sammarum menti peragere iussus, equo alicui indomito & feroci le- misit, nec tamen ullum ori illius frenum circumdedit, de per avia & devia abreptus, & in obvios quosque irruens sibi & illis gravissima damna creavit. Considera, inquam, quale de tali homine iudicium ferre alij homines, imo tu ipse de eodem sentires? an non stultissimum iudicium an non indignum commiseratione ob damna, quæ ipse incurrit, dignum verò omnium aliorum, quos stultitia hoc facto suo læsit, odio censes? Quòd si verò & ipse damna sæpius expertus, & ab alijs frequenter, ut tandem quando saperet, frenumque æquo induceret, admonitum & tamen adhuc errorem non emendaret, an non graviter insuper pœnâ supplicioque dignum pronuntiaret?

Considera II. Quàm convenienter per hunc hominem significantur ij, qui linguam suam effrenare negligunt, quis enim nescit, quanta damna & injuriæ Deo, nobis & proximo nostro creentur, si frenum huic equo, id est linguæ circumdare negligamus? ut meritò S. Jacobus c. 3. omnem naturam bestiarum domitam esse à natura humana, linguam autem solam domari vix posse, utpote quietum malum, & plenum veneno mortifero.

Considera III. An non & tu talia damna frequenter ætenus sis expertus, atque adeò justissimas habeas cau- diendi, & sequendi consilium Ecclesiastici c. 4. *Aurum tuum & argentum conflagra, & verbis tuis facito stateram, & non nos ori tuo rector, & attende, ne labaris in lingua tua.* loquium ad SS. PP.

Punctum II.

Considera I. Quòdnam sit illud frenum, quod lingua inducere debes, nimirum firmissimum decretum non loquendi, nisi quando, & quantum necessitas, utilitas, aut charitas exigit, & serius conatus in hoc decreto executioni man-

lo, ut enim frenum duabus partibus constat, ita & hoc spirituale frenum dictis duabus partibus absolvitur.

Considera II. Sicut quondam non sufficit simplex frenum ad equum aliquem continentum, utpote minus ferocem, ideoque aliud mordacius frenum superaddendum est, ita & in lingua domanda, si quondam prædictæ duæ industræ non sufficiunt, tertiam superaddendam esse, scilicet voluntariam castigationem, quoties in lingua lapsus te adverteris.

Considera III. Quam efficacia sint hæc remedia, & quomodo tu hæc ea adhibueris, aut certe adhibere deinceps velis. Colloquium ad B. V.

Punctum III.

Considera I. Quanta commoda tibi ex tali refrenatione securura sint, nimirum similia ijs, quæ aliquis ab equo bono, beneque refrenato sperare potest, quorum tria sunt potissimum. Primum est, ut iter suum sine gravi molestia pergat. Secundum, ut brevi tempore ad terminum sibi præfixum perveniat. Tertium, ut, si hostis immineat, facilius certiusque illum effugiat.

Considera II. Quam longè præstantius hæc commoda ex refrenatione linguæ sperari possint, nam 1. Quæ gravior in via spiritali molestia, aut quod gravius offendiculum reperitur, quam peccatum? atqui hoc sicut in multiloquio non deest, ita vel maximè abest à linguæ custodia, hinc S. Petrus 1. c. 3. ait: *Qui sult vitam diligere, & dies videre vobis, coerceat linguam suam à malo.* 2. Brevi tempore ad perfectionem, quæ sacerdotis terminus est, pervenit; nam teste S. Jacobo c. 3. *Si quis in sermone non labitur, hic perfectus est vir.* 3. Suorum hostium insidias facilius declinat, quia, teste Salomone Prov. 10. *Qui moderatur labia sua, prudentissimus est,* quid mirum ergo, si faciliè se ab insidijs hostium expediat;

Considera III. Quam efficaciter hæc motiva persuadeant, ut omnem tuum conatum & diligentiam adhibeas in lingua tua refrenanda, quantoque adeò studio deinceps in hanc curam incumbere velis. Colloquium ad Christum.

Legatur ex lib. 1. de imit. c. 10. & illa maximè verba bene

considerentur: vellem me pluries tacuisse, & inter homines non fuisse. Malus usus & negligentia profectus nostri multum facit ad incustodiam oris nostri.

Pro Tertia Die.

MEDITATIO IV.

DE FERVORE IN PERFECTIO-
NIS STUDIO.

Scopus.

Idem fervor excitandus.

punctum I.

Confidera I. Parabolam de Patrefamilias, qui varijs horis exijt conducere Operarios, quam S. Matthæus c. 20. sic describit: *Simile est regnum Calorum homini Patrefamilias qui exijt primo manè conducere Operarios in Vineam suam. Conventionem autem facta cum Operariis ex denario dixerunt, et egressus circa horam tertiam vidit alios stantes in foro otiosos, & dixit illis: Ite & vos in Vineam meam, & quod justum fuerit, dabo vobis. Illi autem abierunt. Iterum autem exijt circa sextam, & nonam horam, & fecit similiter. Circa undecimam serò exijt, & invenit alios stantes, & dicit illis: Quid hic statis otiosi? dicunt ei: quia nemo nos conduxit; dicit illis: Ite & vos in Vineam meam. Cum serò autem factum esset, dicit Dominus Vineæ Procuratori suo: Voca Operarios, & dabo illis mercedem incipiens à novissimis usque ad primos. Venissent ergo, qui circa undecimam horam venerant, & percipiunt singulos denarios. Venientes autem & primos tractati sunt, quod plus essent accepturi; acceperunt autem ipsi singulos denarios. Et accipientes murmurabant ad Patremfamilias, dicentes: Hi novissimi una hora facti sunt pares illos nobis fecisti, qui portavimus pondus diei & aestus. At ille respondens uni eorum, dixit: Amice, non facio tibi injuriam: nonne ex denario convenisti mecum? Tolle, quod tuum est, & vade: Volo autem, & huic modo dare, sicut & tibi. Aut non licet mihi, quod volo, facere?*

an *Oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum?* Considera, inquam, quis Scopus à Christo per istam Parabolam intensus, nimirum ut ostenderet, fieri posse, & verò etiam non infrequenter solere, ut ij, qui seriùs ad servitium divinum accedunt, æquale aut etiam majus à DEO præmium accipiant, quàm ij, qui maturiùs accesserunt, & totam ferè vitam in Vinca Domini consumpserunt.

Considera II. Quàm magnum ex hac doctrina solatium haurire possitis, & tu, & alij tui similes, qui aut seriùs sacerdotium aggressi estis, aut certè non nisi tepidè ejusdem muneris & officia peregistis, quantòsque ad eò animos concipere debeatis, ad priorem negligentiam novo fervore compensandam.

Considera III. Quid tu hactenus hâc in parte egeris, & quid deinceps agere velis. Colloquium ad SS, Patronos.

Punctum II.

Considera I. Quo potissimùm medio priores negligentias, & jacturam meritorum compensare possis, nimirum si novo fervore perfectioni consequendæ studeas, ut enim aqua fervens majus spatium occupat, ita & animus fervore Spiritus accensus ad majora semper charitatis perfectionisque spatia seu augmenta se dilatat.

Considera II. In quo potissimùm consistat hic fervor, scilicet in hoc, ut omnium, quæ retrò sunt, oblitus ad anteriora te convertas, & singulari studio ad quotidiana tua opera perfectè obeunda incumbas, quæ quidem perfectio operum in hoc consistit, ut facias ea semper, quæ DEO placent; & eodem modo, quo ipsi placent; & quia ipsi placent.

Considera III. Quos fructus ex tali fervore sperare possis, nimirum illos, quos Thomas Kemp. lib. 1. c. 25. indicavit his verbis: *Si dederis te ad fervorem, invenies magnam pacem, & senties leviolem laborem propter DEI gratiam & virtutis amorem: Homo fervidus & diligens ad omnia est paratus &c.* Unde S. Ignatius in Epist. 2. §. 3. suos ita hortatur: *Fovete semper in sinu cordis vestri fervidum quendam sanctumque fervorem ad quosvis pro virtute exercendos labores, quia rarum aliquid & exiguum facinus sexcentis vulgariùs minutisque antecellit; ad quem enim virtutis*

GRA-

gradum multis annis piger non potest adreperere, ex qua temporis intercapedine diligens mirabiliter solat &c. Vide ergo, quomodo deinceps talem fervorem excitare velis. Colloquium ad B. V.

Punctum III.

Considera I. Quibus medijs hunc in te fervorem promovere, & conservare possis: tria præcipuè conducent. Primum est, ut sæpe consideres charitatem DEI, & beneficia tum generalia, tum particularia per vitam tibi collata, quæ utridem sanè sunt prunæ ad fervorem excitandum. Secundum, ut frequenter animo volvas, quòd hæc unica sit via ad summam felicitatem in hac & altera vita obtinendam. Quæ in finem proderit, tibi imaginari, idem nobis contigit quod homini illi, cui Rex thesaurum suum aperuisset, namque facultatem concessisset, unius diei intervallo, quantum veller, & posset, auferendi. O quam ferventem se hunc iste in tali labore ostenderet; quàm nullum momentum tibi sineret, quòd non in auferendis ex thesauro divitiarum sumeret! an non & tu quoque illis Eccl. 15. c. 9. verbis te hortaberis: *quodcumque facere potest manus mea, in hoc opere.* Tertium est, ut oculos convertas ad aulicos, mercatores, mercatores, & similes personas, & consideres, quantum faciant, & patiantur, ut hominis favorem sibi conciliant præmiâque & lucra peritura obtineant; an non enim talium exemplis motus exclamabis: poterunt isti, & isti, & ego non potero?

Considera II. Quàm efficacia, multisque exemplis habitus sint confirmata hæc motiva.

Considera III. Quomodo tu hæc motiva ea adhibere certè adhibere deinceps velis. Colloquium ad Christum. Vide Spinolam p. 2. Med. 171. fol. 444.

Legatur ex l. 1. de imit. c. 25. & illa præcipuè verba bene perpendantur: Igitur ad profectum ferveas, quia mercedem laborum tuorum in brevi recipies, nec erit tunc amplius dolor aut timor in finibus tuis. Modicum nunc laborabis, magnam requiem, imò perpetuam lætitiâ in venies.

Pro quarta Die.

MEDITATIO I.

DE PAUPERTATE SPIRITUALI.

Scopus.

Amor paupertatis augendus.

Tessera.

Vita mea Domino reddam coram omni populo ejus. Pl. 115.

Punctum I.

Considera I. Parabolam de thesauro abscondito in agro, quem, qui invenit homo, abscondit, & præ gaudio illius vadit, & vendit omnia, quæ habet, & emit agrum illum Matth. 13. Considera, inquam, quis sit thesaurus iste, nimirum ipse DEVS, qui in agro Status Religiosi vel Ecclesiastici absconditus jacet, invenitur autem ab omnibus, qui talem Statum non modo amplectuntur, sed etiam veri Religiosi aut Sacerdotis officium implere pro viribus conantur.

Considera II. Quam pretiosus sit iste thesaurus, sive antiquitatem spectes, quæ est æternitas; sive magnitudinem, quæ est infinita & inexhaustibilis; sive tandem varietatem consideres, quæ est omnium bonorum perfecta congregatio, uti ipse DEVS Moyse Exod. 33. indicavit, dum dixit: *ego ostendam omne bonum tibi.* Et expertus est S. Franciscus illud assiduo ingeminans: *DEVS meus & omnia.*

Considera III. Quantum desiderium qui vis merito concipere debeat thesauri hujus inveniendi, quamque adeo felicitatem te judicare debeas, quod aditus tibi à DEO apertus sit.

Punctum II.

Considera I. Quid requiratur ad thesaurum istum obtinendum, nimirum, ut vendas vel opere, vel affectu saltem universa, quæ habes, & emas agrum talem, & cum eo etiam ipsius DEI tui fruitionem, non in altera duntaxat, sed hac etiam vita quantum mortali homini fas est, obtinendam.

Considera II. Quid sit vendere universa, scilicet per Paupertatem exuere omnem affectum erga Parentes, Consanguineos,

guineos, divitias, & se ipsum, ita ut non aliter ullam erigatur
amemus aut adhibeamus, quam ordinata erga DEVM & nos.
ipsum charitas requirit, atque adeo quantum discretio p
tur, vilissima quæque in cibo, potu, vestitu, habitatione, ob
cui, aliisque similibus rebus & optemus, & eligamus.

Considera III. Quam longè tu hæctenus à tali pauperum
abfueris, & quomodo deinceps saltem exercere eandem vo
lis. Colloquium ad B. V.

Punctum III.

Considera I. Quod medium præcipuè conducatur ad
etiam Spiritus paupertatem obtinendam, nimirum si frequen
ter ea, quæ relinquis, cum thesauro, quem emere statim
comparas, certoque tibi persuadeas, omnia ea, quæ relin
sti, infinities præstantius te in hoc thesauro invenire, ut
de quo merito usurpare possis illud Sap. c. 7. *Generavit me
omnia bona pariter cum illo, & innumerabilis honestas
manus illius, & letatus sum in omnibus &c.*

Considera II. Si Elcana i. Reg. i. uxori suæ ob sterilitatem
fletu dicere ausus est: *Anna, cur flet, & quare me
medi, & quam ob rem affligitur cor tuum? nunquid magis
melior tibi sum, quam decem filij?* Quanto magis tu
Deum repræsentare, & ob hujus vel illius rei create desol
ationem tristanti dicentem quasi audire debeas: nunquid
ego melior tibi sum, quam ista aut illa creatura? nunquid
ego sum fons ipse solidarum voluptatum & deliciarum? an
ergo derelinquis fontem vivum, & fodis tibi cisternas
patas, quæ continere non valent aquas.

Considera III. Quam efficax sit hoc medium, quàm
adeo sollicitè & efficaciter tu illud adhibere debeas & velis.
Colloquium ad Christum, illud S. Davidis Ps. 72. affectu
& efficaciter pronuntiando: *Quid mihi est inculo, & quid
quid solui super terram, Deus cordis mei, & pars mea Deus
in æternum.* Vide Spinolam p. 2. Med. 90. pu. 1. l. 224.

Legatur ex lib. 2. de imit. c. 11. & illa maximè verba
bè considerentur: tunc verè pauper, & nudus spiritu esse
terit, & cum Propheta dicere: *Quia unicus & pauper
ego: nemo tamen isto ditior, nemo potentior, nemo libe
rior: qui se & omnia relinquere scit, & ad infimum se po
nere.*

Pro quarta Die.

MEDITATIO II.

DE CASTITATE.

Scopus.

Amor ejusdem Virtutis augendus.

Punctum I.

Confidera I. Parabolam de filia cujusdam Mendici, quæ ut fufius describit Joan. Nierenbergius l. 1. de adorat. in Spiritu. c. 6. à Rege sapientiffimo, potentiffimo, & pulcherrimo in Sponfam electa est, & in Prætorium magnificum introduceta, quod Rex mirificè adornavit undique sculpens sui imaginem, ut conciliaret sui amorem; sed & familiam & servos innumeros disposuit, quia ipsemet ei varijs in obsequijs ministravit, delicias suas esse cum illa reputans. Insuper instituit hæredem Regni sui, promiffis donis multò majoribus, si fidem servaret. Confidera, inquam, quis animus tali Virgini esse deberet; an non æquiffimum foret, ut omnem conatum adhiberet in tali Rege amando, summamque illi fidelitatem exhiberet?

Confidera II. Si talis mulier follicitaret ad adulterium, contempto Rege, mancipia stabulo infervientia, & hæc ipsa renitentia, fidemque Regi servare cupientia cogeret ad adulterium, arque ut tantò liberiùs his amoribus vacare posset, ipsum Sponsum hostibus suis occidendum offerret, qualem stultitiam ab ea commissam, & quàm gravi infamiâ pœnâque dignam judicares?

Confidera III. An non hoc ipsum faciat quævis anima per votum castitatis DEO desponsata, si spretis Sponsi sui cælestis amoribus ad carnales voluptates se convertat, easque sive cogitatu, sive verbo, sive opere ipso profequatur? Vide ergo, an non & tu similem stultitiam admiseris, & quomodo vel deinceps errorem hunc corrigere velis, delibera. Colloquium ad SS. Patronos.

Punctum II.

Confidera I. Si dicta Sponfa post turpe adeò facinus non modò

modò à Sponso suo non puniretur, sed ultro ab eodem ad conciliationem invitaretur cum plenissima veniæ concessione, imò & novorum donorum & favorum promissione, quòtopere hoc beneficium æstimare, & quanto amore deus Sponsum suum accendi deberet, novumque ad eò propozitum concipere, sumã cum fidelitate eidem Sponso suo adherere.

Considera II. An non tibi idem beneficium tanto potius sit exhibitum, quando nobilior est Sponsus, quem offendisti, & quando ignobilior eras, qui offendisti, & quando denique frequentius hæc ipsa gratia post iteratum lapsu collata est.

Considera III. Quàm æquum proinde sit, ut singulari modo deinceps castitati studeas, & totum tuum amorem huic Sponso consecres, ut vel nunc tandem jure usurpare possis illud Cantic. 2. *Dilectus meus mihi, & ego illi.* Cuius quum ad B. V. eam in testem fidei de novo datæ eligendo

Punctum III.

Considera I. Quo medio eadem Sponsa uti debuisset, à tam gravi & probroso scelere contineret, videlicet cum suis frequenter in Sponsum suum convertendo, ejusque probritudinem & amabilitatem cum turpitudine stabulariorum, quos deperibat, conferendo, an non enim tunc cum Bernardo exclamasset: *IESVS sole serenior, & balsamum suavior, omni dulcore dulcior, & cunctis amabilior!* an non cum Sponsa dixisset, *dilectus meus candidus & rubicundus electus ex millibus?*

Considera II. Quantopere hoc medio Sponsum suum vincere potuisset; si enim Sponsus in occulto vidisset à Sponsa Sponsam suam ad adulteriũ sollicitari, eam vehementer stanter spurios suos hos amores rejicere, ac sponsi sui probritudinem, debitamque illi fidelitatem objicere, an non potius summè illum hoc facto recreandum, atque in Sponsa suam amorem rapiendum fuisse? Atqui non minorem Cantic. Sponso suo recreationem faciet illa anima, quæ sensus suum ad adulterium spirituale incitantes constanter rejicit, an non ergo vel hoc solum motivum sufficiat, ad sensuum accensum tam custodiam adhibendam, omnemque carnalem voluptatem amore Sponsi sui fortiter ac generosè repudiandam.

Considera III. Quomodo tu hactenus hoc medium adhiberis, aut adhibere deinceps velis. Colloquium ad Christum, novam ei fidelitatem promittendo &c.

Legatur ex l. 2. de imit. c. 7. & illa præcipuè verba bene perpendantur: oportet dilectum pro dilecto relinquere, quia IESUS vult solus super omnia amari, dilectio creaturæ fallax, & instabilis, dilectio IESU fidelis & perseverabilis.

Pro Quarta Die.

MEDITATIO III.

DE REGVLARVM ET CONSTITVTIONVM
ECCLESIASTICARVM ACCVRATA
OBSERVATIONE.

Scopus.

Studium dictæ observationis augendum.

Punctum I.

Considera I. Parabolam de fideli dispensatore, quam S. Lucas c. 12. sic describit: *Quis putas, est fidelis dispensator, & prudens, quem constituit Dominus supra familiam suam, ut det illis in tempore tritici mensuram? Beatus ille servus, quem, cum venerit Dominus, invenerit ita facientem. Verè dico vobis, quoniam super omnia, quæ possidet, constituet illum. Quod si dixerit servus ille in corde suo: Moram facit Dominus meus venire: & caperit percutere servos, & anullas, & edere, & bibere, & inebriari: Veniet Dominus servus illius in die, quæ non sperat, & horâ, quæ nescit, & dividet eum, partemque ejus cum fidelibus ponet. Ille autem servus, qui cognovit voluntatem Domini sui, & non præparavit, & fecit secundum voluntatem ejus, Sapulabit multum: qui autem non cognovit, & facit digna plagis, Sapulabit paucis.* Considera, inquam, quàm convenienter per hanc dispensatorem intelligatur is, qui super familiam suarum potentiarum constitutus triticum voluntatis divinæ in tempore illis distribuit, id est, omni tempore potentias suas in executione voluntatis divinæ occupat.

Considera II. Cùm voluntatem DEI certissimè manifestent Regulæ Ordinis tui vel Ecclesiæ, quantam de illis æstimationem.

Instr. VIII.

D d

matio

mationem concipere, & quanto studio in exactam illorum observationem incumbere debeas.

Confid. III. Quomodo haecenus in hac parte te gesseris, non & tu secutus fueris Exemplum servi illius, de quo idem S. Lucas c. 12. loquitur, dixerisque cum eo: *moram fac Dominus meus Venire*: atque adeò liberè regulas vel constitutiones tuas, & voluntatem DEI transgressus sis, differtis studium perfectionis in posteriores annos. Colloquium ad SS. Patronos.

Punctum II.

Confidera I. Quæ causa fuerit, cur haecenus minus fidelem Dispensatorem te in regularum & constitutionum ecclesiasticarum observatione ostenderit, an non fortassis quam nimis de regulis talibus æstimationem conceperis, an non easdem negligenter legeris, aut meditatus sis, an non per respectum humanum impediri te permiseris ab exacta observatione? an non sinistro quodam judicio corruptus indicaveris, earum exercitium parùm prodesse ad perfectionem, neque etiam, si omittatur, multùm eidem obesse putaveris, an non rem arduam nimis putaveris, curam tuam ad alia vertere.

Confidera II. Quibus medijs occurrere velis his difficultatibus, nimirum 1. frequenti meditatione dictarum regularum. 2. Firmâ persuasione nihil perinde conducere ad perfectionem, quem in ingressu Religionis vel suscepti Sacramenti tibi præfixisti, consequendum, quàm earundem observationem; item nullo exercitio magis te placere DEO, aut Superioribus posse, quàm si in regulis observandis fidelem exhibueris; tum enim meritò spes magna de te concipi poterit, etiam in majoribus negotijs & officijs fidelem ac diligentem, juxta illud Christi Lucae 16. qui fidelis est in minimo, in majori fidelis est. 3. Generoso contemptu respectum superiorum ad exemplum S. Pauli ad Gal. c. 1. si adhuc habere non cupis placere, Christi servus non essem.

Confidera III. Quàm efficacia sint hæc media, quàm adeò singulari studio illa deinceps adhibere & debeas, Colloquium ad B. V.

Punctum III.

Confidera I. Quale præmium Dominus in dicta Parabola collaturus dicatur fideli Dispensatori, nimirum super omnia, quæ possidet, constituet eum.

Confidera II. Quàm præclarum hoc sit præmium, diuini quoque propter quod omni diligentia in Regularum observationem deinceps incumbas, quid enim est super omnia constituit, nisi in altera vita omnis boni possessorem efficit, & in hac vita in procuranda sui nominis gloria, & hominum salutem præ alijs adhibere, copiosaque eum in finem utilitatis conferre velle, ut adeò de tali Religioso vel Sacerdote vel maximè verificetur illud S. Davidis Ps. 1. Beatus vir, qui in lege Domini meditatur die & nocte, & erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo, & folium ejus non defluet, & omnia, quæcunque faciet, prosperabuntur.

Confidera III. Quàm æquum sit, ut tu, qui specialiter ad divinam gloriam, tuamque & proximi salutem procurandum vocatus es, à tali promissione præ alijs etiam movearis ad Regularum observandarum studium, ut per hoc medium tanto aptior fias instrumentum ad dictos fines procurandos. Colloquium ad Christum.

Legatur ex lib. 3. de imit. Christi c. 3. & illa præcipuè verba bene perpendantur. Audi, fili, verba mea, verba suavissima, omnem Philosophorum & sapientum hujus mundi scientiam excedentia. Verba mea spiritus & vita sunt, nec humano sensu pensanda. Scribe verba mea in corde tuo, & pertracta diligenter.

Pro quarta Die.

MEDITATIO IV.

DE OBEDIENTIA.

Scopus.

Studium dictæ virtutis augendum.

Punctum I.

Confid. I. Parabolam de duobus filijs, quã S. Matth. c. 21. sequentibus verbis narrat: *Habebar hominem quidem duos filios,*

D d 2

ES

Accedens ad primum, dixit: *Fili, Sade hodie, operatus est vinea mea.* Ille autem respondens, ait: *Nolo.* postea autem panitentia motus abiit. Accedens autem ad alterum, dixit similiter. At ille respondens ait: *Eo, Domine, & non recusat.* Considera, inquam, quem Scopum Christus in hac Parabola sibi præfixerit, scilicet, ut ostenderet obedientiæ præstantiam atque efficaciam, utpote ex qua potissimum sanctitas, pietas, & dignitas totius hominis sit æstimanda; hinc citra parabola statim subjunxit: *Amen dico vobis, quæ publicanorum meretrices præcedent vos Regno DEI.*

Considera II. Quàm multis exemplis hæc doctrina hinc sit probata, ex multis duo sufficient, Alterum David qui quinque annorum obedientia magni Antiochij gloriæ comparavit; alterum ipseus Christi, qui, quia utique ad crucem crucis obediens factus est, accepit nomen superius nomen.

Considera III. Cùm tu eam potissimum de causa Religionem ingressus sis, vel Sacerdotium assumpseris, ut ad perfectionem, veramque sanctitatem facilius citiusque pervenireas, quanto studio deinceps in hanc virtutem incumbereas, & velis. Colloquium ad SS. Patronos,

Punctum II.

Considera I. In quo consistat vera & perfecta obedientia, scilicet in hoc, ut non modo exequaris, quod Superiori præcipere, aut etiam optare duntaxat cognoveris, verum etiam optimum judices, ideoque cum magna promptitudine voluntatis suscipias; ita enim Christum Magistrum tuum suo docuisse, S. Matth. c. 11. testatur, qui illud hæc illud assidue usurpavit: *Ita Pater, quoniam sic placuit ante te.*

Considera II. Si Filij hujus sæculi hanc ipsam obedientiam tam perfecte exhibent propter levissimum meritum, aut aliud humanum motivum, quanto perfectius, propterea que tu obedientiam exercere debeas, ex qua summam gloriam, tibi summam felicitatem in hac & altera vita proximo vero tuo summum auxilium, solatiūque omnino impleveris, aut certe implere deinceps velis. Colloquium

B. V. statuendo illud deinceps assidue cum ipsa non tam
 rois, quam opere pronuntiare: *Ecce manserunt Domini,*
et mihi secundum Verbum tuum.

Punctum III.

Confidera I. Quo potissimum medio uti debeas ad infir-
 miam aliquem in obedientia profectum faciendum, nimirum
 vocem Superioris in ijs, quæ peccatum non involvunt,
 prout ut vocem ipsius DEI excipias, maximè cum ita mo-
 verit Servator tuus. Lucæ 10. dicens: *Qui vos audit, me*
audit.

Confidera II. Quàm efficax & suave sit hoc medium; si-
 cut Filij huius sæculi tam libenter audiunt voces poten-
 tium, sapientum, & amantum, an non & tu cum gaudio exce-
 ptus esses vocem Superiorum tuorum, si crederes, eam esse
 vocem ipsius DEI potentissimi, sapientissimi, & summè ama-
 tum: an non exclamares cum Apostolis Joan. 6. *Domine, ad-*
nam vivimus, Verba Vita aterna habes? aut cum Sponfa
 Cantic. 2. *Sonet Vox tua in auribus meis; Vox enim tua dul-*
cis, & facies tua decora?

Confidera III. Quomodo tu hoc medium hætenus adhi-
 beris, aut certè adhibere deinceps velis. Colloquium ad
 Dominum cum congruis affectibus, maximè illo, què S. David
 Ps. 18. expressit, dum dixit: *Paratum cor meum DEVS, pa-*
ratum cor meum.

Legatur ex lib. 3. de imit. c. 13. & illa præcipuè verba be-
 nigne ponderentur: quid magnum, si tu, qui pulvis es & nihil,
 propter DEVM te homini subdis, quando ego Omnipotens
 & altissimus, qui cuncta creavi ex nihilo, me homini propter
 DEVM humiliter subjeci?

Pro Quinta Die.

MEDITATIO I.

DE ORATIONE.

Scopus.

Orationis desiderium studiùmque augendum.

Dd 3

Tesse-

Tessera:

Rectè novit vivere, qui rectè novit orare. S. Augustinus
hom. 40.

Punctum I.

Confidera I. Parabolam de Amico, quam sic S. Lucas describit: *Quis Vestrùm habebit amicum, & ibit ad eum mediâ nocte, & dicit illi: Amice commoda mihi tres panes, quoniam amicus meus venit de Via ad me, & non habeo quod ponam ante illum, & ille deintus respondens dicit: Noli mihi molestus esse, jam ostium clausum est, & mei mei mecum sunt in cubili, non possum surgere, & dicit illi: Et si ille perseveraverit pulsans: Dico vobis, etsi non illi surgens, eo quod amicus ejus sit, propter importunitatem tamen ejus surget, & dabit illi, quotquot habet necesse.* Confidera, inquam, Scopum in hac Parabola intendi, scilicet, ut indicaret, quomodo oratio nostra conficienda debeat, ut à DEO, quicquid petierit, impetret.

Confidera II. Quænam sint illæ proprietates, quæ fructuosa habere debet. Nimirum 1. Ut sit amicus, quænam, ut Joan. c. 9. dicitur, *Peccatores DEVS non exaudit, sed si quis DEI cultor est, & voluntatem ejus facit, exaudit.* 2. Ut speret firmiter, se impetraturum, quemadmodum amicus iste toties pulsans fecit; ita testatur S. Jacobus c. 1. dicens: *Si quis Vestrùm indiget, postulet à DEO, qui dat omnibus affluenter, & non recusat, & dabitur ei. Postulet autem in fide nihil habens.* 3. Ut humiliet se, pulsétque, id est, humilitatem tantum & gestu corporis, quàm in ipsa verborum & petitionum latione præferat, indigentiam suam simul & indigentiam coram DEO profitendo; talis enim oratio penetrat, & donec propinquet, non consolabitur, & non discedet, nec altissimus aspiciat, quemadmodum Ecclesiasticus testatur. 4. Ut perseveret in oratione, sicut amicus pulsus; nam, ut S. Aug. super Pl. 65. ait, *DEVS, quod promisit, non facile de sententia movetur; quod promissum fixum; fallere non potest, habet, unde faciat.* In hoc Bernardus ait, *postquam oratio egressa est ab ore nostrum*

scribit eam in libro suo, & unum ex duobus indubitanter
 sperare possumus, quoniam aut dabit, quod petimus, aut
 quod novit utilius.

Confidera III. Quomodo tu haec has condiciones ob-
 servaveris, & deinceps observare velis. Colloquium ad SS.
 Patrones.

Punctum II.

Confidera I. Quæ potissimum impedimenta te à tam sa-
 larari studio haec hactenus impediverint; an non exigua nimis de-
 oratione, ejusque fructibus æstimatio concepta sit? an non
 exigua cura, & præparatio ad eandem ritè peragendam præ-
 missa sit? an non inanes sollicitudines curæque velut impor-
 tantæ muscæ orationis tuæ suavitatem perdididerint? an non
 inordinatus quidam affectus erga res creatas à tam suavi ac
 salutarum cum DEO colloquio abstraxerit?

Confidera II. Quomodo hæc impedimenta removere pos-
 sis, nimirum si certò tibi persuadeas, quod B. Aloysius dixit,
 Religionum & Ecclesiæ tam miseræ facies ex una neglecta
 oratione provenire; illam esse compendiosam viam ad per-
 fectionem, sine illa neminem se perfectè vincere posse. Imò
 S. Ignatius tanti faciebat orationem, ut P. Natali suadenti
 longioris temporis pro oratione præscriptionem diceret,
 sufficere etiam unicum quadrantem quotidianæ orationis ad
 vitam perfectè instituendam, ut Lancizius opusc. 2. n. 182.
 testatur; an non enim hac veritate bene perspecta omnem
 diligentiam in oratione adhibebis? an non curis tuis & affe-
 ctibus cum S. Bernardo aut Christo dices; *Manete hic, donec
 vadam illuc, & orem?* an non cum P. Suarezio fateberis,
 malle te omnem scientiam, aliâque dona naturalia perdere,
 quam unam orationis horam negligere?

Confidera III. Quomodo deinceps hæc media adhibere
 velis. Colloquium ad B. V.

Punctum III.

Confidera I. Quæ potissimum industriæ conducant ad o-
 rationem fructuosè peragendam; præ omnibus efficacem fore
 puro, si frequenter ponderes amabilitatem, & dignitatem
 Dei, sicque in illius amore semper crescere studeas; si enim in
 hoc mundo homines, quantò vehementius se amant, tantò
 arden-

ardentius desiderant simul colloqui, omnēque tempus in tali colloquio consumptum breve & jucundum esse faciunt, quanto magis animæ DEVM amanti jucundum erit, quam frequentissimè cum ipso conversari, & perinde ut Sponsa cum Sponso colloquens facere solet, omnes cogitationes & affectus importunè se tali colloquio ingerentes fortiter reiiciet.

Considera II. Quàm efficax sit remedium istud, uti videtur ipso Dæmonis conatu, quo orationem impedire studet, diligere potes; nimirum ut Patres Spirituales, cum advenisset aliquem inordinato amore cuiusdam mulieri adhaerere, vident, ut omne cum ea colloquium atque consortium fugant, ne per talem familiaritatem inajus augmentum capiat anima & Dæmon, ne per familiaritatem cum DEO semper illius amore proficiat homo, omni conatu ab orationis frequentia & fervore abstrahere eum nititur.

Considera III. Quomodo tu proinde hunc Dæmonem natum eludere, & quàm frequentissimè deinceps, diligentissimèque orationi vacare velis, Colloquium ad Christum illud assidue cum Apostolis rogando; *Domine, doce nos orare*. Vide Spinolam p. 2. Med. 150. pu. 1. fol. 384.

Legatur ex lib. 1. de imit. c. 18. & illa præcipuè verba cum rubore perpendantur: Per diem laborabant (SS. Patres) & noctibus orationi divinæ vacabant, quamquam laborando ab oratione mentali minimè cessarent. Omnis enim ad vacandum DEO brevis videbatur, & præ magna divinæ contemplationis, etiã oblivioni tradebatur necessitas corporalis.

Pro quinta Die,

MEDITATIO II.

DE HUMILITATE.

Scopus.

Amoris erga dictam virtutem augmentum

Punctum I.

Considera I. Parabolam de Pharisæo & Publicano, quæ in hæc verba S. Lucas c. 18. describit: *Duo homines*

ascenderunt in templum, ut orarent, unus Phariseus, & alter Publicanus. Phariseus stans, hac apud se habebat: Deus gratias ago tibi, quia non sum, sicut ceteri hominum, raptores, injusti, adulteri, velut etiam hic Publicanus; Ieiuno bis in Sabbato, decimas do omnium, quae sunt meae. Et Publicanus a longè stans, nolebat nec oculos ad caelum elevare: sed percutiebat pedus suum, dicens: Deus propitius esto mihi peccatori. Considera, inquam, quem Iosephus Christus per hanc Parabolam intenderit, scilicet ut nobis præstantiam & efficaciam humilitatis declararet, atque adeò ad illius amorem & praxin excitaret.

Considera II. Quàm bene iste Publicanus docuerit, in quo vera humilitas consistat, dum scilicet, non tantùm se per intellectum despexit, sed etiam per voluntatem, adeòque utramque humilitatem, intellectus scilicet & voluntatis conjunxit, nam ut S. Bernardus 142. in cant. ait, *alia est humilitas, quam veritas parit; alia, quam charitas format.* Ad quam utramque hortatur Apostolus ad Ep. Kemp. c. 4. *Obsecro vos, ut dignè ambuletis vocatione vestra cum omni humilitate.*

Considera III. Quid sit despiciere se ipsum; id re optimè magister humilitatis docebit, de quo S. Paulus ad Philip. c. 2. dixit: *qui cum in forma Dei esset, exinanivit semetipsum, formam servi accipiens;* unde ut servus nihil proprium habere voluit, sed omne lucrum Deo velut Domino obtulit; ipse ut servus omnia onera nostra in se suscepit; ipse vilissimè in victu, habitatione, vestibus &c. elegit; ipse ut servus omni honore caruit, factus opprobrium hominum, & abjectio plebis. Aspice ergo, & examina, an haec tenus secundùm hoc exemplar humilitatem exercere studueris, & vel deinceps errorem tuum, & negligentiam emenda. Colloquium ad SS. PP.

Punctum II.

Considera I. Quem fructum ex humilitate sua Publicanus iste retulerit, nempe descendit justificatus in domum suam, ut adeò verè in eo completum sit, quod Christus in fine parabola dixit: *qui se humiliat, exaltabitur;* quæ enim ma-

D d 5

for

ior exaltatio optari potest, quàm ex mancipio diaboli filium
& hæredem Dei effici.

Considera II. Si parva ista humilitas tantopere exaltat
hunc Publicanum, quantò altiùs exaltatura sit Religiosus
vel Sacerdotem, qui eidem perfectiori modo, scilicet ut
exemplar Christi studuerit; nimirum efficiet, ut, sicut Chri-
stus accepit nomen super omne nomen, ita & ipse ante alios
in perfectionis studio proficiat, atque adeò perfectus illi
amicus, & vir secundùm cor DEI dici possit, quod nomen
meritò summum honorem, quem homo optare potest, con-
tinet, atque adeò super omne nomen æstimari debet. Hic
sanè nomen accepit frater Urigman ex Dominicana Familia
qui, cum nullum sibi congruum locum reperire posset, se
in profundo inferno sub ipsomet Lucifero, hæc de celo
divit vocem: *citò huc ascende ad thronum altissimum patris
Dei.*

Considera III. Quàm pretiosus sit iste fructus, & quomodo
verè per illum impleatur, quod Christus Matt. c. 11. præcipit
sit, dum dixit: *discite à me, quia mitis sum, & humilis corde,*
& invenietis requiem animabus vestris, id est in Deo
per amorem perfectum quiescitis, hanc enim solam esse viam
animæ quietem, S. Aug. l. 1. conf. c. 1. indicavit dicens
*fecisti nos, Domine, ad te, & inquietum est cor nostrum, donec
nec requiescat in te.* Colloquium ad BB. V.

Punctum III.

Considera I. Quibus medijs potissimum ad insignem
quam humilitatem pervenire possis, nimirum duobus modis
mè, quorum prius est exemplum Christi, ut enim Rebecka
gen. 24. mox de camelo descendit, quando vidit Isaac
pedibus ambulans, ita & anima veri Religiosi aut Sacerdotis
mox de camelo superbiæ aut propriæ æstimationis descendit
filiet, si viderit Christum pro se tantopere humiliatum, ut
S. Bernardus ait: *Exinanivit semetipsum Christus, ut præ
præstaret exemplo, quod docturus erat verbo; & ut non
ponat se ultra magnificare homo super terram, intulerat
est enim impudentia, ut, ubi se exinanivit majestas, super
eulus insultetur, & tumescat.* Posterius medium est cogi-
tio sui, & consideratio priorum vitiorum, ut enim p.

noxi pennas expansas contrahit, ubi sordidos pedes aspexit, & homo facile de se conceptam opinionem dimittit, si, quantis vitijs & imperfectiōibus abundet, accuratius perpendat.

Considera II. Quam efficacia sint hæc media, multisque hætenus exemplis confirmata.

Considera III. Quomodo & tu deinceps illa diligentius adhibere velis. Colloquium ad Christum. Vide Spinolam p. 2. med. 167. fol. 432.

Legatur ex lib. 3. c. 8. & illa præcipue verba bene ponderentur: Merita non sunt ex hoc æstimanda, si quis plures visiones aut consolationes habeat; vel si peritus sit in scripturis, aut in altiori ponatur gradu, sed si verâ fuerit humilitate fundatus, & divina charitate repletus; si Dei honorem pure & integrè semper quærat; si se ipsum nihil reputet, & in veritate despiciat, atque ab alijs etiam despici, & humiliari magis gaudeat, quam honorari.

Pro quinta Die,

MEDITATIO III.

DE FREQUENTI RECOLLECTIONE

S V I.

Scopus.

Accuratus usus variorum Examinum.

Punctum I.

Considera I. Parabolam de muliere, quam sequentibus verbis S. Lucas 15. describit. *Mulier habens drachmas decem, si perdidit drachmam unam, nonne accendit lucernam, & evertit domum, & quarit diligenter, donec inveniat? & cum invenerit, convocat amicas, & vicinas, dicens: congratulamini mihi, quia inveni drachmam, quam perdideram?* Considera, inquam, quam bene hæc parabola Religiosis, & Sacerdotibus applicari possit, qui & ipsi Dei favorem, & amorem, item fervorem in Spiritu non quidem adhuc omnem, sed tamen ex parte per negligentiam suam & teporem amiserunt.

Conf.

Confidera II. Si mulier ista drachinam unicam, remissis adeò pretij, tam sollicitè quæsit, quantum tu diligentiam adhibere debeas in tua drachma quærenda, quæ tantopere tibi necessaria est ad gloriam Dei, tuamque, & proximi salutem cum summo tuo & illius commodo procurandam.

Confidera III. Quomodo dictam drachmam quærere debeas, nimirum accendendo lumen, id est, per humilem orationem petendo à Deo illustrationem intellectus, & erigendo domum conscientiae per scopum accurati examinis, tum singulis mensibus & hebdomadis paulò longius, tum quotidie circa vitia in genere, & circa unum in particulari instituti. Vide ergo, quomodo hæc diligentiam adhibueris, an cum veritate illud S. Davidis Ps. 76. dicere poteris: *Et meditatus sum nocte cum corde meo, & excitabar, & scopebam spiritum meum.* Colloquium in SS. PP.

Punctum II.

Confidera I. Quem fructum hæc mulier tulerit ex tua sollicita drachmæ quæstione, nimirum & ipsam drachmam invenit, & singulari ex tali inventione gaudium percipit, unde convocans amicos dixit? *congratulamini, quia invenisti drachmam, quam quæstivi.*

Confidera II. Quanto nobilior sit fructus ille, quem tu ex frequenti recollectione colliges, nam præterquam quod fervorem tuum semper sis recuperaturus, & aucturus, adeò insignem etiam profectum in sanctitate & meritis habiturus, summum gaudium creabis imprimis Deo & SS. qui singulariter delectantur super uno pectore poenitentiam habente; deinde domesticis, quia, ut Thomas Kemp. l. 1. c. 1. ait, valde jucundum & dulce est, videre fervidos & devotos fratres, bene morigeratos, & disciplinatos; animabus perceptorij, quæ tantò efficacius subsidium à te sperant, quanto magis in perfectione & charitate profeceris; denique christi, quia si est gaudium in hoc mundo, hoc utique possessori puri cordis homo; & si ante mortem tam magnum gaudium percipiet, quale in ipsa morte, & post mortem experiet, quando audies à Christo: *Euge serve bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, entra in gaudium Domini tui.* Ut adeò merito exclamavit Tho-

mas Kemp. l. 1. c. 11. *O si adverteres, quantam tibi pacem, & alijs latitiam faceres te ipsum bene habendo, puto, quòd sollicitior esses ad spirituale profectum.*

Confidera III. Quàm digni sint fructus, propter quos omnem diligentiam in frequenti, imò assidua tui recollectione adhibeas. Colloquium ad B. V.

Punctum III.

Confidera I. Quid potissimum te impedi verit haecenus; quò minus optatum ex talibus recollectionibus fructum reportares, an non ex primarijs impedimentis illa fuerint, quòd non eam, quàm par erat, æstimationem de ijs habueris; quòd ex tam frequenti inspectione tui ipsius tædium conceperis, atque adeò non nisi obiter eam peregeris? Quòd in ijs nunquam tibi debitum scopum præfixeris, sed exteriorum duntaxat defectuum reformatione contentus, ad ipsam radicem exciudendam animum non applicueris? quòd à vehementia passionum & frequenti in vita relapsu in desperationem actus, omnem de fructu secuturo spem abieceris, ideòque dictas recollectiones frequenter neglexeris?

Confidera II. Quibus medijs talia impedimenta removere possis, nimirum certò tibi persuadendo, unum ex principalibus medijs ad perfectionem citò facilèque consequendam esse frequentem tui inspectionem, & recollectionem; eam præterea esse officinam virtutum, in qua timor Dei, humilitas, cognitio sui, compunctio, perseverantia, fervor, prudentia &c. cuditur; id quòd S. Ignatius præcipuè expertus est, utpote cujus prudentia & sanctitas singularis huic potissimum exercitio, & frequenti meditationi. l. ult. 1. p. hist. soc. adscribitur.

Confidera III. Quomodo deinceps in hoc negotio gerere te velis. Colloquium ad Christum.

Legatur ex lib. 1. de imit. c. 19. & illa præcipuè verba bene perpendantur: secundum propositum nostrum cursus profectus nostri; & multà diligentia opus est, bene proficere volenti: Quòd si fortiter proponens sæpe deficit, quid ille, qui rarò aut minus fixè aliquid proponit.

Pro

Pro 5. Die.

MEDITATIO IV.

DE PURA INTENTIONE.

Scopus.

Studium puræ Intentionis.

Punctum I.

Considera I. Parabolam de fermento, quod accepit mulier abscondit in farinæ sata tria, donec fermentum totam, uti S. Lucas c. 13. memorat. Considera inquam, quàm bene per hanc mulierem significetur anima corporis hominis, sed maximè Religiosi aut Sacerdotis, qui intentionem puram velut fermentum tribus satis farinæ, id est, in cogitationibus, verbis, & operibus miscet, ut sapidas, Deo gratas omnes suas actiones efficiat.

Considera II. Qualis debeat esse intentio Religiosi aut Sacerdotis, nimirum ut non tantum propter metum vitæ aut spem æternæ beatitudinis, sed ex solo Deum glorificandi, eique bene placendi desiderio quasvis suas actiones incipiat.

Considera III. An tu quoque hastenus talem intentionem elicere conatus sis, aut certe deinceps omnibus tuis operibus præmittere velis. Colloq. ad SS. PP.

Punctum II.

Considera I. Quas ob causas specialiter studere debes, ut in prædicto puræ intentionis exercitio, quàm magis proficias; præ multis sufficere tibi potest, si ex una parte memineris vitam nostram comœdiam esse, in qua quis personam sibi à Deo assignatam repræsentare debet; ex altera verò parte certò tibi persuadeas, Deum solum esse, cuius omnes proprietates perfectissimè, quas in spectaculo rerum operum desiderare posses, nam si ad spectaculum tantum muniter spectatores sapientes, multi, in magna dignitate constituti, munifici, & constanter perseverantes requirunt, ubi has conditiones magis, quàm in Deo reperies, qui

uti infinita sapientiâ præditus est, solusque cor & intentionem hominum cognoscit, ita solus quoque sincerum de tuis actionibus iudicium ferre potest; qui solus omnes tuas non actiones tantum, sed etiam cogitationes spectat, verbaque singula audit, qui solus dignitate infinitos homines & Angelos superat, atque adeo eminenter majus theatrum constituit, quàm si omnes tam Angelos, quàm homines possibiles pro spectatoribus haberes; qui solus denique pro quovis motu & actione majus tibi præmium promittit, quàm si totus mundus, aut mille mundi in præmium offerentur.

Considera II. Si Actores in Comædijs tantopere excitantur ad personam suam quàm convenientissimè representandam, omnemque laborem & difficultatem, quem suscipere debent, levem ducunt solius vanæ laudis, aut præmij parvi desiderio ac spe affecti, quantas tibi vires & alacritatem adhibitura sit cogitatio, quâ tibi persuaseris, te pro omnium tuarum actionum spectatore Deum ipsum cum sua tota cœlesti curia habere.

Considera III. Si jam olim Democritus ausus est dicere: unus mihi pro populo est, & populus pro uno; si Epicurus uni ex confortibus studiorum scripsit, hæc se non multis, sed ipsi scribere, satis enim magnum alterum alteri theatrum esse; quanto magis tu hoc ipsum de Deo dicere possis, ac debeas, atque adeo hunc unum deinceps pro spectatore desiderare, & eligere debeas. Colloquium ad B. V.

Punctum III.

Considera I. Quibus medijs dictam puritatem intentionis obtinere possis; ex multis duo potissimum eligenda censeo, quorum primum est, ut sæpe volvas animo, quàm falsa, vana, inconstans, & noxia tam animo, quàm corpori sit laus humana, ut merito S. Augustinus in quad. Epist. dixerit: *laudamus mendaciter, delectamur inaniter; & vani sunt, qui laudantur, & mendaces, qui laudant.* Secundum est, ut bene perpendas quid sit bene placere Deo, nimirum tanti hoc faciendum, ut ipsa etiam beatitudo beneplacito Dei sit postponenda, quem admodum sancti Cœlites de facto faciunt, dum majus gaudium percipiunt ex eo, quod Dei beneplacitum in se, & alijs impleri cernunt, quàm ex ipsa sua gloria capiant.

Con-

Confidera II. Quàm efficacia sint hæc media ad diuini finem obtinendum, ut rectè S. Basilius c. 10. confit. *Mors dixerit, vanam gloriam esse dulce bonum, sed imperitium, S. Ignatius verò dixerit, eam ex ignorantia & cæcitate amore provenire, unde ipse, postquam in meditatione inuentius circa hanc materiam se exercuit, falsus est, se minus, quàm vanam gloriam timere.*

Confidera III. Quomodo tu dicta media hæctenus adhibueris, aut certè deinceps adhibere velis. Colloquium Christum cum congruis affectibus.

Legatur ex lib. 3. de imit. c. 9. & illa præcipue verba ne perpendantur: *Fili, ego debeo esse finis tuus supremus ultimus, si verè desideras esse beatus; ex hac intentione purificabitur affectus tuus sæpius ad te ipsum, & ad creaturam malè incurvatus.*

Pro sexta Die.

MEDITATIO I.

DE ZELO ANIMARUM.

Scopus.

Idem Zelus magis accendendus.

Tessera: Diligamus nos invicem, quia charitas est. 1. Joan. 4.

Punctum I.

Confidera I. Parabolam de homine, qui incidit in arones, quam sic S. Lucas c. 10. describit: *Homo descendebat ab Ierusalem in Iericho, & incidit in latrones, qui etiam despoliaverunt eum, & plagis impostis abierunt semivivo relicto. Accidit autem, ut Sacerdos quidam scenderet eadem viâ: & viso illo prateriit. Similiter Samaritanus autem quidam iter faciens, venit secus viam, & videns eum, perterritus, & videns eum, misericordiâ motus est. Et appropinquavit, & gavit vulnera ejus, infundens oleum, & vinum: & mens illum in lumentum suum, duxit ad stabulum, &*

am eius egit. Et altera die protulit duos denarios, & dedit
 liberalis, & ait: curam illius habe, & quodcumque su-
 pererogaveris, ego cum rediero, reddam tibi. Considera, in-
 sam, I. Scopum hujus parabolæ à Christo intentum non
 fuisse, quàm ut nos doceret, quomodo charitatem erga
 proximum exercere debeamus,

Considera II. Quàm pulchrè per factum Samaritani hujus
 omnia charitatis fraternæ officia designentur; per oleum
 eundem misericordia, quam in auferendis ab eo miserijs de-
 clarare debemus; per vinum verò lætitia, quam per variorum
 beneficiorum collationem ei conciliare oportet. His enim
 duobus actibus totum charitatis officium comprehenditur,
 ut iam olim duo illa axiomata indicârunt: *Quod ab alio ode-
 rari tibi, vide, ne tu alteri feceris.* Tob. 5. & *Omnia, qua-
 erantque Sultis, ut faciant vobis homines, & vos facite illis.*
 Math. 7.

Considera III. Quàm longè tu hactenus abfueris à tali
 charitate, quàm frequenter imitatus sis Sacerdotem & Levi-
 tum, qui, ut hæc ipsa Parabola refert, viso proximo afflicto
 tranfierunt. Vide ergo, quid deinceps statuere hac in parte
 velis. Colloquium ad SS. Patronos.

Punctum II.

Considera I. Quo potissimum motivo dictus Samaritanus
 excipitur fuerit ad tantam charitatem exhibendam; scilicet
 quia videbat esse hominem ejusdem secum naturæ, gravi-
 bus que vulneribus affectum.

Considera II. Quantò promptiùs tu proximo tuo succur-
 re debeas, quem non naturâ duntaxat tibi conjunctum, sed
 etiam propter arctissimam conjunctionem ex sanguine
 carnis, quo uterque redemptus, & spiritualiter renatus est,
 convenientem novo & singulari vinculo tibi obstrictum esse
 senti; qui vulnera tantò graviora accepit, quantò gravius est
 peccatum, quàm ullum vulnus corporis, & quantò gravius
 nocet mors animæ æterna, quàm ea, quæ vita corporalis au-
 ditur.

Considera III. Quàm potentia sint hæc motiva ad zelum
 animarum in te accendendum, maximè si præterea confide-
 res præmij magnitudinem, quæ ijs, qui charitati singulari-
 ter

ter student, à Deo promissa est, si enim, teste S. Marco c. 12. *diligere proximum tanquam se majus est omnibus holocaustis & sacrificijs, quis dubitet, præmium quoque magis quam alijs operibus promissum fuerit, tanto operi certius futurum?* Colloquium ad B. V.


Punctum. III.

Confidera I. Quid te potissimum hætenus impediat, quò minùs officio charitatis juxta vocationem tuam incruces an non fortassis causa fuit, quòd charitatis præstantiæ & motivum non satis perpenderis? an non horror solitudinis, & quietis, utique spiritualis naufragium, & ceterorum ad proximi salutem pertinentium peperit?

Confidera II. Quomodo dicta impedimenta removere possis, videlicet, si certò persuadeas, te in hoc maxime officio solum Christi te declarare, si dilectionem ad proximum habueris; si item firmiter credideris, Deum omnia tua tuis obsequia perinde accipere, ac remunerari, ac si ipse immediate exhibita forent, & tandem si quanta Christi quo fervore ac charitate pro salute hominum egeris, & quæ sit: serio ac frequenter perpendas.

Confidera III. Quàm efficacia sint hæc motiva, quæ nim non ageres, si Christum in terris degenem, ætate inopem, languentem, aspiceres? quod ergo tunc agere deinceps præstare stude, ideòque in omni charitatis occasione à Christo dictum tibi puta: *Quamdiu fecistis unum de istis his minimis meis, mihi fecistis.* Matt. 25. Colloquium ad Christum. Vide Spinolam p. 2. med. 141. fol. 259.

Legatur ex l. 1. de imit. c. 15. & illa præcipue verba ponderentur: quidquid ex charitate agitur, quantumque etiam parum sit, & despectum, totum fructuosum est.



Pro sexta Die.

MEDITATIO II.

DE INDIFFERENTIA RELIGIOSI
VEL SACERDOTIS.

Scopus.

Sudium ejusdem Indifferentia.

Punctum I.

Confidera I. Parabolam de Pastore, quam S. Joan. c. 10. refert: *Qui non intrat per ostium in ovile ovium, sed a-*
liunde, ille fur est, & latro; qui autem intrat per
ostium pastor est ovium. Huic ostiarius aperit, & oves vo-
cem ejus audiunt, & proprias oves vocat nominatim, &
ducit eas. Et cum proprias oves emiseric, ante eas vadit:
oves illum sequuntur, quia sciunt vocem ejus. Alienum
autem non sequuntur, sed fugiunt ab eo: quia non nove-
rant vocem alienorum. Confidera, inquam, quid Christus per istam parabolam indicare voluerit, nimirum illum, qui pastoris boni officium implere cupit, ante omnia indifferentem esse debere ad quævis officia à superioribus designanda, neque ad aliud se intrudere debere, nisi quod ab illis oblatum est; cum enim Christus sit ostium, per quod intrare debemus ad oves pascendas, & custodiendas, superiores autem Christi personam sustineant, merito superiorum talium voluntas pro voluntate Christi, atque adeò pro ostio ad munus Apostolicum agnosci debet.

Confidera II. Si ad pascendas oves irrationales nemo facile admittitur, nisi qui ab ipso Domino ovium approbatus est, quanto magis in ovibus rationalibus pretiosissimo Christi sanguine empris & redemptis custodiendis talis sollicitudo adhibenda, quàmque adeò periculosum sit, se ultrò pro munere ingerere.

Confidera III. Quomodo tu hactenus hac in parte te gestis, aut gerere deinceps velis. Colloquium ad SS PP.

Ee 2

Pun-

Punctum II.

Considera I. Fructum, quem pastor iste parabolice portavit ex eo, quod per ostium intraverit, nimirum vocem ejus audiverunt. II. Eum secutæ sunt. III. Copiam ei fructus pepererunt. IV. Laudem & mercedem condidit à Domino suo reportavit.

Considera II. Quomodo hos ipsos etiam fructus spiritualis sperare possit, si non nisi per legitimam vocationem Pastoris officium susceperit, uti experientia ipsa testatur Apostolis, tum in alijs Apostolicis viris confirmat; contrario verò qui non per ostium intrat, licuti fur est, ut dicitur Christo Jo. 10. ita meritò etiam subtractionem xiliorum divinarum, & ex horum defectu malum suadendiæ successum, & quod consequens est, infamiam & penas furibus talibus convenientes incurret. Unde P. B. far Alvarez dicere solitus erat: quæ stulticia est, existimare se aliquid rectè facturum, ad quod te non promovet, aut ipsum non fore voti compotem, cum aliquid in se sperat, etiamsi media, quibus illud intendit, tibi aliena & separata videantur.

Considera III. Quàm optandi sint hi fructus alicui Religioso vel Sacerdoti, quàmque adeò digni, proponeris per verum ostium ad oves educendas semper re. Colloquium ad B. V.

Punctum III.

Considera I. Quid potissimum hæcenus impedimentum ad omnia officia æqualiter indifferens es, ut amor proprius, quo nimis inordinatè labores avertis, è contrario verò sensuales & vanas delectationes appetis, an non appetitus honoris & laudis te impellebat, ut pro humilium officiorum tædio ad altiora magis que glorifica aspirares, viamque tibi ad illa etiam illicitis sterneres?

Considera II. Quo medio hæc impedimenta tollas velis, videlicet, si consideres, id, quod in quovis vero Religioso aut Sacerdote quæri, & appeti debet, scilicet benedictionem beneplacitum Dei; quid enim hoc sine præfatis

poterit, quò minùs æqualiter omnia officia de manu
periorum suscipias, & cum æquali alacritate ac diligentia
ministras ?

Considera III. Quomodo hæcenus hoc medio usus sis,
ut deinceps velis. Colloquium ad Christum. Vide Spi-
ritum p. 2. med 135. fol. 343.

Legatur ex lib. 3. de imit. c. 11. & illa præcipuè verba be-
nependantur: desideria te sæpe accedunt, & vehemen-
ter impellunt; sed considera, an propter honorem meum,
an propter commodum tuum magis movearis.

Pro sexta Die.

MEDITATIO III.

DE SEDULA ADMINISTRATIONE
OFFICII.

Scopus.

Accurata munerum Administratio.

Punctum I.

Considera I. Parabolam de Negotiatore quærente bonas
margaritas, qui inventâ unâ bonâ margaritâ, abiit, & ven-
didit omnia, quæ habuit, & emit eam. Matth. 13. Consi-
dera, inquam, quàm meritò per hunc Negotiatorem intel-
ligatur quisvis Religiosus vel Sacerdos, qui non suam dun-
taxat, sed alienam etiam salutem procurandam suscepit, at-
que ad eò præciosas margaritas animarum quærere statuit.

Considera II. Quàm pretiosæ sint hæ margaritæ, sive
animas in se spectes, sive pretium à Christo Negotiatore opti-
mo pro illis oblatum attendas; sive SS. de talibus mar-
garitis judicium consideres; nam S. Catharina Senensis, cum
semel animæ pulchritudinem vidisset, deinceps, quotiescun-
que operarium Evangelicum transeuntem vidit, pedum ejus
vestigia osculata est. S. Ignatius, si quando homines ipsi oc-
currerent, considerans animarum à Christo redemptarum
pretiosum ac pretium, vix interdum lætitiæ æstuantis vim,
ne se extra effusus proderet, temperabat. S. Franc. Xav. cum
parvu-

parvulum quendam baptizatum ad cœlos transmisisset, factus est, sufficiens sibi hoc præmium itineris in Indiam scripti fore, etiamsi Deus nullum aliud addere stauisset.

Confidera III. Qualem tu hactenus de margaritis habuisti estimationem habueris, aut certè deinceps habere velis. Colloquium ad SS. PP.

Punctum II.

Confidera I. Quomodo has margaritas parabolice Negotiator obtinuerit, quòd scilicet abierit, & vendiderit omnia, quæ habuit, & emerit eam.

Confidera II. Quomodo hanc ipsam industriam actualis Negotiator adhibere possit, & debeat, si videlicet ipse omnes alias curas seponens totum se impendat officio suo, atque in eo rectè & fructuosè administrando omnem diligentiam atque conatum adhibeat, id quod S. Ignatius dicare voluit, cum dixit, finem Societatis esse, ut non solum saluti propriæ cum divina gratia quisque vacet, sed eadem gratia etiam in salutem proximorum procurandam impensè incumbat.

Confidera III. Quomodo tu hactenus hanc industriam adhibueris, & deinceps adhibere velis. Colloquium ad SS. PP.

Punctum III.

Confidera I. Quæ media potissimum conducant ad fructuosam muneris administrationem: tria præcipue consideremus. Primum est, ut puram intentionem tam in illorum administratione, quam continuatione habere studeas; hoc est in nomine Domini laxare rete, & absque hac intentione ferò olim querèris cum Apostolis, multis annis te in illorum quopiam laborasse, sed nullum aut exiguum fructum esse. Secundum est, si quas habes regulas aut directiones officium tuum à superioribus præscriptas, eas exactè observes; sic enim sperare poteris verificatum iri de te, quod dicitur viro legem divinam observante S. David Ps. i. dixit: *omnia, quæcunque faciet, semper prosperabuntur.* Tertium est, ut frequenter & accuratè te per examen circa officium tuum reflectes, id est, quid profuerit, aut obfuerit, attendas, & pericula, quæ occurrere in illius administratione possunt, prudenter prævidere, ac contra illa salubriter te communi-

videas; hoc enim medium præ alijs salutare S. Ignatius experitus est, unde tantam in rebus spiritualibus, & animabus curandis dirigendisque peritiam, felicitatēque est consecutus.

Confidera II. Quam efficacia simul, & facilia sint hæc meditationes, quàmque frequenti hæctenus experiētia, copiosissimòque fructu comprobata.

Confidera III. An & quomodo tu hæctenus ea adhibueris, ita non eorum illorum neglectus causa fuerit, quo minus operatum ex officijs tuis fructum reportares. Colloquium ad Christum. Vide Spinolam p. 2. med. 90. p. 2. fol. 224.

Legatur ex lib. 3. de imit. c. 47. & illa præcipuè verba sibi applicentur: age, quod agis; fideliter labora in vinea mea, ego ero merces tua, veniet una hora, quando cessabit omnis labor & tumultus.

Pro 6. Die.

MEDITATIO IV.

DE CAUTE LA OPERARII.

Scopus.

Cognitio insidiarum Demonis, & Devitatio.

Punctum I.

Confidera I. Parabolam de homine seminante, quam in hoc hunc modum S. Matth. c. 13. describit: *Simile factum est regnum caelorum homini, qui seminavit bonum semen in agro suo. Cum autem dormirent homines, venit inimicus ejus, & superseminavit zizania in medio tritici, & abiit. Cum autem crevisset herba, & fructum fecisset, tunc apparuerunt & zizania. Accedentes autem servi patrisfamilias, dixerunt ei: Domine, nonne bonum semen seminasti in agro tuo? unde ergo habet zizania? Et ait illis: inimicus homo hoc fecit. Servi autem dixerunt ei: Vis imus, & colligimus ea? & ait: Non: ne forte colligentes zizania, eradicetis simul cum eis, & triticum. Sinite utraque crescere usque ad messem, & in tempore messis dicam messoribus: Colligite pri-*

Ec 4

mum

num zizania, & alligate ea in fasciculos ad comburendum, triticum autem congregate in horreum meum. Considera, inquam, quàm convenienter hæc parabola curio Religioso aut Sacerdoti in salute proximi procuranda comparato conveniat, quàm bene labores illius tritico, vitia vestri & imperfectiones, quas dictis laboribus ex impulsu zizanij immiscet, zizanij comparentur.

Considera II. Si quantò præstantius est triticum, tanto gravius est damnum, quod zizania tritico tali immixta continent, quantopere abominanda, & cavenda sint zizania, quæ fructum laborum nostrorum, puta Dei gloriam, nostramque & proximi salutem impediunt.

Considera III. An hætenus dignam de damno tali rationem conceperis; debitamque diligentiam in zizanij spiritualibus præcavendis adhibueris. Colloquimur ad SS. PP.

Punctum II.

Considera I. Quænam sint illa zizania, quæ Diabolo non in medio duntaxat, sed etiam in initio & fine tui tritici, id est, laborum superseminare conatur; nimirum primo in initio conatur malam intentionem immiscere, ut te sperni potius id est, laudem, honorem, vanam delectationem, quam Dei gloriam, aut proximi salutem quæras, quod quidem vel ex eo colliges, quòd ad illa munera, in quibus tui commoda minùs reperiuntur, non æquè promptus sis, ac ad alia, quæ magis sunt honorifica, sensibùsque jucunda.

II. In medio laborum efficere conatur, ut vel cum inordinata cum negligentia, vel cum impatientia, vel cum inordinata complacentia, vel cum sensuali affectu actiones tuas convenientes exerceas. III. In fine laborum studet, vel tristitiam inordinatam ex malo successu, vel vanam gloriam & despicientiam aliorum ob felicem eventum, vel vanam jactantiam, & inordinatam lætitiã; aut nimiam rui estimationem, & noxium altiorum munerum, operumque appetitum ingerere.

Considera II. Si quodvis horum zizaniorum sufficeret triticum laborum tuorum corrumpendum, quantum damnum creatura sint tam multa, tamque noxia zizania, si non studiosè ab agro tuo, id est, animo avertas.

Confidera III. Quàm diligentiam hætenus in ijs, vel præcauendis, vel euellendis adhibueris, aut quam deinceps adhibere velis. Colloquium ad SS. V.

Punctum III.

Confidera I. Quæ potissimum media conducant ad dicta zizaniam auertenda; ea videlicet, quæ Christus Matth. 29. indicauit, dum dixit, *Vigilate & orate, ne intretis in tentationem.* Verè enim ex defectu horum mediolorum omnes aut præterque tentationes, malæque inde creata oriuntur, unde Christus in Parabola dixit, inimicum superfeminasse zizaniam, cum dormirent homines.

Confidera II. Quid sit vigilare, nimirum oculos mentis apertos habere ad fraudes dæmonis cognoscendas; item instructum esse armis, quibus repellas inimicum ab agro. qualia arma sunt studium puræ intentionis, imaginatio præsentis Dei, contemptus sui & rerum terrenarum, amor Dei &c. hæc enim remedia sunt ijs vitijs, de quibus in priori puncto mentio facta est, profligendis, & cauendis aptissima, uti consideranti patebit.

Confidera III. Quomodo hæc media hætenus adhibueris, aut certè deinceps adhibere velis. Colloquium ad Christum. Vide Spinolam p. 2. med. 888. fol. 219.

Legatur ex lib. 3. de imit. c. 6. & illa præcipuè verba bene ponderentur: scito, quod antiquus inimicus omnino nititur impedire desiderium tuum in bono, & ab omni devoto exercitio evacuare. Sit tibi in cautelam & perpetuam humilitatem ruina hæc superbiorum de se stultè præsumentium.

Pro septima Die.

MEDITATIO I.

DE BENEFICIO REDEMPTIONIS.

Scopus.

Amor & Imitatio Christi patientis.

Tessera: *Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri IESU Christi.* ad Galat. 6.

E e 5

Pun-

Punctum I.

Confidera I. Parabolam de Pastore, quam his verbis Matth. c. 18. describit: *Quid vobis videtur? si fuerint alie centum oves, & erraverit una ex eis, nonne relinquit nonaginta novem in montibus, & vadit quærere eam, quæ erravit? & si contigerit, ut inveniat eam; Amen dico vobis, quia gaudet super eam magis, quàm super nonaginta novem, quæ non erraverunt.* Confidera, inquam, quanta charitas fuerit istius Pastoris erga hanc ovem, siue voluntas ipsa quærendi, siue modus & labor in quærendo adhibitus siue gaudium post inventionem conceptum attendatur.

Confidera II. Quantò major fuerit charitas Christi erga te, utpote qui tot labores suscepit, tot contemptus sustinuit, tot dolores exantlavit, & ipsam denique tam acerbam, & ignominiosam mortem cum summa patientia & charitate toleravit, & ita quidem, ut non minùs pro te solo, quam pro omnibus hominibus simul passionis suæ merita obtulerit.

Confidera III. An non cum S. Augustino iustissimè extorremare possis: *Domine, qui tibi non servit, quia a te creatus est, infernum meruit; sed qui non servit tibi, quia redemptus est, meretur, ut novus pro ipso infernus fiat.* Colloquium ad SS. Patronos.

Punctum II.

Confidera I. Cùm amor perfectiùs rependi non possit, quàm per amorem, quantopere conari debeas, ut, sicut Christus summè amorem suum erga te per passionem ostendit, tu quoque vicissim amorem tuum perfectissimè declares.

Confidera II. Quà potissimùm in re amorem tuum declarare possis, & debeas, videlicet, ut tu quoque vicissim pro te animam ponas, & cruci saltem spiritali te affigas; ut enim ipse Christus Joan. 15. dixit: *Majorem charitatem nemo habet, quàm ut animam suam ponat quis pro amico suo;* hinc S. Joannes 1. c. 4. in hoc, ait, apparuit charitas DEI in nobis, quoniam ille pro nobis animam suam posuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere; quantò magis pro ipso Christo.

Confidera III. Quàm libenter hanc mortem suscipere pro Christo debeas, maxime si quoties hanc, & longè gravatiora

his promeritus, perpendas; an non enim feres contra te ipsum sententiam, & dices: *Reus est mortis: crucifigatur?* an non exclamabis cum Latrone Luc. 23. *Nos quidem iuste, nam ligna factu recipimus, iste vero nihil mali gessit.* Colloquar ad B. V. illud cum affectu pronuntiando: *Eja Mater sum amoris, me sentire sum doloris, fac, ut tecum lugeam.* Item: *Sancta Mater istud agas, crucifixi fige plagas, cordi meo valide, tui Nati vulnerati tam dignati pro me pati, panna mecum divide.*

Punctum III.

Considera I. Quid sit spiritualiter mori, & crucifigi cum Christo, nimirum 1. Ut omni affectu inordinato erga creaturas exutus per tres clavos, paupertatis, castitatis, obedientie cruci, id est, mandatorum & Regularum aut constitutionum tuarum observationi te affigas; nam, ut S. Maximus ait; tota vita Christiani (utique etiam Religiosi aut Sacerdotis) si secundum Evangelium vivat, crux est, atque Martyrium. 2. Ut omnem inopiam, contemptum & dolorem (qui ut P. Balthasar dicere solebat, erant tres comites Crucifixi Christi) magna cum patientia & alacritate sustineas. 3. Ut perinde ut crucifixus aliquis aut mortuus homo, totum te aliorum arbitrio & directioni committas, hoc enim est, obedientem esse usque ad mortem crucis.

Considera II. Quam meritoria & honorifica tibi apud DEVM & homines mors hæc sit futura; si enim Abraham tantopere placuit DEO, tantumque apud ipsum meruit, quia Filium suum voluit sacrificare, quanto plus tu mereberis, & placebis, si te ipsum, quem magis, quam ullus Pater Filium suum diligit, amare debes, DEO per spiritualem crucifixionem sacrificabis? an non pretiosa erit hæc mors in conspectu DEI? an non cum Christo nomen super omne nomen accipies? an non tanquam granum emortuum afferes multum fructum in salute proximi? an non mors hæc finis erit omnium malorum, atque adeo tu deinceps audacter dices cum S. Paulo ad Galat. 6. *De cetero nemo mihi molestus sit, ego enim signatus Domini mei IESU in corpore meo porto.*

Considera III. Quam libenter & promptè ob hos fructus te ipsum crucifigere debeas & velis. Colloquium ad Christum

stum dicendo cum S. Bernardo: *Sequar te, quocunque ieris, mihi tolli non poteris, cum meum cor abstuleris, IESU lau nostri generis.* Vide Spinolam p. 2 Med. 162. fol. 417.

Legatur ex lib. 2. de imit. c. 11. & illa præcipue verba bene ponderentur: Habet JE SVS nunc multos amatores regni cælestis; sed paucos bajulatores suæ crucis. Unum tibi lam- mē necessarium est, ut omnibus relictis te relinquant, & a te totaliter exeas.

Pro septima Die.

MEDITATIO II.

DE FRUCTIBVS EX PASSIONIS DOMI-
NICÆ CONSIDERATIONE REFERENDIS.

Scopus.

Item, qui in titulo.

Punctum I.

Confidera I. Parabolam de Patrefamilias, quam in hoc modum S. Matthæus c. 21. commemorat: *Erat Patrefamilias, qui plantavit Vineam, & sepem circumdedit ei, & fudit in ea torcular, & adificavit turrim, & locavit eam agricolis, & peregrinè profectus est. Cum autem tempus fructuum appropinquasset, misit servos suos ad Agricolas, ut acciperent fructus ejus. Et Agricola apprehensus servus, qui alium ceciderunt, alium occiderunt, alium vero lapidarunt. Iterum misit alios servos plures prioribus, & fecerunt illis similiter. Novissimè autem misit ad eos Filium suum, dicens: Verebuntur Filium meum. Agricola autem videns res Filium, dixerunt intra se: Hic est hares, Senite occidamus eum, & habebimus hereditatem ejus. Et apprehensum eum ejecerunt extra Vineam, & occiderunt. Cum ergo venerit Dominus Vineæ, quid faciet Agricolis illis: ajunt illi: Malos malè perdet; & Vineam suam locabit alii Agricolis, qui reddant ei fructum temporibus suis. Confidera, inquam, quanta fuerit ingratitude horum Agricolarum, & quantò gravior futura fuisset, si idem Filius Patrisfamilias semel iterumque Patri pro eorum delictis satisfacisset, omnemque eorum pœnam in se transtulisset.*

Confidera II. Quanta hæcenus fuerit tua Ingratitudo, qui vineam tam nobilem non modò neglexifti, nec tantùm feruos DEI, id eft, Superiores, & Patres Spirituales, qui fructus à te DEI nomine exigebant, contempifti, fed ipfum etiam DEI Filium tam gravibus, totièfque repetitis peccatorum vulneribus aut fauciãfti, aut omnino interemifti.

Confidera III. Quanta fit bonitas DEI, qui non modò te pro meritis hæcenus non punivit, fed ultrò ad veniam invitat, vineamque etiam deinceps adhuc relinquere ftatuit, ut vel nunc tandem optatos fructus à te recipiat. Vide ergo, quomodo tantæ & Patris & Filij charitati respondeas. Colloquium ad SS. Patronos.

Punctum II.

Confidera I. Quinam fint illi fructus, quos Chriftus à te Patris fui æterni, imò & suo nomine exigat, nimirum fequentes. Primus eft, gratitudo pro collata vinea, id eft, pro vocatione Religiofa aut Sacerdotali, & pro beneficio Redemptio- nis, per quam tibi dicta Vocatio à Chrifto obtenta eft. Secundus eft, dolor de præterita ingratitude, negligentifq; in vinea excolenda commiffis, nec non de fumma injuria, quam & Chrifto, & Patri ejus per peccata tam gravia, quibus paffionis caufa extiteras, intulifti. Tertius, fiducia, tum de bonitate DEI, tum de meritis Chrifti concepta. Quartus, Amor intentus erga tantos benefactores, quo nihil aliud defideres, aut agas alio fine, quàm ut ipsis placeas, mutuùmque erga illos amorem demonftres. Quintus, Patientia generofa, quã & DEI, & Chrifti amore nihil laborum, aut miferiarum refugias, fed omnia fimilia fingulari cum alacritate fufcipias, & fuflineas.

Confidera II. Quàm pretiofi fint hi fructus, & quàm accepti tam Patri æterno, quàm ipfi Chrifto; quàm item tibi & proximo falutares fint futuri.

Confidera III. Quomodo deinceps hos fructus diligentius ex vinea tua perfolvere, atque adeò præteritas negligentias compenfare velis. Colloquium ad B. V.

Punctum III.

Confidera I. Quo medio deinceps uti velis ad dictos fructus

ctus producendos, scilicet frequenti, imò assidua passio-
Christi memoriâ & meditatione; nam, ut S. Augustinus c.
119. in Joannem dixit, *Cruce Christi non tantum est sedula
morientis, sed etiam Cathedra docentis, in qua virtutes ho-
mines non tam verbis, quam ipso opere, atque adeo efficaciter
mè docentur.*

Considera II. Quàm multis hoc remedium singulariter
profuerit ad dictos fructus obtinendos, ut merito non tan-
tum S. Augustinus dixerit, se in omnibus adversitatibus non
invenisse tam efficax medium, quàm vulnera & passiones
Salvatoris, sed verè etiam alij dicere possint, se nullum tam
salutare medium ad virtutes plantandas, & perfectionis ho-
dium promovendum fuisse expertos, quàm ejusdem passionis
frequentem considerationem. Hinc S. Mariæ Magdalene
conversionem auspiciantem cruce ab Angelo in spelunca eo as-
tificio posita est, ut, quocumque se verteret, vivum ex mys-
terij passionis illi objiceretur. Sed & S. Franciscus Xavierus
falsus est, se ad omnem sanctitatem præcipuè crebrâ vix
mortisque Domini nostri meditatione accendi, ex qua er-
descebat in illo humanæ salutis & Martyrij cupido, totus-
que se ad illius imitationem pro gloria DEI hominumque
salute devovendi.

Considera III. Quomodo tu hæcenus hoc medio usus fu-
eris, aut deinceps uti velis. Colloquium ad Christum cum
congruis affectibus. Vide Spinolam p. 2. Medit. 180. & 177.

Legatur ex lib. 2. de imit. & illa præcipuè verba bene pos-
derentur: si nescis speculari alta & cælestia, requiesce in pas-
sione Christi, & in sacris vulneribus ejus libenter habitare.

pro Septima Die.

MEDITATIO III.

DE TRIBULATIONVM UTILITATE.

Scopus.

Studium Patientiæ.

Punctum I.

Considera I. Parabolam de homine seminante semen
um, quam scilicet S. Mattheus c. 13. memorat: *Exijt, qui semina-*

nat, seminare semen suum. Et dum seminat, quadam ceci-
derunt secus viam, & Generunt Soluces Cali, & comedere-
runt ea: alia autem ceciderunt in petrosa, ubi non habebant
terram multam, & continuo exorta sunt, quia non habe-
bant altitudinem terra. Sole autem orto esuaverunt: &
quia non habebant radicem, aruerunt. Alia autem ceci-
derunt in Spinas: & creverunt Spina, & suffocaverunt ea.
Alia autem ceciderunt in terram bonam, & dabant fru-
ctum, aliud centesimum, aliud sexagesimum, aliud trige-
simum. Considera, inquam, quam convenienter per hoc se-
men non tantum Verbum DEI, ut Christus interpretatus est,
sed etiam tribulationes, & quæcunque aliæ patiendi occasio-
nes intelligantur; nam verè hæ sunt semen bonum, quod si
in terram bonam cadat, centuplum, imò millecuplum feret
fructum, cum; teste S. Paulo ad Rom. 8. *non sint condigna*
passiones ad futuram gloriam, qua revelabitur in nobis.

Considera II. Quam frequenter etiam hoc semen vel in
spinas impatientiæ, & indignationis; vel in petram cordis
indurati, & in malicia obstinati; vel secus viam cadat, id est,
absque intentione bona & ordinatione ad vitam æternam
suscipiat, dum scilicet vel ex sola necessitate, vel propter
vanam gloriam, aliudve motum humanum tribulationes
quandoque gravissimæ perferuntur.

Considera III. An non tu quoque hactenus dictum semen
in Spinas, aut petram, aut secus viam cadere passus sis, & quo-
modo deinceps saltem hunc errorem corrigere velis. Col-
loquium ad SS. Patronos.

Punctum I I.

Considera I. Quænam sit illa terra bona, in qua semen
tribulationum fructum trigesimum, aut centesimum refert,
nimirum terram bonam esse, animam in Statu gratiæ consti-
tutam, quæ si patienter ferat tribulationes, id est, æquo, &
in divinam voluntatem resignato animo, fructum trigesimi-
um ex tribulationibus ducit; si verò etiam cum gaudio &
alacritate easdem suscipiat, & cum S. Francisco Xaverio am-
plius, amplius clamet, sexagesimum parere censenda est; si
verò etiam constanter in simili Statu perdurat, tunc centesi-
mus fructus ab illa merito sperari potest, quem quidem
Chri-

Christus copiosè retulit, utpote qui obediens factus est usque ad mortem crucis.

Considera II. Si filius hujus sæculi desiderio lucri temporalis impulsus tantopere optant terram bonam, ex qua copiosam messem referant, si que tot ac tantas industrias ac labores adhibent, ut terram suam bonam efficiant, quanto magis tu omnem industriam adhibere debeas, ut terram animarum ad excipiendum fructuosè tribulationum semen optatum fecundissimamque efficias.

Considera III. Quomodo hac in parte te hactenus gereris, & gerere deinceps velis. Colloquium ad B. V.

Punctum III.

Considera I. Quâ potissimum industriâ terram animarum cundam efficere, & supra dictas tres proprietates, scilicet patientiam, alacritatem, atque constantiam inter tribulationes obtinere possis, an non præ alijs placebit, & proderit, ut de vos sanguinis ex vulneribus Christi profluentes in eandem animam tuam derives? si enim aqua naturalis tantam vim habet ad agros naturales fecundandos, quanto magis virtus hæc sanctissimo Christi Sanguini respectu terræ spirituum concedenda erit? Certè S. Augustinus ser. 32. ad Fructum in eremo dicere ausus est, nihil tam salutiferum esse, quam quotidie cogitare, quanta pro nobis pertulit DEVS & homo.

Considera II. Quos per Canales derivare hos rivus in animam tuam debeas, nimirum frequenti & assidua meditatione, & applicatione, ita enim Christus ipse quondam viri quendam Religiosum docuit, dum gravissima desolatione oppresso dixit: Surge, & meam passionem devotè pertracta, & in amaritudine dolorem tuum vinces; quod ille factus mox liberatus est. Sed & aliàs Florentiæ Virgini cupiens quæ in puteum se præcipitare statuerat, ne Sodalitatis suæ avaritatem diutiùs ferre cogeretur, idem Christus apparetur dixit: Redi à te mulier parvi animi, & cogitans, quos excruciatosque cruciatus amore tui pertulerim, sororis tue vitulas insuper habere discite.

Considera III. Quàm efficax simul, & facilis sit hæc industria, & quomodo tu quoque deinceps eam diligentius adhibere velis. Colloquium ad Christum. Vide Spinellus d. 2. Med. 186. & 187. fol. 214. & 217.

Legatur ex lib. 2. de imit. c. 12. & illa præcipue verba bene
pendantur: Nihil DEO acceptius, nihil tibi salubrius in
Mundo isto, quam libenter pati pro Christo, si quidem ali-
quid melius & utilius saluti hominum, quam pati fuisset,
Christus utique verbo & exemplo ostendisset.

Pro septima Die.

MEDITATIO IV.

DE CONSTANTIA INTER ADVERSA.

Scopus.

Studium dictæ Constantiæ.

Punctum I.

Considera I. Parabolam de viro sapiente, qui ædificavit
domum suam supra Petram, quam S. Matth. c. 7. sic narrat:
Omnis ergo, qui audit verba mea hæc, & facit ea assimilabi-
tur viro sapienti, qui ædificavit domum suam supra petram,
& descendit pluvia, & Generunt flumina, & flaverunt
venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit: fun-
damentum enim erat super Petram. Et omnis, qui audit verba
mea hæc, & non facit ea, similis erit viro stulto, qui ædifica-
vit suam super arenam, & descendit pluvia, & Generunt
flumina, & flaverunt venti, & irruerunt in domum illam,
& cecidit, & fuit ruina illius magna. Considera, in-
quam, quam convenienter per virum hunc sapientem in-
telligatur qui vis quidem Christianus, sed maxime Religio-
sus aut Sacerdos, qui domum suam, id est, studium perfectio-
nis, posuit super petram, id est, super solidum fundamentum,
cui rudo, quicquid voluerit, superædificare potest.

Considera II. Quænam sit hæc petra, nimirum constan-
tia inter adversa, quæ in deo consistit, ut per nullam difficul-
tatem absterri se sinat à perfectionis studio continuando,
sed potius, ut Thomas Kemp. l. 3. c. 25. ait, una æquali facie
in gratiarum actione permaneat inter adversa & prospera,
omnia æqua lance pensando.

Considera III. An tu hæctenus super similem petram ædi-
ficaveris domum tuam; an verò potius similis fueris viro
stulto,

Instr. VIII.

F f

Stulto,

Stulto, qui domum suam ædificavit super arenam (ut eadem parabola loquitur) in quam irruerunt venti, & cecidit, fuit ruina ejus magna. Colloquium ad SS. Patronos.

Punctum II.

Considera I. Quem fructum ex tali constantia sperare possis, scilicet, ut, licet descendat pluvia desolationum, veniant flumina tribulationum, & sicut venti perfectionum, non cadas animo, sed eodem tenore in virtutis perfectionis studio pergas.

Considera II. Quàm præclarus, & quàm optabilis fructus, maximè Religioso aut Sacerdoti, si enim tantò pretiosius est ædificium, quantò gravior illius ruina est, ad id magis optandum, ut firmissimè consistat; quanto peroptare, & conari debes, ut nobilissimum illud ædificium perfectionis, quod non tibi duntaxat, sed DEO etiam ad gloriam & habitationem dignam præparatur, firmissimè innitatur.

Considera III. Quomodo tu his motivis excitationibus ceptis gerere te, & vel nunc media ad constantiam consequendam necessaria indagare, & studiosè deinceps adhibere velis. Colloquium ad B. V.

Punctum III.

Considera I. Quo potissimùm medio uti deinceps ad talem constantiam obtinendam, an non placebit illud quod olim Christus S. Catharinam Senensem docuit, ut licet firmiter credas, Deum esse summè potentem, ut nihil sine illius permissione tibi evenire possit; deinde pariter credas, esse summè sapientem, ut adeò omnia, quæ tibi quantumcunque adversa eveniunt, in summam tibi utilitatem convertere possit; tandem ut æquè firmiter persuadeas, etiam summè bonum esse, summèque tibi utilem, ut adeò etiam velit omnia, quæ tibi accidunt, ad tuum commodum ordinare.

Considera II. Quàm efficax sit hoc remedium, quod multorum Sanctorum, & præcipuè ipsius Christi expressè approbatum, & confirmatum, utpote qui adhibito hoc remedio licet in gravissima agonia constitutus, adeò tamen

horatus est, ut ultro obviam processerit inimicis, atque in
 tota passione sua summam semper constantiam præstulerit.
 Considera III. Quomodo tu quoque deinceps hoc medio
 uti velis. Colloquium ad Christum. Vide Spinolam p. 2.
 Med. 172. pu. 3. fol. 128.

Legatur ex lib. 3. de imit. c. 21. & illa præcipuè verba
 bene ponderentur: Quanto melius ad patiendum te dispo-
 nis, tantò sapientiùs agis, & ampliùs promereris; feres quo-
 que leviùs animo, & usu ad hoc non segniter paratus.

Pro octava Die.

MEDITATIO I.

DE CÆLESTI GLORIA.

Scopus.

Desiderium Beatitudinis.

Tessera.

Vnam petij à Domino, hanc requiram, ut inhabitem in
 domo Domini omnibus diebus vitæ meæ. Ps. 14.

Punctum I.

Considera I. Parabolam de cœna magna, quam sequenti-
 bus verbis S. Lucas c. 14. describit: Homo quidam fecit Cœ-
 nam magnam, & vocavit multos, & misit servum suum ho-
 stia Cœna dicere invitatis, ut venirent, quia jam parata sunt
 omnia. Et caperunt simul omnes excusare. Primus dixit
 ei: Villam emi, & necesse habeo exire, & videre illam: rogo
 te, habe me excusatum: Et alter dixit, juga boum emi
 quique, & eo probare illa: rogo te, habe me excusatum. Et
 alius dixit: Vxorem duxi, & ideo non possum venire. Et re-
 versus servus hac nunciavit Domino suo. Tunc iratus Pa-
 terfamilias, dixit servo suo: Exi citò in plateas, & vicos
 Crisatis: & pauperes, ac debiles, & Cacos, & Claudos in-
 troduc huc. Et ait servus: Domine factum est, ut imperâ-
 ti, & adhuc locus est. Et ait Dominus servo: Exi in vias
 & sepes: & compelle intrare, ut impleatur domus mea. Di-
 co autem vobis, quòd nemo virorum illorum, qui vocati sunt,
 gustabit Cœnam meam. Considera, in quam, quàm bene æ-
 terna beatitudo cœnæ comparetur, utpote in qua reperiu-
 tur

tur perfectissimè omnia illa tria capita, quæ cœnam aliquid pretiosam atque optabilem facere possunt, nimirum singularis charitas & benevolentia invitantis, jucundissima conviviarum societas, & summa multiplicis delectationis abundantia, quam breviter, sed bene indicavit S. David Ps. 134. dum dixit: *Satiabor, cum apparuerit gloria tua.*

Confidera II. Si famelici hujus sæculi tantopere gaudent, si ad cœnam aliquam à Rege aut alio Domino terreno tententur, quantopere tu gaudere & exultare debeas, si autem revolvis, te ad illam cœnam, in qua omnes inebriabuntur de ubertate domûs DEI, & torrente voluptatis ejus potabuntur, & quidem per totam æternitatem, invitatum esse.

Confidera III. Quanto proinde desiderio ad dictam cœnam anhélare, seduloque cavere debeas, ne aliquid committas, propter quod ab eadem cœna excludi merearis. Colloquium ad SS. Patronos.

Punctum II.

Confidera I. Quid potissimum eos, qui invitati festinaverint, quò minus ad cœnam paratam venirent, nimirum villa empta, juga bouum probanda, & uxor ducta.

Confidera II. Quàm frequenter etiam similia impedimenta multos, qui ad cœnam cœlestem invitandi festinaverint, nimirum concupiscentia carnis, divitiarum, honorum, ita enim S. Jacobus c. 1. indicavit, dum dixit: *Qui quisque tentatur a concupiscentia sua abstrahitur, & abstrahitur; deinde dum concupiscentia conceperit, parit peccatum; peccatum vero, cum consummatum fuerit, generat mortem; atque adeò etiam à cœna ista excludit.*

Confidera III. An non tu quoque simile impedimentum haec hactenus expertus sis, ob quod, si non omnino animam & voluntatem in illa cœna comparandi abjecisti, exiguum tantum desiderium ad eandem conceperis. Colloquium ad SS.

Punctum III.

Confidera I. Quibus medijs hæc impedimenta facillime titèrque removeare possis, scilicet ipsâ consideratione bonæ cœnæ, quâ frequenter menti tuæ repræsentes gaudiorum illa percipiendorum magnitudinem, varietatem, & duritiam

gem, ita ut, teste S. Paulo 1. Cor. 2. nec oculus viderit, nec auris audi verit, nec in cor hominis ascenderit, quæ præparavit DEVS ijs, qui diligunt illum.

Confidera II. Quàm efficax sit hoc remedium ad omnem concupiscentiam ex animo eijciendam, si enim in hoc sæculo ij, qui ad cœnam opiparam invitati sunt, ultro & libenter ad famem usque abstinent à vilioribus cibus, ut tantò majori voluptatem ex ipsa cœna percipiant, cur non libentiùs abstineat homo à voluptatibus & honoribus terrenis, ut tantò abundantius hæc omnia in cælis percipere mereatur; certè S. Augustinus lib. de moribus dicere ausus est, tantam esse jucunditatem lucis æternæ, id est, incommutabilis Sapientie, ut, etiamsi in ea non liceret amplius manere, quàm unius diei morâ, propter hoc solum innumerabiles anni hujus vitæ pleni delicijs & circumfluentia bonorum temporalium rectè meritoque contemnerentur.

Confidera III. Quomodo tu deinceps hoc medio uti velis, & assiduo tibi occinere: *Sursum corda*. Aut cum S. Ignatio: *O quàm sordet mihi terra, cùm calum aspicio, & confidero*. Colloquium ad Christum.

Legatur ex lib. 3. de imit. c. 49. & illa præcipuè verba bene perpendantur: Pensa, fili, horum fructum laborum, celestem finem, atque præmium nimis magnum, & non habebis inde gravamen, sed fortissimum patientiæ tuæ solamen.

Pro octava Die,

MEDITATIO II.

DE CULTU SANCTORUM
PATRONORVM.

Scopus.

Renovatio amoris erga dictos Sanctos.

Punctum I.

Confidera I. Parabolam de grano Sinapis, quam S. Matth. c. 13. sic narrat: *Simile est regnum Calorum grano sinapis, quod accipiens homo seminavit in agro suo: quod minimum quidem est omnibus seminibus: Cùm autem creverit, majus*

*est omnibus Oleribus, & fit arbor, ita ut Colueros Calis bene-
axt, & habitant in ramis eius.* Considera, inquam, quam
convenienter huic sibi regi regnum Cælorum, volucibus ve-
rò in arbore hac habitantibus Beati comparentur, utpote de
quibus S. David Pl. 83. dixit: *Beati, qui habitant in domo
tua, Domine, in secula seculorum laudabunt te.*

Considera II. Quàm perfecta sit laus ista, siue sua virtute
vocis, siue affectum mentis, siue virium intensiorem, siue ob-
rationis perpetuitatem consideres; quantus proinde et tui
laude in DEVM honor & gloria, in Sanctos ipsos con-
tatio; in alios verò, qui audiunt, gaudium atque voluptatem
redundatura.

Considera III. Si Principes hujus sæculi tantis impedi-
mentis conducunt varios Musicos, qui vocis amenitate brevitatis
illis voluptatem aurium conciliant, sique eos, quos in talibus
te excellere advertunt, tanto favore & benevolentis con-
plectuntur, quantò magis tu colere & amare debeas Sanctos,
qui non tam te, quàm DEVM, quem plus, quàm te ipsum ob-
ligere te profiteris, tam suavi & omnibus numeris ab illis
Musica laudant. Vide ergo, an hæcenus debitum honoris
& amorem illis exhibueris, & quid deinceps facere velis.
Colloquium ad eosdem SS. Patronos, renovando formula,
qui eos in Patronos eligere consuevisti.

Punctum II.

Considera I. Quem potissimum honorem & cultum
requirant Sancti; an non putas idem tibi dicturos, quàm
olim S. Angelus Raphaël Tobie utrique dixit, qui cum pe-
rent, ut pro beneficijs collatis dignaretur dimidiam partem
eorum, quæ attulerant, accipere, respondit: *Benedicite
DEVM cali, & coram omnibus viventibus confirmate,
quia fecit vobiscum misericordiam suam.*

Considera II. Quo modo benedicere DEVM cum Sanctis
debeas, videlicet bene semper agendo, id est, quotidiana
opera perfectè obeundo; ita enim docuit S. Augustinus in Pl.
148. dum dixit: *Vis semper laudare DEVM? benefacere
& semper laudasti DEVM.* Quàm non tantum DEO
notificus, Sanctisque acceptus, sed tibi etiam proximo
salutaris sit iste modus colendi Sanctos; utpote qui

aliud sit, quàm optima vita, unde merito quidam ce-
dunt:

Sanctorum est cultus pulcherrimus optima vita.

Quàmque facilis & jucundus sit, & quàm adeò prudenter fa-
ciendus sis, si plerasque tuas minores devotiones in hunc cul-
tum utpote longè solidiorem convertas. Colloquium ad
Christum, gratias agendo, quòd & Sanctos tantâ gloriâ bea-
veris, & tibi tam utilem, solidumque eos colendi modum
suggesserit.

Punctum III.

Confidera I. Quos fructus ex tali cultu sperare possis, ni-
mirum mutuum sanctorum Patronorum erga te amorem,
unde triplex tibi fructus orietur, videlicet continua tuarum
actionum approbatio & complacentia ab iisdem SS. Patro-
nis tuis concipienda, efficax pro quâvis re tibi impetranda
concessio & constans contra omnia adversa, periculâque pro-
tectio.

Confidera II. Si tam jucundum est in hac vita habere
amicum aliquem, qui sincerè diligit, & à quo certam opem
& protectionem in quacunque necessitate & periculo exspe-
ctare possis, quantò jucundius tibi sit futurum, habere tot
tamque potentes & fideles amicos in cœlis, quorum auxilio
non a temporalibus duntaxat, sed æternis malis liberari,
neque naturalem duntaxat, & perituram felicitatem, sed æ-
ternam beatitudinem omnibus bonis affluentem consequi
possis.

Confidera III. Si hæc motiva suadent omnes Sanctos
speciali cultu venerandos esse, quanto majori amore & ve-
neratione colere debeas ipsam Dei Genitricem, utpote quæ
& plus amat Deum & te, quàm reliqui Sancti; & potentius
suo patrocinio defendere potest; & efficacius suo patrocinio
votorum aut propositorum tuorum impletionem obtinere.
Vide ergo quomodo deinceps te erga hanc quoque gerere ve-
lis, & per ardens colloquium formulâque Sodalitatis tuum
erga ipsam amorem restaura.

Legatur ex lib. 3. de imit. c. 58. & illa præcipuè verba he-
ne ponderentur: Ego laudandus sum in omnibus Sanctis
meis; ego super omnia benedicendus sum & honorandus

Pro octava Die.

MEDITATIO III.

DE ORDINE DIURNO ORDINANDO

Scopus.

Actiones quotidiane reformandæ.

Punctum I.

Considera I. Parabolam de sagena missa in mare, & omni genere piscium congregante, quam cum impleta educentes, & secus litus sedentes, elegerunt bonos in retibus, malos autem foras miserunt, uti S. Matth. c. 13. narrat. Considera, inquam, quàm convenienter per hanc sagenam tantum regnum cælorum, sed etiam ordo diurnus quotidianarum actionum tuarum intelligatur; nam & hic foras hæstus tam malas, quàm bonas actiones congregabat.

Considera II. Quodnam sit tuum hac in re officium, ut inquit ut tu quoque nunc sedeas, & bonas quidem actiones eligas, & retineas deinceps continuandas, & persequendas, malas autem & inordinatas foras mittas.

Considera III. Quænam sint actiones bonæ, quæ nobis id quod discurrendo per singulas totius diei actiones intelliges. Colloq. ad SS. Patronos.

Punctum II.

Considera I. Quem fructum ex tali reformatione actionum sperare possis, videlicet ut singulas bene atque persequere discas.

Considera II. Quàm præclarus sit iste fructus, & quomodo optandus Religioso aut Sacerdoti, utpote qui huiusmodi statum aggressus est, ut perfectioni consequendæ omnem operam suam impenderet; cum autem arbitriam bonitas atque perfectio ex fructibus cognoscatur, consequens est, ut ille quoque Religiosus aut Sacerdos perfectus censetur, qui quotidianas actiones, quibus tota ipsius

vita constat, perfectè exercere didicit; ad quam artem ad-
discendam cum summe conducatur Ordinis diurni exacta ob-
servatio, merito maxime eandem facere, & in eo observan-
do omnem diligentiam adhibere oportet.

Considera III. An non ob negligentiam in hujus ordi-
nis observatione commissam tu quoque hactenus minus pro-
feceris in perfectione, & quomodo proinde vel deinceps ac-
curatius eum observare velis. Colloq. ad B. V.

Punctum III.

Considera I. Quæ media potissimum adhibere debeas ad
exactam ordinis diurni observationem procurandam; tria
præcipue suaserim. Primum est, ut sæpius mediteris, benè-
que perpendas, quantum momenti positum sit in actionibus
quotidianis perfectè obeundis. Secundum est, ut non me-
dè examen particulare super singulas actiones, saltem portio-
nes accuratè instituas, sed etiam in generali examine diligen-
ter inquiras impedimenta, quæ potissimum obstant, quò-
minus operatum in hoc exercitio profectum facias, eaque per
convenientia remedia removere studeas. Tertium est, ut bre-
vem vitæ tuæ terminum tibi circumscribas, atque adeò de
die in diem, de hora in horam vivas, dicāsque cum S. David
Ps. 60. *Sic Psalmum dicam nomini tuo in seculum seculi,
& credam vota mea de die in diem.*

Considera II. Quàm efficacia sint hæc media ad dictum
finem brevi tempore obtinendum, uti quotidiana experien-
tia satis demonstrat.

Considera III. Quomodo tu hactenus media ista adhi-
bueris, aut certè adhibere deinceps velis. Colloq. ad Chri-
stum cum congruis affectibus.

Legatur ex lib. 1. de imit. c. 19. & illa præcipue verba
bene ponderentur: omni die renovare debemus propositum,
& ad fervorem nos excitare, quasi hodie primum ad conver-
sionem venissemus, atque dicere: adjuva me Domine Deus
in bono proposito, & sancto servitio tuo, & da mihi nunc
hodie perfectè incipere, quia nihil est, quod
hactenus feci.

Pro octava Die.

MEDITATIO IV.
DE AMORE DEI.

Scopus.

Augmentum dicti Amoris.

Punctum I.

Considera I. Parabolam de Rege faciente nuptias filio suo, quam S. Matth. c. 22. sic describit: *Simile factum est regnum cœlorum homini Regi, qui fecit nuptias filio suo. Et misit seruos suos vocare invitatos ad nuptias, Et vocabant venire. Iterum misit alios seruos: dicens: dicitis invitatis: Ecce prandium meum paravi, tauri mei Et vitula occisa sunt, Et omnia parata sunt: venite ad nuptias, illi autem neglexerunt: Et abierunt, alius in villam suam, alius vero ad negotiationem suam: reliqui vero tenuerunt seruos ejus, Et contumelios affectos occiderunt. Rex autem cum audisset iratus est: Et missis exercitibus suis perdidit homicidas illos, Et civitatem illorum accendit. Tunc ait servis suis: Nuptia quidem parata sunt, sed qui invitati erant, non fuerunt digni. Ite ergo ad exitus viarum, Et quoscunque inveneritis, vocate ad nuptias. Et egressi servi ejus in vias congregaverunt omnes, quos invenerunt, malos Et bonos: Et impleta sunt nuptia discumbentium. Interea autem Rex ut videret discumbentes, Et vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali. Et ait illi: Amice quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem? at ille obmutavit. Tunc dixit Rex ministris; ligatis manibus, Et pedibus mittite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus Et stridor dentium.* Considera, inquam, quam convenienter regnum cœlorum nuptiis comparetur, uti enim nuptia contractus indissolubilis, per quem duæ personæ ad matrimonium habiles conjunguntur in ordine ad perpetuam habitationem, ita in cœlo conjungitur per visionem beatificam Anima cum Deo, eique vinculo indissolubili amplexibus connectitur, ut perpetuò cum illo habitet, & lætetur.

Considera II. Quàm omni ex parte felices & præstantes sint hæ nuptiæ; si enim sponsum consideres, omnia in eo summa sunt; si sponsam, & hæc pulchritudine suâ, & ornamentis omnem humanam æstimationem superabit; si nuptiale convivium, tale erit, quod appetitum sine fastidio satiet; si amicos, omnes secundum cor facti; si thalamum, is erit, in quo solo quies suavissima, nec unquam interrumpenda invenietur.

Considera III. Quàm æquum sit, ut quis summè desideret his nuptiis frui, adeoque de veste nuptiali circumspiciat, ex cuius defectu parabolicum istum hospitem à nuptiis exclusum esse novimus. Colloquium ad SS. PP.

Punctum II.

Considera I. Quænam sit ista vestis nuptialis, quâ induti esse debent, qui ad nuptias istas admitti cupiunt, nimirum charitas, quâ Deus ex toto corde, totis viribus, & ex tota fortitudine diligitur.

Considera II. Quid sit ex toto corde diligere, nimirum multa agere & pati pro Deo, id est, non alio fine, quàm ut Deo placeas, tuumque erga illum amorem declares.

Considera III. Quanto dignior est nuptialis hospes, tanto elegantior quoque ac pretiosior vestem plerumque habere soleat, Sacerdotes autem omnes alios homines dignitate longè excellant, quantopere tu studere debeas, ut non vulgarem duntaxat charitatem, sed talem, quæ tantam decet dignitatem, procures. Colloquium ad B. V.

Punctum III.

Considera I. Quibus mediis talem charitatem obtinere possis, præ reliquis efficax fore iudico, si frequenter perpendas motiva amoris, certoque tibi persuadeas, ea in Deo infinitius perfectius, quàm in creaturis reperiri.

Considera II. Quænam motiva amoris communiter ab Ethicis & Theologis assignari soleant, nimirum pulchritudo, bonitas, amor, similitudo. Compara ergo quoad hæc omnia Deum cum creaturis, & vide, quanto perfectius in Deo velut fonte, quàm in creaturis reperiantur.

Considera III. Quàm facilè simul & efficax sit hoc remedium

dium; quis enim sitibundus non malit ex ipso fonte, quam ex lacuna aut cisterna aquam haurire? quis famelicus non malit verum, saporis dissimulatumque cibum, quam depictum fructum satiandæ adhibere? quis pauper non malit thesaurum, quam paucos nummos accipere? quæ virgo non potius in sponsum eligat formosissimum juvenem, quam deformem & leprosum Æthiopem? an non ergo & tu illatibi S. Anselmi præ clara verba applicabis: *Quid vagaris ô Homuncio, quæres bona anima & corporis? quære unum bonum, in quo est tibi me bonum, & sufficit.* Colloquium ad Christum illa S. Bernardi verba eum affectu repetendo: *IESU summa beatitudinis, mira cordis iucunditas, incomprehensa bonitas, tam fringat charitas.*

Legatur ex lib. 3. de imitatione c. 5. & illa præcipue verba bene perpendantur: Amor volat, currit, & lætatur, liber est, & non tenetur: dat omnia pro omnibus, & habet omnia in omnibus, quia in uno summo super omnia quietus, in quo omne bonum fluit, & procedit.

MEDITATIO Finalis.

DE GRATIARUM ACTIONE PRO FELICI SUCCESSU EXERCITIORUM.

Scopus.

Fortis & constans Propositorum Executio.

Punctum I.

Considera I. Parabolam de arbore fici, quam S. Lucas 13. sic narrat. *Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea sua, & venit quarens fructum in illa & non invenit. Dixit autem ad Cultorem vineæ: Ecce annis tres sunt, in quibus venio quarens fructum in ficulnea hac, & non invenit. Succide ergo illam: ut quid etiam terram occupat? et illi respondens dicit illi: Domine, dimitte illam & hoc annus usque dum fodiam circa illam, & mittam stercora: Et si quidem fecerit, fructum: sin autem, in futurum succide eam.*

Considera, inquam, quam bene tibi hæc parabola applicari queat, quam convenienter tu dicaris arbori

quam Deus in vinea Ecclesiæ vel Religionis plantaverat, sed pro dolor, fructum optatum in te hæcenus non invenit.

Considera II. Quanta sit bonitas Dei, qui, cum iustissime possit, succidi te non iussit, sed paratus adhuc est uno anno expectare, ut tandem aliquando speratos fructus offeras, idèque in his exercitijs denuo te fodit, & excolit per tot, tamque salutares inspirationes ac illustrationes, tam copiosas consolationes, & tot denique tamque vehementes animi ad omne bonum commotiones.

Considera III. Quàm æquum sit, ut vel nunc tandem omnes vires contendas in perfectionis studio tamque liberali & beneficæ Dei culturæ aliquando respondeas. Colloquium ad SS. PP.

Punctum II.

Considera I. Quem potissimum à te deinceps fructum erigat, & expectet Deus, nimirum seriam & constantem propositorum executionem, in hac enim totus exercitiorum tuorum fructus consistit, ut merito de tuis propositis illud Christi dictum Luc. 10. applicare possis: *Hoc fac, & vises.*

Considera II. Quodnam sit breve tuorum propositorum compendium, scilicet: ut denuo singulari cum fervore omnium, quæ retrò sunt, oblitus, ad anteriora te convertas, id est, ad destinatarum perfectionis scopum atque bravium contendas, adèque omnibus, quæ te impedire poterant, relictis, seriò atque constanter Christum per veram imitationem sequaris, mundòque actibì crucifixus soli DEO vivas.

Considera III. Quàm Deo gratus, tibi que ac proximo salutaris, jucundusque futurus sit iste fructus, quàm æquum proinde sit, ut omnem diligentiam adhibeas in fructu isto proferendo. Colloquium ad B. V. rogando, ut proposita tue suis purissimis manibus Christo offerre, & copiosam ad ea exequenda benedictionem impetrare dignetur.

Punctum III.

Considera I, Quibus medijs dictam propositorum tuo-
rum

rum executionem promovere possis; an non tria hæc præ
 ceteris placebunt? Primum oratio frequens, per quam
 Deo per SS. Patronos necessaria efficacique ad talem execu-
 tionem gratia petatur. Secundum frequens talium propo-
 sitorum renovatio, maximè in quotidianis meditationibus
 & examinibus, atque in hebdomadarijs, mensurisque recol-
 lectionibus. Tertium generosa sui victoria in ponendo
 aliquo impedimento removendo, ita enim Thomas Kemp-
 l. 1. c. 25. indicavit dum dixit: *Enim Verò illi maxime in
 Virtutibus præ ceteris proficiunt, qui ea, quæ sibi magis gra-
 via & contraria sunt, viriliter vincere nituntur; nam
 homo plus proficit, & gratiam meretur amplius, quo magis
 se ipsum vincit, & in spiritu mortificat.*

Considera II. Quàm efficacia sint hæc motiva, & veritas
 etiam experientiâ confirmata, ut qui majorem tui profectus
 partem illis adscribere debeas.

Considera III. Quomodo deinceps illa adhibere videas.
 Colloquium ad Christum rogando, ut, sicut te in solitudine
 nem hanc introduxit, ita etiam educere dignetur, sic carere
 ut prius benedictionem tibi copiosam largiatur, qui ad
 psum exemplum generosè cum hostibus tuis congrederi, & vic-
 citèrque vincere possis.

Legatur ex lib. 2. de imit. c. 10. & illa præcipue verba
 bene ponderentur: Qui gratiam Dei retinere desiderat, sit
 gratus pro gratia data, patiens pro ablata; oret, ut
 redeat; cautus sit, & humilis, ne
 amittat.





CAPUT II.

DE TRIDUANA RECOLLECTIONE
A SACERDOTIBVS ET CLERICIS
INSTITVENDA.

Um non omnibus semper aut vacet, aut lubeat, octo dies in sacro secessu consumere; nihilominus autem valde expediat, ut aliquot saltem dies ejusmodi recollectioni impendant, ideò ut his quoque consulatur, placet materiam saltem pro tridua ejusmodi recollectione præscribere. Quia verò non omnes eundem scopum habent, sed aliqui quidem eo duntaxat fine in secessum hunc abdere se desiderant, ut legitimam Electionem faciant, & num ad statum Sacerdotalem vocati sint, clariùs intelligant; alij verò post Electionem legitimè factam, se ad ordines dignè suscipiendos præparare cupiunt; alij denique post susceptos jam Ordines Spiritum & fervorem per occasiones extrinsecas, & quotidianas fragilitates nonnihil debilitatum resuscitare volunt, ideò pro quovis ejusmodi fine separatam & accommodatam materiam præscribam, ita tamen, ut pro quovis die non nisi duæ meditationes sint faciendæ, tum ut plùs temporis habeatur ad deliberationem instituendam, aut statum animæ inspiciendum; tum ut ejusmodi personæ Meditationis Exercitio non admodum asuetæ ex frequentiori Meditatione fastidium non capiant, atque adedò ad reliquas Exercitationes tantò promptiores & alacriores se exhi-

exhibeant. Quem ipsum ob finem etiam Lectionem Spiritualem valde moderatam esse convenit, ut posterioribus functionibus, & propius ad finem recollectionis accedentibus sit locus.

PRIMUM EXEMPLAR.

RECOLLECTIONIS TRIDUANA
INSTITUENDÆ.

Pro ijs, qui vocationem suam ad Sacerdotium rite indagare, & legitimam Electionem facere cupiunt.

EX quo titulo facillè patet finis & scopus hujus triduanæ Collectionis; cum enim ipse Christus Luc. 14. sapienter monuerit, neminem turrim ædificare incipere, qui non prima sedeat, & computet sumptus, an habeat ad perficiendam, & postea, quàm posuerit fundamentum, & non poterit perturbare, homines illudere ei incipiant, dicentes: Hic homo cepit ædificare, & non potuit consummare. Quod quidem consilium in turri Evangelicæ perfectionis ædificandæ, & vocatione propria inquirenda & exequenda tanto diligentius observandum est, quantò gravius plerumque damnata sequitur ex prævia computatione neglecta, non illud videlicet, & contemptus duntaxat hominum, sed vita etiam miseris, scrupulis, & anxietatibus referta, imò ipsa plerumque æterna damnatio. Certè Leonardus Lessius, Theophilus Bernardinus, & alij multi arbitrantur, multos iudeorum numerum damnari, quòd vel omnino non, vel non debito modo deliberarint; eò quòd ad statum vitæ rectè instituentem magna haud dubiè gratia Dei sit necessaria, hanc autem pro merito sperare non possint, qui cæco potius voluntatis impulsu & passionum impetu abrepti, quàm divinæ vocationis impulsu permoti, statum elegerunt; unde audire tales canent merentur, quod Salomon prov. 2. in Persona Dei dixit: *Peccavi, & renuistis: extendi manum meam, & non sustulisti: aspiceret: despexistis consilium meum, & increpationes meas neglexistis: ego quoque in interitu vestro ridebo, & subsanabo, cum id quod timebatis, evenerit.* Unde etiam S. Bernardus in serm. *Ecce nos reliquimus, noli, ait, pro-*

*Maute agere, diu considera, diligentius intueere; magnum est, quod proponis, & opus habens multa deliberatione. Ex-
pense, quid possis, amicos (Viros sapientes & spirituales)
consule, ne post factum poenitere contingat.*

PRIMA DIES.

Scopus hujus diei est, ante omnia finem, propter quem
Creatus est homo, intelligere, & cum Deo ob altissimas
& sapientissimas causas homines diversis vijs ad dictum fi-
nem perducere decreverit, non enim est hominis via ejus, ut
ambulet, & dirigat gressus suos, teste Jeremia c. 10. indaga-
re, quâ potissimum viâ te ad eundem finem pervenire velit;
unde hoc potissimum die dispositiones remotiores ad ele-
ctionem status faciendæ; & quia inter eas potissima est status
gratiæ & amicitia cum Deo (juxta illud Christi Jo. 15. Vos
autem dixi amicos: quia omnia, quæcunque audivi à Pa-
tre meo, nota feci vobis; unde & Moyses ad Dei alloquium
vocatus, prius solvere calceamenta jusus est Exod. 3.) ideo
laborandum præcipuè erit, ut, siquidem in tali statu te non
esse adverteris, ad eundem quà primùm per legitima me-
dia pervenire studeas; si verò eundem te habere probabiliter
conspicias, media pariter ad eundem conservandum, & perfici-
endum indages.

Tessera.

Domine quid me vis facere? act.

MEDITATIO I.

DE FINE HOMINIS.

Præludium I. est, imaginari, quemadmodum olim Adam
in Paradiso creatus & positus est, ut operaretur, & custodiret
illum, mandatum scilicet Dei observando, ita te quoque ob
similem causam à Deo quoad animam creatam, & quoad
corpus à Parentibus generatum fuisse.

Præludium II. est, petere gratiam, ut finem, ob quem
creatus es, clarè cognoscere, & constanter, ac sedulò perse-
qui possis.

Instruct. VIII.

Gg

Pun-

Punctum I.

Confidera I. Quanti referat, ut finem, propter quem a Deo creatus, & in hoc mundo positus es, ritè cognoscas, & persequaris, cum planè in hoc fine animæ tuæ perfectio & quies consistat; perfectio quidem, quia, sicut gladius, qui in aurea vel adamantina vagina reconditus est, sed non bene secat, laudatur; & sicut equus non qui pulcher aspectu, & corpore obesus est, sed qui bene laborat, ambulat, & curat æstimatur, & laudatur; ita & homo, cum ratione præditus sit, non ex eo, quòd dives, formosus, aut nobilis sit, sed quòd finem suum assecutus, & rationis talento legitime usus sit, æstimandus atque luctandus est. Quies verò ejusmodi hominis in hoc ipso fine posita est, quia hic finis est quies centrum hominis; unde sicut elementa & alia res create in quiete consistunt, donec ad centrum suum pervenerint, ita homo quiete consistere unquam poterit, donec finem suum assecutus sit; unde rectè S. Augustinus in lib. confess. exclamat; *Deus, Domine, ad te, & inquietum est cor nostrum, donec requiescat in te.*

Confidera II. Quàm æquum sit, ut vel nunc tandem hunc hunc sollicitè indages; quid enim aliud hactenus per omnes tuos conatus, & labores quæsisisti, quàm ut bene vivere esset, & quietè vivere posses? si ergo per nullam aliam viam, quàm finis tibi præfixi sedulam prosecutionem evadere obtinere te posse agnoscis, an non vel maxime rationi consonum putas, ut desertà viâ, in qua frustra hactenus sollicitè & quietem quæsiseris, eandem per meliorem & certiorè viam quærere statuas.

Confidera III. Quomodo hactenus hunc finem indagare & persequi studueris; an non potiùs falsam viam ad illum perveniendi sectatus sis, & illam Psalmistæ increpationem merueris: *Filij hominum, usque quo gravi corde: ut quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?* An non ergo vel nunc errorem tuum fateberis dicens, sed, quia ad hoc tempus corrigendi est, salubrius cum insipientibus illis loqui. *Ergo erravimus a via veritatis, & lumen justitiam non invenimus. Lassati sumus in via iniquitatis, & perditam viam ambulavimus: vias difficles, viam autem Dominus cognovit.* Colloquium ad SS. Patronos,

Punctum II.

Considera I. Ad quem propriè finem à Deo creatus sis, scilicet, ut, quemadmodum S. Ignatius in libello Exercitiorum loquitur, *Dominum Deum tuum laudes* (id est, magnificas, & omnibus alijs rebus præferas) *reverearis* (id est, nihil committas, quod eidem vel minimè displicere valeat) *eique serviens* (id est voluntatem & beneplacitum illius semper inquirens, & perficiens) *salvus fias*, id est, præmium & felicitatem æternam consequaris.

Considera II. Quàm sublimis sit hic finis; tam magnus scilicet, ut major excogitari nequeat, cum ipse Deus, Teste D. Thoma, majorem felicitatem, quæ in visione beatificæ consistit, excogitare aut facere non queat. Quam dignitatem Deus ipse Gen. 1. indicavit, dum scilicet hominem ad imaginem & similitudinem Dei creatum fuisse testatur, ut, quod ipse habet per sententiam, homo, si velit, per participationem accipiat.

Considera III. An hunc finem, ut par est, cognoveris, æstimaris, & sectatus sis. An non potius de te verificetur illud Davidis Pl. 48. Vaticinium: *Homo, cum in honore esset, non intellexit; comparatus est jumentis insipientibus, & similis factus est illis.* Vide ergo, quomodo vel hodie errorem hunc corrigere velis. Colloquium ad B. Virginem. ¶

Punctum III.

Considera I. Quòd Deus non contentus tanto beneficio, totum insuper mundum quasi pro palatio, omnes creaturas pro famulis, omnes tuas potentias & vires pro instrumentis assignavit, quibus finem tuum faciliùs, perfectiùsque consequeris; quod quidem beneficium tam magni à S. Davide æstimatum est, ut pl. 8. cum admiratione exclamârit: *Quid est homo, quòd memor es ejus, aut Filius hominis, quoniam visistis eum? gloria & honore coronasti eum, constituisti eum super omnia manuum tuarum.*

Considera II. Quàm æquum proin sit, ut rebus his creatis non aliter, quàm quatenus ad suprascriptum finem conducunt, utaris; quid enim sentiret de Amico illo, qui famulos à Rege sibi commissos ad eundem graviter offendendum incitaret

citaret? qui pecunias à Domino concreditas ad suam potius recreationem & voluptatem, quam Domini sui voluntatem implendam expenderet? qui instrumentis ad arcedendum Domini hostes subministratis ad ipsum Dominum oppugnandum uteretur: atqui idē facit, qui rebus creatis alio modo, quam qui ad finem conducit, utitur, hinc rectè S. Augustinus inquit: Minus te, Domine, amat, qui prater te aliquid amat, quod propter te non amat.

Confidera III. Quomodo hactenus his creaturis usus fuisti & uti deinceps velis. Alloquere ergo te illis S. Augustini verbis: *Quid vagaris, o anima, per mundum, quare in bona corporis & anima; quare unum bonum, in quo est unum bonum, & sufficit.* Colloquium ad Christum.

MEDITATIO II.

DE VOCATIONE COELESTI INQUIRENDI.

Præludium I. Est, Christum Apostolos vocantem te imaginari, teque cum illis ad se sequendum istis ad Apostolos dictis verbis invitare: *Venite post me, faciam vos Prælatos hominum.*

Præludium II. Est, petere gratiam, ut vocationem tantè agnoscere, & dispositiones, quæ ad eandem requiruntur, studiosè procurare possis.

Punctum I.

Confidera I. Ad hoc, ut aliquis verus cuiusdam Regis aut Principis famulus dicatur, non sufficere, ut Aulam eius vel domum ingrediatur, seque eidem ad servitium offerat, sed insuper requiri, ut inquirat, quid ab ipso fieri velit Dominus, & quo in munere ipsum servire velit; acquirere à te quoque, qui fidelis & prudens Domini Dei tui servitium desideras, ante omnia inquirendum esse, quo in statu & ordine à te occupari, debitumque sibi obsequium præstare possit; ne, dum ultro se ad officium aliquod obtrudit, in omnino à servitio repellatur, aut certè debitum ad illud præstandum medijs & auxilijs privetur.

Confidera II. Quàm clarè hujus doctrine veritatem Christus suo etiam exemplo probavit, dum nullum ex Apostolis sequi se permisit, quem non ipse prius vocavit, ut Joan. 15. dixit: *Non vos me elegistis, sed ego elegi vos.*

rel hoc factio ostenderet, quàm necessaria sit vocationis di-
vinae (quæ nihil aliud est, quàm dispositio providentiæ di-
vine, quæ pro suo beneplacito quosdam seligit, & segregat
ad opus ministerij sui, ipsisque gratias necessarias ad tale o-
pus largitur) inquisitio studiosa, & impletio perfecta; ut,
quæ sine ipso facere nihil possunt, per voluntatis ipsius solli-
citam executionem in eodem manere, fructumque copiosum
asserere mereantur.

Considera III. Quàm æquum proinde sit, imò necessa-
rium, ut tu ad Sacerdotium te non intrudas, priusquam te le-
gitimè ad illud vocatum agnoscas; tum quia, teste S. Paulo
ad Hebr. 5. *nullus sibi sumit honorem (Sacerdotij) sed qui
vocatur à Deo tanquam Aaron;* tum quia sic etiam gra-
tiam vocationis ad tale munus, & hoc ipso etiam felicem
successum, & præmium laborum tuorum sperare poteris,
nam, ut idem Apostolus ad Rom. 8: dixit, *quos vocavit, illos
& justificavit.* Hinc & ipse Christus loco supra citato cum
dixisset, *ego elegi vos: mox addidit: & posui vos, ut eatis;*
& *sanctus & sceler maneat.* Colloquium ad SS. Patronos.

Punctum II.

Considera I. Quæ dispositiones requirantur ad vocatio-
nem talem inquirendam, tres nimirum. I. *perfecta indis-*
ferentia seu æqualiter disposita & parata voluntas ad om-
nem statum, ad quem DEUS vocaverit, amplecten-
dam; quam dispositionem pulchrè indicavit S. Climatus
gradu 26. dicens: *In divina voluntate indaganda neces-*
sarium est, ita nos comparatos esse, ut nostra omnis voluntas
et esset, ac in neutram partem magis vergat. Nam cum ea
ab omni affectu fuerit purgata, & nudata fuerit, apta erit
ad Dei institutum percipiendum. Unde errant, teste S. Ig-
natio in libello Exercit. qui uxorem ducere primitus, aut Ec-
clesiasticum beneficium adipisci statuunt, demum postea Deo
inservire, utentes præposterè sine ac medio, nec ad Deum
tendentes rectè, sed obliquè ipsum ad perversa sua vota per-
trahere conantes. II. *Sedula divina revelationis petitio,*
id est, ut per orationem humilem & ferventem ad Deum con-
fugas, ab eoque suppliciter petas, ut quid, quando, & qua-
tenus te facere velit, demonstrare dignetur; sic enim S. Pau-
lus suo exemplo docuit, dum ex equo dejectus mox clama-

vit: *Domine, quid me sis facere?* III. *Cooperatio studiosa*, in eo consistens, ut, cum Deus non semper statim voluntatem suam per apertam revelationem, sed, ut obedientiam & humilitatem nostram probet, per homines & humana media manifestare velit; talia media studiosè adhibeamus, *quantùm nos apposuerimus, ad studium, tantùm ille apponat ad adiutorium.*

Considera II. Quàm solida & efficacia sint hæc media, cum placè Deus ex tua parte nihil aliud requirere possit, neque adeò facienti, quod in se est, gratiam vocationis negare non possit, seque certò facturum sit cum servo suo secundum misericordiam, & justificationes suas docturus. pl. 118.

Considera III. Quomodo tu hæc media adhibueris, & adhibere deinceps velis. Colloquium ad B. Virginem.

Punctum III.

Considera I. Quæ potissimùm media ad cooperationem tuam Deus à te requirat, duo videlicet. I. Ut rursum Evangelicæ perfectionis, quæ in vocationis propriæ studiose executione consistit, ædificaturus, priùs sedeas, & compares, ut habeas sumptus ad perficiendum; id est, diligenter indagæ qualitates & dotes ad talem statum necessarias, & an easdem tu quoque vel jam actu habeas, vel habere facile possis, sollicitè inquiras. II. Ut, cum ipse Spiritus Sanctus per Solomonem monuerit, ac innitatur prudentiæ nostræ, & ut sapienter S. Gregorius p. 1. past. c. 9. advertit, *sape sibi non ipsa de se mentiatur, & fingat se de bono opere amare, quod non amat; & de mundi gloria non amare, quod amat;* illorum quoque directionem & consiliùm requiras, credidit te cum S. Paulo ad Ananiam mitti, ut ab illo tibi ostendatur, quid Deus facere te velit, sicque tantò certius divinam illustrationem sperare possis, quantò longius à iudicio & voluntate propria recessisti.

Considera II. Quàm & hæc duo media sint idonea ad cooperationem tuam adimplendam, & vocationem intelligendam, cum experientia quotidiana doceat, eos, qui talia media adhibuerunt, felicem ordinariè successum suorum laborum sortitos esse; qui verò eadem neglexerunt, coactos fuisse se cum

se cum Apostolis Luc. 5. dicere: *Præceptor, per totam no-*
stram laborantes nihil cepimus.

Considera III. Quàm æquum proinde sit, ut tu quoque
illa studiosè arripas, atque adeò vel nunc in hoc secessu se-
deas, & ad sumptus computandos te accingas. Colloquium
ad Christum, & æternum Patrem usurpando illa verba Salo-
monis Sap. 9. *Mitte illam de cælis Sanctis tuis, & à sede*
magnitudinis tuæ, ut tecum sit, & tecum laboret, ut sci-
am, quid acceptum sit coram te.

EXAMEN

Per reliquum hujus Diei tempus instituendum.

Cum duo præcipuè capita ad Evangelicam perfectionem
requirantur, scilicet fuga peccati, & virtutum amor,
juxta S. Davidem pl. 33. dicentem: *Quis est homo, qui sult*
vitam, diligit dies videre bonos, declina à malo, & fac bo-
num; meritò hæc duo à Sacerdotibus tantò perfectius sunt
observanda, quantò major in illis ob excellentiam statûs
perfectio requiritur. Unde rectè hoc & sequenti die, quo-
modo te circa hæc duo capita gesseris, & gerere deinceps ve-
lis, per accuratum Examen de hac materia institutum inda-
gabis.

Post invocatam itaque divinam gratiam considera I.
Quid ad perfectam animi puritatem, adeoque & primum ho-
minis officium, quod est *declinare à malo*, requiratur, vide-
licet I. Ut omnem culpam mortalem cane peius & angue
oderis, utpote per quam tota unio animæ cum Deo dissol-
vetur, & per consequens etiam fructus operationis non mo-
dicè impeditur. Unde quod olim Blanca Regina Galliarum
ad Filium Ludovicum dixisse dicitur, malle se scilicet, cum
quocunque mortis genere defunctum, quàm unico peccato
mortali obnoxium inveni, id ipsum etiam Ecclesia respectu
Sacerdotum multo potiori jure dicere creditur. II. Ut et-
iam omnia peccata venialia deliberatè admitti solita stu-
diosissimè devites, cum & hæc, sicut magnam cum morbis
corporalibus similitudinem quoad effectus alios habent, ita
perinde ac illi vires animi ad operandum necessarias non
modicè debilitent. III. Ut ipsas etiam fragilitates, seu
pecca-

peccata ex fragilitate commissa; item imperfectiones & alias actiones levitatem vel minimam sapientes, quantum fieri potest, devites; & ubi commissa fuerint, per dignam penitentiam deleas, & emendes, memor semper sententia S. Bernardo prolata: *Nuga in ore secularis nuga sunt, in ore Sacerdotis blasphemia.* Item alterius à S. Augustino pronuntiata: *In moribus Vestris nihil reperitur, quod eorum quam offendat aspectum, sed quod Vestram deceat sanctitatem.* IV. Ut passiones tuas, & inordinatas affectiones, quae sunt radix omnium peccatorum, fortiter & constanter retines, amorem maximè & concupiscentiam, iram, odium, & tristitiam, quae prae caeteris periculosa sunt Sacerdotibus & in grandia saepe scelera, scandalaque eos precipitant. V. Ut occasiones quoque externas ad peccatum allicientes, populi praeipue sunt mulierum confortium, familiaritas cum externis, compotandi consuetudo, & similes, studiosè detestare, dum amas pericula, percas in illis.

In his ergo omnibus primò quomodo te habeas, an libueris hactenus, id est, quibus peccatis, levitatibus, passionibus, aut occasionibus extrinsecis peccandi obnoxius fueris, tardè & accuratè te examina; deinde quàm grandia mala ex ijs orta tibi sint, aut oriri possint, sedulò perpende, & tandem quae media ad evitanda talia peccata, vel passiones frenandas adhibere possis & velis, indaga.

Secundò postea considera, quot titulis tam magna conscientiae puritas à Sacerdote requiratur, nimirum I. *Ob ipsam magnitudinem beneficii vocationis*, quod sicut maximum est propter status & muneris, ad quod vocatus est, maximam dignitatem & excellentiam, ita maximam quoque circumspectionem & amorem requirit, atque adeò vel maxime cavendum suadet, ne talis Benefactor offendatur; alioquin enim jure iterum Christus de Sacerdotibus quereret, utique Psalms 54. verba repeteret: *Si inimicus meus invidiosus fuit mihi, sustinuissem utique; tu vero homo unanimes, dux meus, & notus meus, qui simul mecum dulces capere cibos.* &c. II. *Ob sacrificij offerendi munus*, quod quidem tantum est, ut merito Thomas Kemp. l. 4. c. 5. dixerit: *Non haberes Angelicam Puritatem, & S. Joannis Baptista sanctitatem, non esses dignus hoc Sacrificium offerre.* Utis

cum S. Franciscus deliberasset, & à Deo intelligere petivisset, num Sacerdotij Ordinem suscipere deberet, Angelus illi chrysellinum Speculum, & purissimum quidem ostendit, simulque dixit, tantam puritatem requiri, ut quis Presbyterij Ordinem dignè suscipiat, & administret; quo audito nunquam induci S. Franciscus potuit, ut Presbyter fieret. III. *Ob Confessarii & Concionatoris munus*: quod utrumque magno in dicendo & corrigendo libertatem requirit; quomodo autem hæc obtineri poterit, nisi ipse Sacerdos liber sit à vitijs, à quibus alios absolvere, & abstrahere cupit, diceréque cum Christo possit; *quis arguet me de peccato*: certè, S. Gregorio teste p. 5. pastor. c. 5. *nullum majus præjudicium tolerat Deus, quam cum eos, quos ad aliorum correctionem posuit, dare de se exempla pravitatis cernit, quando ipsi peccamus, qui aliorum compescere peccata debemus, quando pereuntis populo mortis Authores sumus, cui ad vitam esse duces debemus.* Imò non Deus duntaxat, sed ipsa etiam Ecclesia & Religio nostra Catholica non leve detrimentum paritur, nam, ut idem S. loc. cit. ait, *Si quid in Sacerdote vel Clerico justè reprehenditur, ejus vitio ipsa Religionis nostra affirmatio gravatur.* Unde meritò S. Paulus de Ministris Ecclesiæ ad Timotheum ep. 1. cap. 3. scribens, *hi autem, inquit, probentur primùm, & sic ministrent, nullum crimen habentes.* IV. *Ob propriam infamiam & interitum cavendum*: cum enim Sacerdos ipso Clerici nomine & veste profiteatur, se de sorte Domini, id est, totum Dei & Ecclesiæ servitio consecratum esse, ita ut dicere possit cum Davide pl. 15. *Dominus pars hereditatis meæ.* An non magnam apud Angelos, & homines infamiam contrahet, si turpissima defectio à Deo recedat, & , qui priùs cum infelici Juda Christum secutus fuerat, postea cum eodem pecunijs coacervandis, vel alteri cupiditati implendæ deserviat, ac denique eo delabatur, ut ipsum Christum, suamque salutem prodat? an non de ipso verificabitur, quod Apostolus ad Hebr. 6. dixit: *Terra supervenientem habens imbrem, proferens autem spinas & tribulos reproba est, & maledicto proxima, cuius consummatio in combustionem.* an non in ipso implebitur, quod alter Apostolorum Princeps 2. Petr. 2. dixit; *si enim refugientes coinquinationes mundi, in cognitione Do-*


mini nostri & Salvatoris IESU Christi, his rursus implicati superantur, facta sunt illis posteriora deteriora prioribus. Melius enim illis erat non cognoscere viam iustitiae, quam post agnitionem retrosum converti ab eo, quod illis tractatum est, Sancto Mandato. Hinc nempe non quare didicimus teste S. Hieronymo epist. 22. *hominis infideles, & eius, qui foris sunt, & quorum carnes Rex Assyrus in olla succedens de Ecclesia Christi rapere festinat, esca eius secundum dicitur electa sunt; Iob subvertere cupit, & devoratis Iuda & eribrandos Apostolos expetit potestatem.*

Tertiò demum considera, quæ media adhibere velit ad talem puritatem obtinendam, sequentia videlicet. I. *Orationem humilem*, quâ diffidens, te viribus propriis obtinere posse hanc puritatem, frequenter ad Deum recurras, & comes cum S. Davide Pl. 50. *Cor mundum crea in me Domine, & spiritum rectum innova in visceribus meis.* Ita sane Salomon suo exemplo docuit, qui, ut sap. c. 18. dicitur, *sciebat quòd non posset esse continens, adijt, Dominum, & deprecatus est.* II. *Immaculatam Virginis amorem, & generosam;* hinc enim non levia duo præsidia accipies ad talem puritatem obtinendam; nam & exemplo illius peccatorum accendèris & ipse ad immaculatam vitam studium; & peccatorum per ipsius patrocinium (quod nunquam libentius, quam per conceptionem suam immaculatam rogata, & ad talem suam implorata præstat) gratiam efficaciter obtinebis ad istud studium fructuosè suscipiendum & continuandum, ut citius de te suo modo dici queat: *Totus pulcher es, amice mi, & macula non est in te.* III. *Frequentem Agni immaculatam oblationem;* hinc enim eadem duo præsidia non modicè rogebuntur; nam, ut S. Bernardus in serm. de cen. Dom. ait, *duo hoc Sacramentum operatur in nobis, ut & sensum innovat in minimalis, & in gravioribus tollat omnino consensum;* sed & ipsa memoria immaculatæ hostiæ quotidie, aut læpulis saltem offerendæ non modicum addet stimulum ad evellendam omnem maculam, quæ minùs acceptam reddere vellet oblationem posset. IV. *Crebram peccatorum suorum Confessionem;* sicut enim, quò vas aliquod crebrius eluitur, & purgatur, tantò purius efficitur; ita quò frequentius anima per Confessionem mundatur, tantò à peccatorum torribus liberior.

terior, mundiorque, ac sanctorum evadit. V. *Examen*
in conscientia quotidianum; cum enim per hoc macula, sordés-
 que, si quæ fortè contrahuntur, mox auferantur iterum, hoc
 ipso Diabolus laqueos suos perinde nequere cessabit, ac ar-
 nete rete suum expandere non facile solent in eo loco, in quo
 frequenter sua retia scopis destructa fuisse comperiunt. VI.
Examen particulare super illa vitia, quibus magis adhuc
 obnoxius es, institutum; cum enim per hoc examen uni præ-
 sertim vitio excindendo tota cura impendatur, meritò vires
 collectæ fortiores censentur ad unum post alterum citò ex-
 pugnandum; sic enim pius Asceta l. 1. c. 11. dicere ausus est,
 citò nos perfectos evasuros, si quovis anno unum duntaxat
 vitium extirparemus, quantum magis purificabimur, si quovis
 circiter mense unum vitium excinderemus. VII. *Casti-*
gationem voluntariam susceptam: sicut enim equus, qui
 post celsitationem admissam mox flagello aut calcari corri-
 pitur, cautior efficitur, rariùsque labitur; ita etiam quisque
 faciliùs à crebriori lapsu sibi cavet, qui advertit, quemcun-
 que mox præsentis pœna castigandum esse. VIII. *Radicis ex-*
stirpationem, ut enim lolia, & zizania non facile ampliùs
 succrescunt, si cum ipsa radice extirpantur; ita nec vitia re-
 pullulare faciliè poterunt, si ipsa eorum radix evellatur. Exa-
 mina ergo, quomodo hæc media adhibueris hætenus, & ad-
 hibere deinceps velis, atque ad hoc ipsum gratiam à Deo &
 Sanctis per breve colloquium pete.

Materia Lectionis.

Ex libello Exercitiorum legi potest modus eligendi, re-
 gularque pro eo præscriptæ. Ex Ascetis legi potest Leonar-
 dus Lessius, aut Theophilus Bernardinus de statu vitæ eli-
 gendo. Aut libellus passim obvius, & perutilis ad hunc fi-
 nem, qui inscribitur *Methodus certi vitæ status deligendi*
practica. Aut Ludovicus de Ponte in to. 2. de perfectione.
 Aut *Sacerdos Christianus seu ad vitam Sacerdotalem piè in-*
stituendam manu ductio à M. Ludovico Abellio Sacerdote
 Parisiensi conscripta.



DIES

DIES SECUNDA.

Cum ad Electionem status tria plerumque bene consideranda sint, videlicet 1. Quæ dotes ac qualitates ad eam requirantur. 2. Quæ commoda & fructus in eo obtineri possunt. 3. Quæ incommoda & pericula in eodem statu occurrere queant; merito de his tribus hodierna & crastina meditationes consuetæ instituuntur. Ipsum tamen ex parte circa alteram Christianæ perfectionis officium, nempe virtutes instituetur, ut, dum virtutes ad Sacerdotem necessarias clarè intelliges, tantò facilùs an sumptus ad Sacerdotium assumendù necessarios habeas, cognoscas. Ex quo facile patet, scopum hujus diei esse, dotes ad Sacerdotem necessarias, & in specie virtutes agnoscere, & ad easdem accipiendas ardens desiderium, firmumque propositum concipere.

Tessera.

Doce me, Domine, facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu. ps. 142.

MEDITATIO I.

DE DOTIBUS AD SACERDOTE
NECESSARIIS.

Præludium I. Est, Apostolos in cœnaculo Jerosolymitano sedentes, & virtute ex alto per Spiritum Sanctum introitus intueri.

Præludium II. Est, gratiam petere à Deo, quâ tres dotes ad Sacerdotem requisitas, videlicet magnam scientiam, majorem prudentiam, maximam sanctitatem ritè cognoscere, & studiosè sectari possis.

Punctum I.

Considera I. Tres præcipuè dotes ad Sacerdotem requisitas, nempe magnam scientiam, majorem prudentiam, maximam sanctitatem. Et imprimis quidem magnam, id est, munia sua obeunda sufficientem, scientiam in eo requisitam, vel ex ipsa functionum ab eo perficiendarum natura

eum enim modò conciones ab eo habendæ, modò Fidei ar-
tuali rudibus explicandi, adultiores in ijs roborandi, vel
contra hæreticos propugnandi; modò vitia extirpanda, &
virtutes inferendæ sint, hæc omnia autem non vulgarem
scientiam desiderent, meritò ea à Sacerdotibus requiritur, ne
audire alioqui à Deo illud Osee. c. 4. debeant: *Tu scientiam
repulisti, & ego repellam te, ne Sacerdotio fungaris
mibi.*

Confidera II. Qualis scientia requiratur in Sacerdote,
triplex videlicet. I. *Theologica*, eaque triplex, *Moralis*, quâ,
quidquid ad conscientiam, morésque dirigendos requiritur,
noscat; *Polemica*, quâ & potiores Hæreses, & modum eas-
dem impugnandi, aut se contra illas defendendi, intelligat;
Afctica, quâ vitiorum & virtutum naturam, mediâque ad
illorum vel extirpationem, vel acquisitionem noverit. II.
Canonica, quâ, quid in Jure Canonico circa officii sui fun-
ctiones & objecta doceatur, cognoscat. III. *Ceremonialis*,
quâ & Rubricas pro officio divino, & Missæ Sacrificio præ-
scriptas, & ritus in administratione Sacramentorum, aliisque
functionibus Parochialibus observandos sciat.

Confidera III. An hætenus hanc triplicem scientiam
comparare studueris, aut certè deinceps procurare velis, tri-
plex eum in finem medium adhibens, videlicet frequentem
recursum ad Deum, ad studium privatum, ad Doctores tam
mortuos (id est, libros) quàm viventes. Colloquium ad SS.
Patronos.

Punctum II.

Confidera I. Pro altera dote Sacerdotis meritò *majorem
prudentiam* requiri; cum enim ipse aliorum dux constitu-
tus sit, eóque per viam multis periculis & erroribus obno-
xiam ducere debeat, bene oculatus sit, oportet, viâque, per
quam ducendi sunt, apprimè gnarus; alioquin si cæcus cæ-
cum ducat, ambo in foveam cadunt; hinc & ipse Christus
Apostolos eorum animarum auspiciaturos Matt. 10. monuit:
Estote prudentes, sicut serpentes, id est, semper attendentes,
ut caput seu finis actionum vestrarum integer, illæsusque
permaneat.

Confidera II. Qualis sit hæc prudentia, quæ tantopere
Sacerdoti necessaria dicitur, quòd nempe sit virtus, quâ me-
dia

dia ad finem propositum convenientia sagaciter investigatur, appositè seliguntur, & fortiter ac constantè adhibentur; unde tria plerumque hujus prudentiæ officia assignantur, videlicet bene consulere, bene judicare seu eligere, bene perare seu exequi.


Considera III. An tu hæctenus huic virtuti studueris, & quomodo saltem deinceps majorem in ea acquirenda, & augenda diligentiam adhibere, eumque in finem tripliciter medium usurpare velis, scilicet, ut eam juxta consilium S. Jacobi c. 1. postules à Deo, qui dat eam omnibus assidue. Deinde cum Prudentibus juxta monitum Salomonis Prov. 13. gradiaris: & tandem dictamina quædam prudentiam colligas, eaque sedulo in memoria retinens, secutum illa te, aliosque dirigas. Colloquium ad B. Virginem.

Punctum III.

Considera I. Tertiam dotem Sacerdotis merito *sanctitatem maximam* appellari, eò quòd hæc functionibus sacerdotibus *authoritatem* (nam Magisterij authoritas consistat ex vita) *efficaciam* (*qui enim manet in me, & operatur, hic fert fructum multum*, ait Christus Joan. 15.) & *severitatem* conferat defendens contra vanam gloriam, & inconstantiam, quæ actionibus ipsius plurimum insidiantur.

Considera II. In quo consistat hæc sanctitas, scilicet in abstinentiâ à vitijs & affectionibus inordinatis liberis, & virtutum quiete, & vocationem tuam præcipuè decent, studio extollens.

Considera III. An talem in te sanctitatem deprehendas, & quomodo deinceps saltem eam sectari velis, duplex potissimum mediū adhibendo, *Orationem* scilicet (nam rectè novit vivere, qui rectè novit orare, S. Augustino teste) & *meditationem assiduam*; tantum enim proficies, quantum tibi vim intuleris, ut sapius ex Thoma Kempensi dictum est, eum imminutio cupiditatis sit augmentum charitatis, juxta S. Augustinum. Colloquium ad Christum.



MEDITATIO II.

DE FRUCTIBUS ET COMMODIS
STATVS SACERDOTALIS.

Prælium I. Est, imaginari tibi Sacerdotes nunc in templis divina officia & ministeria peragentes; nunc domi tibi, suæque saluti vacantes; nunc in domibus alienis ægrotant ac moribundorum visitationi ac consolationi invigilantes.

Prælium II. Est, petere à Deo gratiam, ut commoda & fructus, quos status Sacerdotalis affert, ritè cognoscere, eorumque ardens desiderium & studium concipere possis.

Punctum I.

Confidera I. Qui fructus ex Sacerdotali statu in cœlestem curiam redundant. Quàm præclaram imprimis occasionem habeat Sacerdos, gloriæ divinæ augmentum procurandi, cum enim gloria Dei in hoc consistat, ut ab hominibus magis & magis semper cognoscatur, laudetur, & ametur, quis meliorem habet occasionem, hanc cognitionem & amorem mentibus hominum ingenerandi, quàm Sacerdos, cujus pleræque functiones, puta conciones, Catechizationes, administrationes Sacramentorum, Missæ celebrationes, conversationes privatæ &c. ad hunc finem ordinantur? Ob quam eandem causam etiam cultum B. Virginis & reliquorum Sanctorum promovendi optimam habet occasionem, maximè si eorum Festa reverenter ac devotè celebrari, eorum imagines & reliquias piè ac sollicitè proponi, asservari, ac honorari faciat: eorum congregationes fructuosè admittet, & in pietate augeri curet: illorum gesta & laudes Populo pro concione proponat, & ad eorum cultum poterit alliciat.

Confidera II. Quàm pretiosus sit hic fructus, dignusque, propter quem Sacerdotij status (si Deus ad hunc vocare dignabitur) avidissimè eligatur, & suscipiatur, si enim, ut unanimiter Ascetæ docent, gloria Dei pluris est facienda, quàm si infinitos mundos converteres, & lucrareris; an non meritò felicissimus tibi status ille videbitur, qui tam præclarum

Icarum fructum, gloriae scilicet divinae copiosum augmentum, affert?

Considera III. Quàm æquum proin sit, ut vel ob hoc solum fructum non modò statum Sacerdotalem vehementer desideres, sed etiam, ubi eum susceperis, illud Apostoli Cor. 10. monitum in mente semper habeas: *Sive manducatis, sive bibitis, sive aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite.* Colloquium ad SS. Patronos.

Punctum II.

Considera I. Quàm copiosus etiam fructus in militarem Ecclesiam, id est, homines in terris viventes ex Sacerdotali statu oriatur; nam imprimis ipsa Ecclesia Catholica per Sacerdotes potissimum protegitur, conservatur, & dilatatur, ita ut ipsis jure merito applicetur illud Cant. 3. *Zelulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel, omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi.* Nec minore fructum ipsa Respublica Christiana à Sacerdotibus refert; tum quia suis orationibus eandem conservant & protegunt; tum quia veræ religionis & cultus divini, à quo salus reipublicæ potissimum pendet, incrementum & conservationem procurant. Quantus denique in ipsa Hierochianos Sacerdotis curæ commissos, eosque tam delectatos, quàm viventes oriatur, ex eo facile patet, quòd totum ipsius Pastorale munus eò præcipuè tendat, ut ovium sanam salutem & incolumitatem procuraret, easque secum olim in celeste ovile ducere queat.

Considera II. Quàm hi quoque pretiosi sint fructus, in pote non in paucas duntaxat Personas, sed in totas Reipublicas, earumque non temporalem tantum, sed æternam quoque felicitatem promovendam tendentes.

Considera III. Quàm libenti, gratoque animo accipere debeas Sacerdotium, si te ad illud vocatum advertentia. Horum ergo exclama cum S. Davide ps. 107. *Paratum cor meum, Deus, paratum cor meum.* Colloquium ad B. Virginem.

Punctum III.

Considera I. Quàm copiosos ipsi Sacerdoti fructus oraturat Sacerdotij status, videlicet ut & in hac vita necessitatem

assistentiam facilius obtineat (si enim regnum Dei quæ-
rentibus Christus omnia ad victum & vestitum necessaria
liberaliter subministratum iri promissit, quanto magis Sacer-
dotibus tam studiosè procurantibus, ut Deus non tantùm in
ipsis, sed etiam in alijs regnet, nihil deesse patietur) & in al-
tera vita beatitudinem æternam *certius, citius & copiosius*
consequatur; cum hoc ipso, quòd alios tam sollicitè ab æ-
ternis inferni, & temporalibus Purgatorij pœnis liberare,
& ad æternam felicitatem citò perducere studuerit, Deus
mensurà pari remensurus tantam charitatem, atque adeò
beatitudinem citius, & copiosius sit largiturus; maximè
cum ipsæ animæ per Sacerdotem salvatæ, aut liberatæ Deum
pro ipso assiduè rogaturæ sint, ut gloriæ, quam ipsis Sacerdos
obtinuit, ipsum quoque participem facere dignetur.

Considera II Quàm & hic fructus optandus sit, dignus-
que, ob quem Sacerdotij status cum maxima alacritate susci-
piatur; cùm enim in talis beatitudinis fruitione finis homi-
nis ultimus consistat, Sacerdotium autem, ut ostensum est,
optimâ occasionem offerat, talem beatitudinè certius, citius
& copiosius obtinendi, facilè apparet, pro maximo favore &
beneficio habendum esse, si Deus te per hanc certiore, se-
curiore, & breviorè viam ad memoratam beatitudinem
perducere velit.

Considera III. Quomodo tantum beneficium excipere; &
quâ ratione te ad illud disponere velis. Colloquium ad Chri-
stum.

E X A M E N

Per reliquum hunc Diem instituendum.

Hoc Examen rectè de virtutibus ad Sacerdotem præsi-
pue requisitis instituetur, ad quem finem quatuor po-
tissimùm bene nôsse & apprehendere debes, nimirum I. Quid
in genere requiratur ad veram, solidamque virtutem. II.
Quæ virtutes in specie ad Sacerdotem requirantur. III.
Quantopere ejusmodi virtutes necessariæ sint. IV. Quibus
mediis easdem acquirere possis & debeas; quæ omnia tem-
pore illo, quod inter duas meditationes intermedium habes,
suaviter considerare oportebit.

Instr. VIII.

H b

Primum

Primum igitur quod attinet, virtus vera & solida nihil aliud est, quam habitus supernaturalis, quo ad actiones rationi conformes, Deoque beneplacentes eliciendas inclinatur. Ex qua descriptione facile colliges, tres ad solidam, veramque virtutem proprietates seu conditiones requiri. I. Ueram honestatem seu conformitatem cum ratione continere, eaque re ipsa per voluntatem appetatur; alioqui enim hoc ipso, quod liberè non eliciatur actio, virtuosa formaliter non erit. II. Ut cum discretione exerceatur, id est, ut neque per excessum, neque per defectum aliquid rationi contrarium in virtute tali elicienda committatur, sed medium rationis, velut cynosura, fixum semper teneatur: nam, ut rectè S. Bernardus serm. 19. in Cant. ait, Deus vult se amari, non tantum dulciter, sed etiã sapienter; hinc S. 49. in Cant. de discretione loquens, tolle hanc, inquit, & visus non virtus sed vitium erit. III. Ut constanter etiam inter adversa eliciatur; hoc enim discrimen est inter veram & fucam virtutem, quod inter faciem naturali pulchritudine præditam, & fucam seu adscriptitijs coloribus exornatam: ut enim hæc, si calidam aquam superfundas, mox evanescit, fraudemque detegit, illa verò augebitur potius, quam minuetur per similem infusionem; ita simili modo se habet cum vera & fucata virtute, unde merito Petrus Gerlacos dixit, tunc possideri solidam virtutem, si stantem: te quali quædratum lapidem omnis casus & eventus inveniat.

Secundum caput, quod sciendum est, requirens, ut sciamus, quæ virtutes in specie ad Sacerdotem requirantur, per ipsam enarrationem præcipuarum virtutum resolvendum est.

Prima igitur virtus Sacerdoti perquam necessaria Fides est, quæ, ut S. Chrysostomus S. de fide, spe &c. loquitur, est origo iustitiæ, sanctitatis caput, devotionis principium, religionis fundamentum, sine qua nullus unquam Deum promeruit, nullus fastigium perfectionis ascendit; sine qua, ut sic Apostolo, impossibile est placere Deo. Hæc requirit, ut non modò ipse Sacerdos firmè omnibus Fidei articulis assentiatur, sed ad idem faciendum alios etiam instruat, & hortetur; è contrariò verò Hæreticis eam oppugnantibus fortiter se opponat.

Alterta virtus Theologica, videlicet Spes, quæ juxta S. Chry-

Chryostomum loc. antè cit. est futura pollicitationis reli-
 quos assensus, promissa gloria devota intentio, Sanctorum
 dignata sublimitas, bonorum expectatio futurorum, duo
 præcipue requirit officia à Sacerdote, scilicet I. Ut, quem-
 admodum S. Paulus 2. Cor. 1. Non sit fidens in semetipso,
 sed in Deo; neque enim sufficientes sumus cogitare aliquid
 ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est, unde in omnibus
 suis functionibus cum magna fiducia ad ipsum recurrere, fir-
 missimeque sibi persuadere debet, quòd, sicut ipsum ad sa-
 cerdotium vocare dignatus est, ita gratiam quoque vocatio-
 nis necessariam abunde sit largiturus. Unde suo modo Sa-
 cerdos cum S. Bernardo S. 3. de octo pan. dicere debet. *Tria*
considero, in quibus tota spes mea consistit, charitatem ado-
ptivam (& vocationis) veritatem promissionis, potestatem
restitutionis. II. Ut pariter certò sibi persuadeat, præmium
 meritis proportionatù certò responsurù, hoc enim illa Chri-
 sti Matt. 25. verba indicant: *Euge serve bone & fidelis, quia*
super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam; intra
in gaudium Domini tui. Unde meritò hortatur Apostolus
 ad Hebr. c. 10. *Nolite amittere confidentiam, qua magnam*
habet remunerationem.

Tertia virtus Theologica *Charitas* est, quæ juxta S. Pro-
 sperum l. 3. de vit. contempl. c. 13. dicitur, *Recta voluntas*
ab omnibus terrenis & presentibus prorsus averfa, juncta
Deo inseparabiliter, & unita, ac igne quodam Sancti Spi-
ritus, a quo est, & ad quem refertur, incensa; vel, ut S. Ba-
 silius in Reg. brev. q. 211. definit, *est assidua, & ultra vires,*
animi ad exequendam Dei voluntatem contentio, cum pro-
posito ac desiderio gloria ipsius. Unde tria requirit hæc virtus
 à Sacerdote. Primum est, ut nihil aliud in suis actionibus
 querat, quam gloriam & beneplacitum Dei; nam, ut rectè
 S. Augustinus l. de moribus Eccles. c. 8. dixit, *è est omnino*
tenendum, ad id omnia nostra consilia referenda; bonorum
summa nobis Deus est, Deus est nobis summum bonum; neq3
infra remanendum est nobis neque ultra quarendum; alte-
rum enim periculosum, alterum nullum. Secundum est, ut
 omne, quod Deo displicet, studiosè devitet; nec ab alicujus
 rei creatæ amore aut odio ad tale quid agendum perducì si-
 nat, ut cum veritate illud S. Pauli ad Rom. 8. usurpare possit:

Hh 2

Quis

Quis nos separabit à Charitate Christi? Tertium est, ut, quod Deo magis placet, solerter indaget, & fortiter exequatur, gaudeatque, si quàm plurima dura & adversa pro amore ipsius sustinere possit; nam, ut S. Chryostomus hom. 4. in epist. ad Philem. rectè dixit, ea est amantium lex, ut tantum demum felices putent, cum adversa pro his, qui diligunt, sustinent; unde licet ij, qui vera charitate Deum diligunt, suavitatem divini amoris non negligant, illius tamen suavitati ærumnarum tolerantiam anteponunt.

Quarta virtus dilectio Proximi est in eo consistens, ut proximum sicut se ipsum propter Deum diligat Sacerdos, atque adeo omnia mala, quæ ipse nolle pati, à Proximo quoque efficaciter avertere conetur; bona verò, quæ sibi imparet, liberaliter illi communicare, vel procurare studeat. Unde sequentes actus ad hanc charitatem requiruntur. Primus est, ut propter Deum diligat proximum; si enim qui quemlibet amat, sed propter Deum non amat, charitatem non habet, sed habere se putat, teste S. Gregorio hom. 1. in Evang. Secundus est, ut omni conatu ipsum ad æternam beatitudinem perducere conetur, nam, ut sapienter advertit S. Augustinus l. c. *non diligis eum tanquam teipsum, si non ad id bonum, ad quod ipse tendis, adducere satagis.* Tertius est, ut juxta S. Tobix Senioris consilium, quo modo potuerit, tam erga Defunctos, quàm erga viventes sit misericors; & si multum sibi fuerit, abundanter tribuat; si exiguum sibi fuerit, etiam exiguum libenter impertiri studeat memor, quòd Deus compenset voluntatem, ubi non invenit facultatem. Ut autem hæc tria tantò alacrius exequatur sequentes duas sententias bene ponderare debet, quarum primam pronunciavit Petrus Blessensis sic Sacerdotem alloquens: *Sine charitate nihil es, sine charitate Sacerdos non potes, esse non potes.* In hoc enim juxta Christi effatum, agnoscent omnes, quòd Discipuli Christi sint Sacerdotes, si dilectionem habuerint ad invicem. Secunda S. Bernardi in declam. super ecce nos. sic loquentis: *Patrimonia Pauperum sunt facultates Ecclesiarum, & sacrilega eis erubescit late surripitur, quidquid sibi ministri & dispensatores non utique Domini & Possessores ultra vitam accipiunt aut vestitum.*

Quinta virtus castitas est, quam quidem Angelicam oportet esse in Sacerdote, qui Angelus Dei vocatur, & Angelorum in dirigendo homine participat officium; unde sicut de Angelis ne suspicio quidem ullius peccati contra hanc virtutem admitti habetur, ita nec de Sacerdote haberi debet. Ut autem hanc virtutem obtineat, sequentia tria media sedulo observare debet. Et primò quidem, cum nemo, teste Salomone sap. 8. *possit esse continens, nisi Deus det*, ac, ut monet Cassianus l. 6. *Instit. impossibile sit hominem suis, ut ita dicam, pennis ad præcelsa hujus virtutis premium evolare, nisi cum gratia divina de terra cæno evexerit*, adeat Dominum, & ex totis præcordis pro hac virtute deprecetur. Secundò ut, quemadmodum S. Cyprianus S. de jejun. & tentat. monet. *primis diaboli titillationibus obvies, nec colubrum foveat, donec in serpentem formetur*; maximè cum ejusmodi occultæ cogitationes nonnunquam animum gravius laucient, & periculosiores sint ijs, quæ in manifesto admittuntur, ut Con. ilium tridentinum sess. 14. c. 5. advertit. Tertiò ut, quoniam S. Carolus Borromæus in epist. quâdam sapienter monuit, hanc virtutem nunquam acquirere quem possit, nisi se carnis maceratione afflicta verit, sensus omnes compresserit, otium ut pestem fugerit, & omnem animi ac mentis suæ vim in hujus virtutis pulchritudinem intenderit, hæc omnia sedulo observet, sicque cum S. Paulo 1. Tim. 5. dicere queat: *Castigo corpus meum, & in servitutem redigo, ne forte cum alijs prædicavero, ipse reprobus efficiar.*

Sexta virtus *Modestia* seu morum gravitas est; cum enim ipsi perinde ac Apostolis dictum sit: *Vos estis lux mundi*; merito honestæ vitæ exemplo alijs prælucere debet, &, ut Concilium Trid. sess. 22. c. 1. de reform. loquitur, sic vitam, moresque suos omnes componere, ut habitu, gestu, incessu, aliisque omnibus rebus nihil nisi grave, moderatum, ac Religionem plenum præferant, ob oculos semper habens Apostolicum istud monitum: *Gaudete in Domino semper, iterum dico gaudete: modestia vestra nota sit omnibus hominibus*; cum verè Sacerdos Christum præcipuè sequi, & imitari debeat; ubi autem Christus est, ibi modestia quoque sit, teste S. Gregorio Nazianz. ep. 193.

Septima virtus *Mansuetudo* est, cujus officium est, iracundia

dia & asperitatis inordinatos motus reprimere, & ut clariss
 S. Cyprianus S. de cœn. Dom. explicat, *incredulos suaden-
 do ad finem flectere, obsequio ingratos fovere, contradicen-
 tibus leniter respondere, superbos clementer sustinere, hu-
 militer persequentibus cedere*; ac proinde tanto majori stu-
 dio exercenda est, quando aptior est ad animos hominum
 lucrandos, sic certè Moyses, teste S. Ambrosio l. 2. offic. c. 7.
 rotius plebis sibi mentes devinxerat, ut plus eum pro ma-
 suetudine diligerent, quàm pro factis admirarentur. Hinc
 & ipse Christus Matt. 11. Apostolis hanc virtutem præcipue
 commendavit dicens: *Discite à me, quia mitis sum, & hu-
 milis corde, & invenietis requiem animabus vestris*, non
 propriæ duntaxat, sed etiam aliorum curæ vestræ commisso-
 rum; ut meritò S. Franciscus Salesius p. 3. Philoth. c. 8. mo-
 suetudinem hanc *florem* charitatis dixerit, & tunc demum
 perfectam esse Charitatem asseruerit, cum non tantum po-
 tiens, sed etiam mitis & benigna est; unde quod S. Paulus
 ad Gal. 6. de correptione dixit: *Fratres, etsi præoccupatus
 fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui spirituales estis, hu-
 jusmodi instruite in spiritu lenitatis*: de omnibus alij
 ctionibus cum Proximo suscipiendis observare debet.

Octava virtus *Patientia* tantò magis necessaria est bo-
 cerdoti, quantò magis furorem Damonum & malorum ho-
 minum in se concitabit, si vocationi suæ satisfacere volu-
 rit; nam, ut Apostolus 2. ad Thimoth. c. 3. monet, *omnes
 qui pie volunt vivere in Christo, persecutionem patienter
 sustineant*. Unde & ipse Christus Apostolos Joan. 15. monuit: *Non est
 servus major Domino suo; si me persecuti sunt, & vos per-
 sequentur*; additque fructum Luc. 21. dicens: *In patientia
 vestra possidebitis animas vestras*; quantòque perfectior est
 patientia, tantò perfectior quoque possessio animarum est.
 Quare meritò seiplos Sacerdotes illis Apostoli 2. Cor. 6. ver-
 bis hortari ad hanc virtutem debent, & dicere: *In omnibus
 exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros, in multa paci-
 entia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis, in
 plagis &c.*

Nona virtus *Humilitas* est, quâ Sacerdos sibi verissimè
 sui cognitione vilescit, & cum Christo contemni, homi-
 numque fieri opprobrium gestit; atque adeò tantò magis
 iterum

terru necessaria est Sacerdoti, quanto majus ædificiũ ædificare
 considerat; cum, ut rectè S. Augustinus S. 10. de verb. Dom.
 dicit, *qui cogitat magnam fabricam extruere celsitudinis,
 de fundamento prius cogitare debeat humilitatis.* Unde
 hanc quoque præcipuè cuius mansuetudine à se discendam
 Christus monuit: *Discite, quia mitis sum, & humilis corde.*
 Matt. 11.

Decima virtus *Paupertas* Spiritus est, quã videlicet mun-
 do hoc utatur, tanquam uon utatur; & habens victum & a-
 mictum, & habitationem congruam his contentus sit, nec
 diuitias in animo, nec animum in diuitijs habens, ut S. Fran-
 ciscus Salef. p. 3. Philoth. c. 4. loquitur; cum enim Sacerdos
 in sortem Domini assumptus sit, atque adeò cum S. Davide
 ps. 17. dicere debeat: *Dominus pars hereditatis mee;* me-
 ritò opibus terrenis inhiare non debet, (*quid enim ultra
 querat, cui omnia suus Conditor sit,* ait rectè S. Hieronymus
 l. 2. de vit. act. c. 16.) sed illas diuitias ambire, quæ nos or-
 nare pariter possint, & munire; quas nec acquirere inuiti,
 nec perdere valeamus; quæ contra hostiles imperus armant,
 à mundo determinant, Deo commendant, animas nostras
 ditant, atque nobilitant, nobiscum sunt, intra nos sunt, &
 nobiscum auferre possumus. Quare monitum saluberrimum
 S. Bernardi in epist. 103. ob oculos semper habeat sic lo-
 quentis: *Quare, o homo Dei, hac fuge, si sapi; si habes cor,
 desine ea sequi, quæ esse sequi miserum est, beatus utique,
 qui post illa non abiit, quæ possessa onerant, amata inquinant,
 amissa cruciant.*

Undecima virtus *Obedientia* tantò magis Sacerdoti ne-
 cessaria est, quanto præstantius corpus est Ecclesiastica Hie-
 rarchia, atque adeò ad illius regimen necessarium est, ut in-
 feriora membra capiti subiecta sint. Hinc meritò Apostolus
 ad Hebr. 13. dicit: *Obedite Præpositis vestris, & subiacete
 eis, ipsi enim (velut caput) pervigilant quasi rationem pro
 animabus vestris reddituri, ut cum gaudio hoc faciant, &
 non gementes;* gemitus siquidem iste, quavis ultione du-
 rior est, inquit S. Chryostomus in cit. locum.

Duodecima virtus *Devotio* est, quæ nihil aliud est, quàm
 prompta voluntas ad omnia obsequia divinæ Majestati ex-
 hibenda; tantòque magis Sacerdoti necessaria est, quanto
 H h 4 magis

magis ipsi convenit, ut sedulum se in divinis ministeriis exhibeat, ut qui ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in ijs, quæ ad Deum sunt, ut apostolus ad Hebr. c. 5. loquitur. Unde merito Sacerdos operam dare debet, ut in omnibus functionibus ad Deum pertinentibus, & specialiter in SS. Missæ Sacrificio, & horum Canonice peragendis, juxta monitum S. Bernardi S. 1. in Cantu, jungat sensum verbis, affectum sensui, exultationem sensui, gravitatem exultationi.

Tertium caput de virtutibus sciendum, est digna æstimatione illarum, quæ quidem non melius concipi poterit, quam si certissimò tibi persuadeas virtutem esse potissimum instrumentum Sacerdotis, ex quo efficaciam omnem, sive ad beneplacitum Dei, gloriàmque promovendam; & ad salutem proximi copiosè & securè procurandam; sive ad salutem propriam certius assecurandam, & abundantius obtinendam promanare oportet; ut merito S. Paulus ad Timotheum 1. cap. 4. scribens dixerit: *Exerce te ipsum ad pietatem seu virtutem; nam exercitatio corporalis ad modicum utilis est, pietas autè ad omnia utilis est, promissionem habet vite, quæ nunc est, & futura* atque adeò jure de hac virtute Sacerdos sibi factam Siracidis Eccl. 6. adhortationem recitari. *Quasi is, qui arat, & qui seminat, accede ad illam, & spera (id est, exspecta) bonos fructus illius; in opere enim ipsius tuum guum laborabis, & cito edes de generationibus illius, ita tu dicere cum eo possis: Videte oculis vestris, quia modicum laboravi, & inveni mihi magnam requiem.* Eccl. c. 51.

Quartum denique caput, scilicet media ad virtutem acquirendam præcipuè conducentia quod attinet, multa quidem ab Ascetis, præscribuntur, sed quæ ad tria maxime reduci queant, videlicet I. *Ad ardens desiderium;* nam in virtute idem quod de sapientia, dici potest, quod scilicet *facile videatur ab his, qui diligunt eam; & invenitur ab his, qui quarunt illam; præoccupet, qui se concupiscunt, ut illis se prior ostendat.* II. *Ad divinum adjutorium;* quod proinde assiduò cum magna fiducia implorandum est: & III. *Ad constans exercitium;* unde Apostolus Timotheo dixit: *Exerce te ad pietatem,* id est, naturam illius bene cognoscere stude, occasiones illius exercendæ sollicitè inveni-

q, & eadem avidè arripe, hæc enim tria ad perfectum exitium requiruntur.

DIES TERTIA.

Scopus hujus diei est, ut, cum pleraque ad statum Sacerdotalem pertinentia jam consideraveris, vel certè in prima hujus diei meditatione adhuc consideraturus sis, dispicias tandem, an sumptus habeas sufficientes ad perficiendum, atque ad eò electionem status tandem concludas, & prout ultima meditatio docebit, fortiter exequaris, quæ decrevist.

Tessera.

Domine, ostende, quem elegeris (statum videlicet) Act.

cap. 1.

MEDITATIO I.

**DE INCOMMODIS ET PERICULIS
STATVS SACERDOTALIS.**

Præludium I. Est, imaginari Sacerdotem in bivio, atque scilicet, & latæ viæ constitutum, & ad illam quidem à Christo, ad hanc verò à Dæmone invitatum.

Præludium II. Est, petere gratiam, ut non tantum incommoda & pericula statûs sacerdotalis bene cognoscere, sed etiam adjuncta, quæ ad illa seu lenienda, seu devitanda à Deo, & ipso statu offeruntur, rectè intelligere queas.

Punctum I.

Considera I. Quàm gravium laborum, molestiarum, & fastidiorum occasionem penè assiduam offerat Sacerdotalis status. Et I. quidem per ipsas functiones curæ animarum proprias, puta conciones habendas, confessiones excipendas, administrationem Sacramentorum diu, noctuque, in quacunque tempestate, per longa sæpe & fastidiosa itinera pedibus conficienda suscipiendam, & non rarò cum periculo gravis morbi contrahendi, aut ipsius vitæ amittendæ conjunctam. II. Per curas æconomicas, quæ tantò vehementius distrahunt, & lancinant animum, quantò pauciores sunt redditus ad sustentationem necessarij, quantòque pluribus peri-

H h 5

periculis amissionis sive per tempestatem, sive per fures, sive per infidos Domesticos incurrendæ sunt subjecti. III. Per cognatorum vexationem, qui veluti sanguifugæ opem affluo flagitant, opibus inhiant, non satiati murmurant & cingua grati animi signa ostendunt. IV. Per mores & crudam indolem tum Parochianorum, tum Domesticorum, maxime si vitijs etiam gravioribus sint subjecti, nec emendari possunt.

Considera II. Quanta è contratio pro his fastidijs, & molestijs aut omnino tollendis, aut alleviandis certe adjumenta idem Sacerdotalis status offerat; nam in primis ipsa gratia vocationis facit, ut omnia possimus in eo, qui confortat. Deinde Zelus gloriæ divinæ, & amor ovium commissarum omnia levia facit, si enim Jacobo Patriarcha omnes anni in gravissimis laboribus & molestijs exacti breves sunt visi, quia per eodem Rachelem à se tantopere abestam lucraturum se sperabat, quanto magis Sacerdoti communes labores, quos pro gloria Dei, pro animarum, quæ nobilitates pulchriores sunt Rachele, lucro, imò & pro ipsa Deditate olim fruenda, suscepturus est, breves, & leves, imò & delectabiles occurrunt. Accedit ipsa Christi promissio, quæ regnum Dei quærentibus (uti præcipue faciunt Sacerdotes) omnia necessaria adjectum iri promissit; & verò si Domini terrestres Pastoribus ovium materialium tam sollicitè necessariam sustentationem subministrant, an Christum Sacerdotibus, quibus oves pretioso suo sanguine redemptas colligendi commisit, deesse aliquid passurum credemus? non Apostoli eidem Christo Luc. 22. c. quærenti: *Quid vobiscum eram, nunquid aliquid defuit vobis? nihil, respondunt?* Ut vero nec propinquorum sollicitatio, aut amor inordinatus, nec subditorum corrupti & asperi mores perturbent, ipse amor Dei, & illustratio celestis efficiet, qui & aptum propinquos amandi & juvandi Ordinem, limitèremque præscribet; & mores subditorum asperos perturbare faciet, ac matres filiorum suorum defectus per amorem tegunt, ac dissimulant, ita ut jure merito fateri quæ in se impletum esse, quod Sponsa Cant. c. 2. expertam se habet confitetur: *Introduxit me Rex in cellam Sinarum, & ordinavit in me charitatem.*

Considera III. Quàm præclara sint hæc adjumenta, & quanta

quæ merito in eorum præsentia omnia supra enarrata in-
moda evanescere, & contemni debeant. Colloquium ad
II. Patronos.

Punctum II.

Considera I. Quæ pericula animæ in statu Sacerdotali
periuntur; eadem nempe, quæ Navarchis (quales utique
etiam sunt Sacerdotes, animarum, quas per periculosum hu-
jus mundi mare ad æternæ felicitatis portum perducere de-
bent, curam gerentes) per mare navigantibus occurrere so-
lent. I. Nempe *Syrenes* suaviter canentes, &, ut navim sub-
mergere possint, obdormiscere facientes, per quas mulierum
inordinatus amor & consortium rectè intelligitur, quæ, pro-
dolor! jam multos Sacerdotes in barathrum æternæ damna-
tionis præcipitârunt. II. *Scopuli*, per quos negotia, & cu-
ræ, conversationesque rectè intelliguntur; in quos, uti quo-
tidiana iterum experientia testatur, non pauci impegerunt
Sacerdotes, naufragiumque animæ sunt passi. III. *Pirata*,
per quos dæmones Sacerdotibus, ut quos copiosa meritorum
proprium & animarum lucra facere nõrunt, præcipuè per
varia tentationum & persecutionum genera insidiantes in-
telliguntur.

Considera II. Qualia vicissim ad hæc pericula devitanda
à statu Sacerdotali adjumenta offerantur. Nam inprimis
ad *Syrenes* evitandas ipsa primùm *voti castitatis obligatio*,
deinde verò *quotidiana* propè *Corporis Christi sumptio*, quæ
in se quodam modo carnem Sacerdotis commutat: & ipsa
tandem Vocationis gratia liberat, quæ quidem tanta est, ut,
si ex obedientiæ duntaxat, & charitatis ordinatæ impulsu
cum feminis agere debeat, perinde, ac Pabylonici Juvenes,
in hoc igne illæsus sit custodiendus. Deinde verò pro sco-
pulis sæcularium curarum & conversationum devitandis
offertur ipsi assidua cum Deo & Sanctis per Orationes, lectio-
nes sacras, aliàsque functiones spirituales communicatio,
quæ, nisi ipse obstet, facile efficiet, ut sordescere ipsi incipiat
omnis humana conversatio, nec sine magna necessitate aut
utilitate suscipiatur; quo tamen in casu, sicut ex voluntate
Dei aditur hoc periculum, ita ad eundem pertinet, ut ex illo
sacolumem & illæsum educat, ut dicere cum Juditha c. 13.
possit:

possit: *Vivit Dominus, quoniam custodivit me Angelus ejus & hinc euntem, & ibi commorantem, & inde revertentem, & non permisit Ancillam suam (aut famulum) coinquinari.* Denique contra ipsos etiam Dæmones non levia præsidia offert; nempe I. *insignem cum Christo habente conjunctionem*, ob quam merito dicere potest: *Si Deus pro nobis, quis contra nos?* II. *Orationis frequentiam*, quam ipse Christus velut fortissimum contra Adversarios scutum suavit, dum Matt. 26. dixit: *Vigilate & orate, ne intretis in tentationem.* III. *Generosam resistantiam*, cum enim ipse alios assiduò hortari debeat ad resistendum tentationibus maligni hostis, inculcans illud S. Jacobi c. 4. *connitum: Resistite Diabolo, & fugiet à vobis*; hoc ipse etiam ipsemet non modicè incitabitur ad similem resistantiam, ne dum alijs ad victoriam Author est, ipsemet turpiter succumbat.

Considera III. Quàm efficacia & hæc sint adjumenta ad omnem animo timorem periculorum supra indicorum eximendum, atque adeò statum Sacerdotalem, si Deus voluerit, alacriter & intrepidè suscipiendum. Colloquium ad B. Virginem.

Punctum II.

Considera I. Quàm gravem rationis olim Deo reddendæ obligationem, atque adeò salutis propriæ perpendendæ periculum post se trahat Sacerdotalis status; si enim, cui multum datum est, multum exigetur ab eo, quam severus Deus rationem exigeret à Sacerdote, cui animas velut thesaurum suum præstantissimum, dilectissimumque commisit, certè S. Chrysostomus ho. 5. in acta Apost. hoc periculum considerans, dicere ausus est: *Non arbitror inter Sacerdotes multos esse, qui salvi fiant, sed multò magis, qui pereant, non tam proprijs peccatis, quàm alienis, quæ non curaverunt.*

Considera II. Qualia adjumenta pro hoc quoque periculo evitando offerat status Sacerdotalis; cum imprimis gratia vocationis offerat, ut à Deo ad munus suum ritè administrandum, atque adeò in sua potestate sit facere id, quod ab eo requirit DEVS; hoc autem si faciat, nihil ipsi importandum

ad culpam, vel pœnam sit, cum curam duntaxat, non rationem jure Deus exigere possit. Deinde verò ipsa charitas & misericordia assiduò pro salute Sacerdotis precabuntur, ne excitat illius felicitatis participatione, ad quam ipse alios tam sollicitè perducere conatus est; unde si S. Hieronimus alicui dicere ausus est: *Non memini me legisse, mala morte fuisse defunctum, qui libenter opera charitatis exercuit; habet enim multos Intercessores, & impossibile est, multorum preces non exaudiri;* multò magis hoc de Sacerdotibus, qui præstantiora longè opera misericordiæ, spiritualia videlicet, tam frequenter exhibere solent, dici poterit.

Confidera III. Quàm apta & efficacia sint hæc duo media ad rationis reddendæ timorem moderandum; & animos potius addendos, ut statum sacerdotalem tam multis adjumentis & præsijs instructum libenter amplectaris, si ad eundem te vocatum deprehenderis. Colloquium ad Christum.

MEDITATIO II.

DE EXECUTIONE VOCATIONIS.

Prælium I. Est, imaginari Apostolos à Christo vocatos & mox omnibus relictis eum secutos.

Prælium II. Est, petere gratiam, ut tu quoque, sicuti simili modo cum Apostolis vocatum te credis, ita pari quoque cum celeritate & perfectione respondere vocationi possis.

Punctum I.

Confidera I. Quàm magnum beneficium tibi collatum sit per vocationem ad sacerdotalem statum; si enim meritò maximum favorem collatum esse crederes ei, qui è vilissimo statu ad regiam vel imperatoriam dignitatem evectus esset; quantò majus æstimare debebis tibi à Deo beneficium exhibitum, dum te ad Sacerdotalem dignitatem, juxta unanimum SS. Patrum sensum ipsa regiam dignitate longè excellentiorem, vocare & evehere dignatus est, ita ut meritò de te pariter & Apostolis dici queat: *mibi autem nimis honorifica-*

rificati sunt Amici tui Deus, nimis confortatus est principatus eorum, Pl. 138.

Considera II. Quantopere beneficij hujus magnitudo augeatur, si circumstantias, quas involvit, paulò melius consideres, videlicet I. *Infinitam charitatem vocantis*; quantopere & toties à te offensi, & tamen tam extraordinarium favorem conferentis. II. *Summam vilitatem & dignitatem vocati*, nihil, per quod mereri talè favorem potuisset, habentis; plurimas verò causas, ob quas ei negata talis gratia meruisset, offerentis, uti nulli magis, quam vilitate præteritam vitam relegenti constabit, ut adeò merito cum S. Davide Pl. 8. exclamare possis: *Domine; quid est hoc, quòd memor es ejus, aut Filius hominis, quoniam vocasti eum; minus est enim paulò minus ab Angelis (imò majori tibi potestatem tribuere constituisti) gloria & honore constitisti eum.* III. *Innumeram multitudinem hominum in sæculari statu relictorum*, præ quibus tu ad hanc dignitatem evectus es, etsi innumeri sint, qui millies gratiores se exhibuissent, & beneficio tali perfectius usi fuissent.

Considera III. Quàm æquum proinde sit, ut, sicut beneficium hoc maximum est, ita maximas quoque pro eo gratias Benefactori tanto persolvas; & cum gratiores illi exhibere non possis, quàm si vocationi tuæ omni coram respondeas, jam nunc modum istum respondendi sollicitè indagare, & studiosè adhibere velis. Colloquium ad Sacerdotes.

Punctum II.

Considera I. Quis sit modus optimus, Deoque gratias respondendi vocationi; si videlicet sequentia præcèdes. Et I. quidem jam nunc mundo & rebus terrenis penitus renuntians, memor sententiæ à Christo Luc. 14. prolatae: *Qui non renuntiat omnibus, quæ possidet, non potest meus esse discipulus*, & S. Pauli exemplum ob oculos proponens, qui de seipso ad Galatas c. 1. scribit: *Cum autem placuit ei, qui me segregavit ex utero matris meæ, & vocavit per gratiam suam, ut revelaret Filium suum in me, ut Evangelizarem illum in Gentibus, continuo non acquievi carni & sanguini.* II. Ut dotes, quas ad Sacerdotem requiri cognovisti, magis

quam videlicet scientiam, majorem prudentiam, & maximam Sanctitatem omni studio procurare, & magis in dies perficere & augere coneris; si enim ij, qui ad terrena officia eliguntur, vel opificia certa exercere studuerunt, mox de optimis sibi instrumentis prospiciunt, quantò magis hanc industriam te adhibere convenit, qui ad officium spirituale, & que diviniſſimum te vocatum agnoſcis. III. Ut, ubi tempus sacrorum ordinum suscipiendorum advenisse compereris, non differas susceptionem, sed mox cum Apostolis omnia alia negotia relinquens, Christum cum purissima intentione gloriæ divinæ augendæ, tuæque ac alienæ salutis affectandæ sequaris; *nescit enim tarda molimina Spiritus S. grata*, teste S. Ambrosio. Unde proderit adhortationem S. Bernardi ep. 108. sibi applicare, dum sic ad aliquem animum inducias pro vocationis executione postulantes scribit: *observo, redi ad cor, & adverte hunc annum terminum, quem in tibi indulxisti, esse injuriam Dei, non esse annum placabilem Domino, sed discordia seminarium, ira fomitem, nutrimentum Apostasia, qui spiritum extinguat, gratiam intercludat, teporem afferat illum, qui Deo solet vomitum procreare.*

Considera II. Quàm solida sint hæc tria documenta, atque ad perfectam vocationis executionem, atque ad eò tantò diligentius observanda, quantò majus tibi per eandem vocationem beneficium collatum esse cognosceis.

Considera III. Si illis, qui vel nuptias celebrare, vel sæculare aliquod officium valde honorificum, & pingue suscipere decreverunt, omnis mora longa videtur, donec optatus nuptiarum vel officij suscipiendi dies adveniat; quantò magis tu cum ardenti desiderio expectare debeas diem Sacerdotio, & ut ita dicam, cælestibus cum Spiritu Sancto nuptijs celebrandis destinatum. Colloquium ad B. Virginem.

Punctum III.

Considera I. Quos fructus sperare possis ex ista tam celeri & perfecta executione vocationis; tres videlicet in genere, qui innumeros alios particulares involvunt. Primus est, *copiosa gratia* ad omnes vocationis tuæ functiones cum maximo incremento tum gloriæ divinæ, tum meriti proprii & alieni

lieni peragendas; hunc enim fructum Christus promittit, dicitur Joan. 15. dixit: *Qui manet in me, & ego in eo* (quod utique nemo melius præstat, quam qui vocanti Christo parat) *habet fructum multum.* Unde dicere jure merito cum Apostolo 1. Cor. 15. poterit: *Gratia autem Dei sum id, quod sum, & gratia ejus in me vacua non fuit, sed abundavit illis omnibus laboravi, non ego autem, sed gratia Dei mecum.* Secundus est *singularis anima quies*, & solatio ob vocationis impletionem; cum enim nulli rei melius fit, quam in centro & fine, ad quem à natura destinata est, ut homo profectò etiam alibi reperire quietem poterit, quam in fine, ad quem à Deo vocatus est, unde merito in illius verificabitur illud Salomonis oraculum 16. prov. *Securus mens* (id est, Dei nutui obtemperans) *quasi iuge conversatur* atque hæc videlicet causa est; cur Christus Matt. 11. ad populum suum tollendum invitans mox addiderit, *jugum meum suave est, & onus meum leve*; quidquid enim taliter acciderit, qui sincero corde divinam voluntatem sequatur eidem in bonum, id est, æternam gloriam cooperatur; non aberrare potest à scopo, quamdiu hunc Ducem sequatur, quantumvis per aspera præeuntem. Tertius est *inopugnabilitas & spes æterna salutis obtinenda*; cum enim Christus ipse Jo. 10. dixerit: *Oves meæ vocem meam audiunt, & ego cognosco eas, & sequuntur me, & ego vitam æternam dabo eis, & non peribunt in æternum, & non rapiet eas quisquam de manu meâ*, merito spem firmissimam concipere æternæ destinationis poteris, si vocem vocantis Christi te sustuleris. Quantum autem tibi per spem hanc robustum ad omnes officij tui molestias cum gaudio perferendas adhibendum sit, tibi ipsi perpendendum relinquo.

Confidera II. Quàm pretiosus & verè oprabilis sit tibi hic fructus, dignissimisque, propter quem participanda vocationem tuam cum maxima celeritate ac contentione exequaris.

Confidera III. Quomodo deinceps hunc triplicem fructum ob oculos semper habere, & per eosdem te ad illius executionem excitare velis. Colloquium ad Christum.

EXAMEN

Reliquo hujus Diei Tempore instituendum.

Examen hoc de ipsa vocatione hodie rectè instituetur, ut intelligas nempe, an à Deo ad Sacerdotalem statum vocatus sis, cumque tandem eligere decernas; ut autem hanc electionem ritè instituas, aliqua quidem ante, alia in, alia post illam observabis.

Observanda

Ante Electionem.

I. Ante omnia memento nos in hac vita velut in via ad Patriam constitutos esse; & non habere hîc manentem civitatem; sed futuram inquirere, ut Apostolus c. 13. ad Hebr.

II. Certò tibi persuadee nullam ad hanc Patriam securitatem esse viam, quam illam, quâ Deus nos ad illam perducere conatur, ut qui solus scit, quid unicuique maximè ad salutem expediat, quique tam sincerè nos amat, ut, quantum in ipso est, omnes homines salvos fieri velit.

III. Pariter certum habeto, maximum & singulare DEI beneficium esse, si suam cuiquam voluntatem circa delictum vitæ statum significare dignetur; veræ enim *beati sumus, si qua Deo placent, manifesta sunt nobis*, Baruch. 4. hæc tamenque voluntatis divinæ significatio est amica invitatio, profecta ex amore, quo nos ad se trahere, & æternùm felices habere cupit, juxta illud Jerem. 31. *In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserans.*

IV. Cùm omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum sit, descendens à Patre luminum; beneficium hæc assiduo à Deo petendum esse scito; nec dubita, quin obtinurus sis; si enim inter homines nemo tam inhumanus est, quem crebræ ac supplices preces filiorum non moveant, quanto magis cælestis Pater preces tuas non negliget, sed spiritum & instinctum bonum petenti tibi largietur.

V. Etsi Deus paratus sit, suam voluntatem nobis manifestare, id tamen non eodem modo exequi; nam quosdam eisdem potenter rapit, quosdam leniter ducit, quosdam pe-

culiaribus motibus instigat atque impellit, alios suā opem magis ferri, & seiplos agere permittit. Unde cooperatio hominis necessaria est, illudque Jeremix c. 6. consilium loquendum: *State super vias, & videte, & interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona, & ambulare in ea, & venietis refrigerium animabus vestris.*

VI. Ut hanc viam bonam tantò facilius eligere possis, scire debes ulterius, & velut certum supponere, quomodo dum duæ sunt animi partes, intellectus & voluntas, in complex quoque vocationis esse genus; unum voluntatis quod scilicet ita ad certum vitæ genus movetur, ut eodem eam intellectum rapiat, & assensum quasi extorqueat, ut quidam à teneris annis ad certum vitæ statum quasi adducuntur à Deo; alterum genus vocationis, intellectus delictet tunc intervenit, quando voluntas nullos periculis instinctus experitur, aut tales certè, quos merito suscipere habet, atque ad eò ratiocinio intellectus vocationis divini indaganda est; in quo tamen summo opere cavendum est, ne humanis artibus aut persuasionibus abduci te à meliori consilio patiaris; onus enim, quod assumis, solus ferres; proin agis, tibi que consulis, nisi sic agas, ut de te idem de populo Israëlítico desertum transeunte Deut. 32. scriptum legitur, dici queat: *Dominus solus Dux ejus fuit.*

Observanda

In ipsâ Electione.

I. Antequam ipsam electionem auspiceris, fuis ad Deum ardentibus precibus, quibus vitæ genus ab æterno tibi decretum ostendi suppliciter petas; & explicato desiderio cognoscendæ atque explendæ illius voluntatis, statum laicam & Clericalem in medio statue, & primò quidem inquire, an non vocationem voluntatis ad statum Clericalem senseris, id est, an non à puero, & maximè tempore orationis, aut Eucharistiæ perceptæ, aut sacræ electionis, aut vocationis, ejusmodi instinctus senseris? & quomodo in ipsa quiescas? an vires ad exequenda statûs hujus munia tibi quasi promitti sentias, aut ipse polliceri audeas? an difficultatum, quæ occurrere possunt, magnitudine non terrearis?

si secularem statum applicare velis animum, hic renitatur turbetur, tenebris offundatur? hæc enim indicia si occurrant, non obscura divinæ vocationis sunt signa, cum DEVS tali potissimum tempore, & per tales internas voces illabi in animum soleat.

II. Quia tamen juxta commune proverbium: *abundans ustula non nocet*: idèò consultum est, ut alter etiam modus, per intellectum videlicet vocationem indagandi, adhibeatur. Itaque gemino statu seculari, & Ecclesiastico ante oculos constituto, considera I. Quis ex istis statibus te commodius, certius, securius ad finem tuum, id est, felicitatem æternam perducatur? II. In quo peccata & graves lapsus certius & facilius devitentur? III. Quis ad virtutem solidius intraret, & compendiosius ducat? IV. Ubi corporis & animi talenta melius impendere, & perficere possis? V. Quis naturæ convenientior? quis ad perseverantiam aptior? VI. In quo imminente morte vixisse malles? VII. In quo facilius Deo rationem reddere queas? VIII. Quem ex illis alteri per omnia tibi simili, & æqualiter amato coram Deo suaderes? IX. In quo Christo similior fieri, teque Deo perfectius consecrare queas?

III. His ergo coram Deo consideratis, vide, pro quo statu plures & meliores rationes (hæc enim sunt quasi Consiliarij prout seu suffragium pro tali statu ferentes) tibi occurrant, & juxta eas sic pro illo statu electionem concludere, ut tamen iterum prius hoc negotium Deo commendes, & postea memores, quid Deus S. Paulo dicenti: *Domine, quid me vis facere?* responderit, scilicet: *surge, & ingredere civitatem, & tibi dicetur tibi, quid te oporteat facere.* Idem tibi dictum procedas, atque ad eod. Confessario tuo, aut alteri viro prudenti & zeloso tuas has rationes & electionem aperias, illi usque super ijs iudicium requiras, ut, quanto minus tibi ipsi consilia fueris, tanto securius procedas & eligas.

Observanda

Post Electionem.

I. Post electionem dicto modo conclusam prima tua eunda esse jure merito debet, ut debitas Deo pro tam insigni beneficio gratias liberalissimè persolvas, & confirmationem hujus

hujus voluntatis frequenter & suppliciter petas, Davidicum illud ps. 67. usurpando: *Confirma hoc, Deus, quod operatus es in nobis*, aut illud ps. 50. *Redde mihi laetitiam salutaris tui, & spiritu principali confirma me*. aut illud ps. 119. *Da mihi, Domine, (gratiam videlicet) secundum cor tuum (id est, voluntatem & beneplacitum tuum) & omne robur meum confirma*. Quod si quandoque languere te sentias in vocationis executione, iterum Davidicum ps. 119. versum usurpare poteris, & dicere: *dormitavit anima mea: praetadio: confirma me in verbis tuis*.

II. Ut tantò facilius prædictam confirmationem obtinere proderit unum aut alterum Patronum Spiritu Ecclesiastico & Clericali præ cæteris imbutum, & Sacerdotum bonorum efficiendorum, dum adhuc viveret, præcipue studiosè cogitare, & quotidiano aliquo obsequio aut orationum recitari, quales sunt S. Chrysostomus S. Carolus Borromeus, S. Franciscus Salesius, S. Ignatus Loiola, S. Philippus Neri & similes. Fortassis non parùm prodesset, si parvas Litantias conficeres, quibus & talium Sanctorum Patronum implorares, & eas dotes, quæ ad Sacerdotes pertinent, per eorum merita & intercessionem à Deo peteres in hunc & similem modum.

KYrie eleison.

Christe eleison.

Kyrie eleison.

Christe audi nos.

Christe exaudi nos.

Pater de cælis DEUS, Misere nobis.

Spiritus Sancte Deus, Misere nobis.

Sancta Trinitas unus DEUS, Misere nobis.

S. MARIA Patrona Sacerdotum,

S. Michaël protector Ecclesiæ,

S. Angele Custos,

Omnes Sacerdotum Custodes Angeli,

Sancte Petre,

Sancte Paule,

Triduanæ Collectionis.

501

Sancte Joannes, ora.
 Sancte Chrysostone, ora.
 Sancte Carole Borromæe, ora.
 Sancte Philippe Neri, ora.
 Sancte Ignati Loiola, ora.
 Sancte Francisce Salesi, ora.
 Omnes Sancti Sacerdotes & Levitæ, orate,
 Omnes Sancti, & Sanctæ Dei, intercedite
 pro nobis.

Propitius esto, Parce nobis Domine.
 Ab omni peccato, Libera nos Domine.
 A Spiritu fornicationis, Libera.
 A Spiritu Avaritiæ, Libera.
 A Spiritu intemperantiæ, Libera.
 Ab omni inconstantia, Libera.
 Per merita & intercessionem omnium sanctorum
 Sacerdotum, Libera.
 Per immaculatam conceptionem SS. Virginis MA-
 RIÆ, Libera.
 Per æternum Sacerdotium tuum, Libera.
 Per cruentum & incruentum sacrificium tuum
 Peccatores, Terogamus audi nos.
 Ut Ecclesiam tuam sanctam regere, & conservare
 digneris, Te rogamus.
 Ut inimicos sanctæ Ecclesiæ humiliare digneris,
 Te rogamus.
 Ut nosmet ipsos in sancto proposito conservare di-
 gneris, Te rogamus.
 Ut duplicem spiritum scientiæ & virtutis largiri di-
 gneris, Te rogamus.
 Ut verum Zelum animarum in me accendere di-
 gneris, Te rogamus.
 Ut omnibus Sacerdotibus verum spiritum Ecclesia-
 sticum

- Sicum inspirare digneris. Te rogamus
 Ut animabus omnium defunctorum Sacerdotum
 requiem æternam largiri digneris. Te rogamus
 Ut nos exaudire digneris, Te rogamus
 Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Parce nobis
 Domine.
 Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Exaudi nos
 Domine.
 Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Misereere
 bis.
 V. Cor mundum crea in nobis, Deus.
 R. Et spiritum rectum innova in visceribus meis.
 V. Ne projicias me à facie tua.
 R. Et spiritum sanctum tuum ne auferas à me.
 V. Redde mihi lætitiã salutaris tui.
 R. Et spiritu principali confirma me.
 V. Sacerdotes tui induantur justitiã.
 R. Et sancti tui exultent.
 V. Domine exaudi orationem meam.
 R. Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

Actiones nostras, quæsumus, Domine, aspicias, præveni, & adjuvando prosequere, ut causa nostra oratio & operatio à te semper incipiat, & per te cœpta finiatur.

Deus, qui corda Apostolorum Spiritus sancti illustratione docuisti, da nobis in eodem Spiritu recta sapere, & de ejus semper consolatione gaudere.

Illo nos, igne, quæsumus Domine, Spiritus sancti inflammari, quem Dominus noster IESUS CHRISTUS misit in terram, & voluit vehementer accendi.

Deus tuorum gloria Sacerdotum, præsta quæsumus, ut Sanctorum tuorum, quorum patrocinium invocamus, sentiamus auxilium.

Excita Domine in Ecclesia Spiritum, cui Sacerdotes tui Sancti servierunt, ut eodem nos repleti habeamus amare, quod amaverunt; & opere exercere, quod docuerunt. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

III. Valde necesse erit, ut ab hoc tempore studeas singularem morum gravitatem & decentiam ostendere, aliisque in virtutibus ad Sacerdotem, ut supra ostensum est, pertinentibus exercere. Quem in finem ob oculos semper habenda erit præclara S. Ambrosij l. 1. epist. 6. sententia dicentis: *Delectat (DEUS) præceptum eidem Moysi, ut montem cum Sacerdotibus ascenderet, Populus autem deorsum staret. Separavit igitur Sacerdotes à Populo, & præcepit Moysi, ut nubem intraret. Vides à Sacerdote nihil plebeium requiri, nihil populare, nihil commune cum studio atque usu, & moribus multitudinis, sobriam à turbis gravitatem, seriam vitam, singulare pondus dignitas sibi vindicat Sacerdotalis. Quomodo enim potest observari à Populo, qui nihil habet separatim à Populo, dispar à multitudine? Quid enim in te miretur, si tua in se recognoscat, si nihil in te aspiciat, quod ultra in se non inveniat; si, qua in se erubescit, in te, quem reverendum arbitratur, inveniat?*

IV. Sedulo cave, ne abreptus communi, sed vituperabili prorsus errore quorundam sub titulo & specie valedicendi Mundo, plus tibi licentiæ ad peccandum, & tuis cupiditatibus indulgendum concedas; per hunc quippe errorem habitus mali & difficultas vocationis exequenda augmentur, tentationibus validioribus locus præbetur, divina gratia subtrahitur, & manifesto periculo Vocatio, salusque exponitur; insanissimæ quippe stultitiæ est, tot, tamque noxias benevolentia significationes edere erga insidiantem Mundum & Diabolum, quem deserere cogitas, & tot injurias illi, cui te mancipare in totam deinceps ætatem decrevisti, inferre; quis enim non stultissimum, summèque detestandum diceret fa-

cius illius, qui Regis cuiuspiam servitio se mancipaturus de
eum alloqueretur: *Decrevi omnino tibi servire, O Rex, et
pro magna gratia habebō, si me inter servos tuos annuente
re dignaberis; sed prius per aliquod tempus hosti tuo capitani-
lissimo me associabo, et que strenue oppugnabo, variisque
iuris afficiam: an non hoc ipso facto mereretur, nunquam
inter Famulos Regis admitti? atqui idem facit, qui mox
supra indicato, Mundo valedicere decernit.*

V. Denique memor doctrinæ Eccl. 2. datæ: *Fili, accedens ad servitutem DEI, sit in timore, et prepara animam tuam ad tentationem: singulari studio te arma ad tentationes à Vocationis executione absterrentes, quales v. g. esse possunt inordinatus affectus ad aliquas Personas, delicias & voluptates carnales, horror difficultatis &c. quas S. Augustinus conc. 1. in Plal. 36. fictos amicos vocat dicens: Ad quamcunque professionem te converteris, para te, pati fides (tibi nempe clam adversantes) alioquin si te non paraveris, invenies, quod non sperabas, et deficies, aut peribis.*

VI. Pro Coronide hujus triduanæ collectione, legi placet, ex libello de imitatione Christi l. 3. c. 10. & quæ de religioso statu dicuntur, Ecclesiastico applica.

SECUNDUM EXEMPLAR TRIDUANÆ RECOLLECTIONIS.

Pro ijs, qui ad primum Sacrum ritè preparare se cupiunt.

SCopus hujus Recollectionis est; ut ex ipso titulo patet: *Preparare se ad primam DEO Hostiã cum debita reverentia & dispositione offerendam, si enim S. David pro templo Jerosolymitano totis viribus impensas præparavit, eò quòd non homini, sed DEO præparabatur habitatio, Sicut Siracides tam sollicitè monuit, ut ante orationem animus præpararetur, quantò magis ad Sacrificium omni tempore Oratione infinities præstantius dignè offerendum omni sollicitudo & preparatio adhibenda est. Merito ergo si integrum octiduum spirituali recollectioni impendi non potest, tridua saltem instituitur, pro qua proinde aptas*

que Meditationes & Examina Statûs, ut vocant, in hoc se-
cundo Exemplari suggerentur, ut vel hoc brevi tempore di-
gnam de Sacerdotio, functionibusque illi annexis æstima-
tionem concipiat futurus Sacerdos, simulque utilem etiam
praxin addiscat, easdem functiones cum debita decencia, fru-
ctûque peragendi.

DIES PRIMA.

Tessera.

Nimis honorificati sunt Amici tui DEUS, nimis confor-
tatus est principatus eorum. Psal. 138.

MEDITATIO I.

DE OFFICIO ET DIGNITATE
SACERDOTIS.

Præludium I. est, imaginari tibi, quòd coram Christo in
cælis sedente, & Pontificiis vestibus induto stectens, vestes
sacerdotales, & cum iisdem etiam omnem potestatem Sacer-
dotibus convenientem accipias, ita ut dicere cum eodem
Christo possis: *Data est mihi omnis potestas, in calo* (ut inde
Christum ad Altare advozem) *& in terra*, ut homines spi-
ritualiter ligare & solvere possim.

Præludium II. est, petere gratiam, ut officium & dignita-
tem Sacerdotum verè cognoscere, & pro tanto beneficio de-
bitas gratias, ut oportet, persol vere queas.

Punctum I.

Considera I. Quòd, sicut DEUS olim in Mundo naturali
duo luminaria creavit, majus unum, videlicet Solem, ut præ-
esset diei, alterum minus, nempe Lunam, ut præesset nocti;
ita in Mundo quoque politico duo luminaria, scilicet *Sacer-
dotes*, qui præessent diei, id est, spiritualium, & ad DEI cul-
tum pertinentium rerum curam gererent, & *Reges ac Magi-
stratum* sæcularem, qui nocti præessent, id est, quoad tempo-
ralia bona Populos sibi subjectos dirigerent, constituit, uti
Hugo de S. Victore in c. 1. Gen. notat.

Considera II. Quanam sint ista spiritualia, ad quæ admi-
nistran-

nistranda Sacerdotes sunt constituti, scilicet ut Sacrificium DEO sacrificent, thymiama Orationis publicæ, seu Horarum Canonicatum pro Populo offerant, & Sacramenta, ipsaque verbum divinum administrent.

Considera III. Quanta hinc dignitas Sacerdotali Statu oriatur, tanta scilicet, ut omnis Regum terrenorum, aliorumque Dominorum dignitas tantum Sacerdotum excellentiæ & dignitati cedat, quantum spiritualia corporalibus, & cælestia terrenis antecellunt, ita ut Vasquez non sine fundamento ex ipsa S. Thomæ doctrina petito docere aulos sibi, posse virtutis habitum ab Observantia communi distinctum circa cultum Sacerdotum constitui; eò quòd in illis speculatur quædam dignitas longè excellentior civili reperitur, metoque adeò S. Ignatius in Epist. ad Smyrn. dixerit, *Sacerdotium esse summam honorum omnium, quæ in hominibus consistunt.* Vide proin, an dignam hactenus de tali statu estimationem conceperis, aut certè concipere deinceps velis. Colloquium ad SS. Patronos.

Punctum II.

Considera I. Quam beneficium DEUS tibi concesserit, dum te præ tot millionibus aliorum hominum ad Statum tam excelsum vocare dignatus est, de quo Cassianus in Cant. gloriæ meritò dixerit: *Sacerdos DEI altissimi, si omnium Dominorum sublimitatem contempleris, sublimior es: sed Creatore tuo inferior es.* An non præ admiratione in illius Davidis Pl. 112. voces erumpes: *Quis sicut Dominus DEI noster, qui in altis habitat, & humilia respicit in calce, & in terra? Suscitavit à terra inopem, & de stercore elevavit pauperem, ut collocet eum cum Principibus, cum Principibus Populi sui.*

Considera II. Si S. Bernardus f. 52. de Christianis dicitur ausus est, nihil ita displicere DEO, præsertim in filiis gratiæ quam ingratitude, eò quòd scilicet, sicut plura beneficia quam Ethnici & Infideles acceperunt, ita magis quoque eadem agnoscere, & DEUM pro illorum collatione laudare, gratiasque debitas agere debuissent; quanto magis DEO displiciturum esset, si tu, cui beneficium tam grande per Sacerdotis collationem exhibitum est, illud non, ut oportet, gratias

præfissimo animo agnoscere, proque eodem, optimo, quo poteris, modo gratum te exhibere studeas.

Confidera III. Quis sit optimus, & DEO acceptissimus gratitudinis modus; si scilicet finem illum, propter quem tibi hoc beneficium contulit, perfectissimo modo obtinere studeas, atque ad eum omnes functiones Sacerdotales, eâ intentione & accuratione, quem ipsa earundem functionum natura & dignitas requirit, perficere coneris. Statue proin, hæc ipsa in collectione functionum harum naturam & praxin sedulo indagare, & studiosè deinceps adhibere. Colloquium ad B. V.

Punctum III.

Confidera I. Si quotidiana docet experientia, quanto major est hominis cuiusque dignitas, tanto majorem quoque in eo gravitatem, integritatemque morum requiri; quantam à te velut Sacerdote ad summam dignitatem evectò DEUS & Homines, sanctitatem & gravitatem in omnibus tuis actionibus desideraturi sint. Id sanè appositè expressit pius Author l. 4. de imit. Christi c. 5. dum dixit: *Attende tibi, & vide, cuius ministerium tibi traditum est per impositionem manus Episcopi. Non alleviasti onus tuum, sed arctiori jam alligatus es vinculo disciplina, & ad maiorem teneris perfectionem sanctitatis. Sacerdos omnibus virtutibus debet esse ornatus, & alius bona vita exemplum præbere. Eius conversatio non cum Popularibus & communibus hominum sit, sed cum Angelis in cælo, aut cum perfectis Viris in terra.*

Confidera II. Quantopere gaudere, & vel hoc ipso etiam ex titulo gratulari tibi debeas ob Sacerdotij ordinem susceptum, eò quòd tam potens tibi per eum stimulus offeratur, ad omnem sanctitatem, virtutumque altissimarum studium sectandum, ut, quod es professione, actione potiùs, quam nomine demonstres; ut actio respondeat nomini, & nomen cum operibus incidat, quemadmodum S. Ambrosius hortatur.

Confidera III. Quomodo tu hæctenus similem sanctitatem obtinere studueris, & sectari deinceps velis, maximè cum, teste Concilio Tridentino Sess. 22. c. 1. nihil sit, quòd alios magis ad pietatem & DEI cultum assidue instruat, quam eorum vita & exemplum, qui se divino ministerio dedicaverunt.

runt; cum enim à rebus sæculi in altiorem locum sublatis conspiciantur, in eos tanquam speculum reliqui oculos conspiciunt, ex illisque sumunt, quod imitentur. Colloquium ad Christum.

MEDITATIO II.

DE PRIMO SACERDOTIS OFFICIO,
SEV MISSÆ SACRIFICIO
OFFERENDO.

Præludium I. est, imaginari Christum in Altari Hostiam & Calicem de manu Sacerdotis accipientem, & æterno suo Patri offerentem, cum verè principalis offerens in Missæ Sacrificio sit ipse Christus, Sacerdotes verò Vicarij & Ministri duntaxat.

Præludium II. Petere gratiam, ut & dignitatem ac fructus hujus Sacrificij ritè cognoscere, & ad illud debita cum reverentia celebrandum convenienter te disponere possis.

Punctum I.

Considera I. Quàm præstans, Deoque gratum sit hoc Sacrificium, cum & ipsa res oblata, & ipse offerens principalis sit infinitæ dignitatis, ut ad eò merito hoc Sacrificium dignitate sua excedere dicatur quæcunque Sacrificia veteris Testamenti, etiam collectivè accepta, & propterea magis Deo placeat, quàm si quis omnes victimas possibles Deo offerret, aut omnes actus virtutum excogitabiles eliceret; nam, ut rectè dixit Bellarminus l. 1. de Missa. c. 1. Missæ Sacrificium non est opus nostrum, sed Christi; ipse enim est primarius, & sempiternus Sacerdos, qui seipsum per Eucharistiam Patri obtulit in Sacra Cæna, & quotidie per Ministros suos se offerit in Sacrificio.

Considera II. Quàm multiplex ex hoc Sacrificio fructus oriatur, is nempe, quem Thomas Kempensis l. 4. de imitat. 1. breviter sequentibus verbis indicavit dicens: *Quando Sacerdos celebrat, Deum honorat* (per holocaustum perfectissimum) *Angelos laudat* (nam & hi adstant velut mensa hujus Ministri, teste S. Chrysostoro hom. 3. in epist. ad Ephe.) *Ecclesiam adificat* (cujus nomine hoc Sacrificium offert, ut eodem in placatus Deus ipsam regere & conservare, & augere

lignetur) *Vivos adjuvat* (utpote pro quibus fructum portionem hujus Sacrificij plerumque offert) *Defunctis requiem præstat* cum ad hujus oblationem animæ illæ perinde ut scintillæ de fornace proflire ex purgatorio sint visæ) & sese omnium bonorum participem facit (propter meritum, satisfactorium, & impetratorium fructum copiosum sanè ex hoc Sacrificio ipsi obvenientem.

Considera III. Quam rectè proin Concilium Tridentinum Sess. 22. sic concludat: *Si necessario fatendum est, nullam inter Fideles haberi opus sanctius aut divinius, quam tremendum hoc Sacrificium, in quo servens illa hostia, quæ nos Deo Patri reconciliavit, quotidie in altaribus manibus Sacerdotum immolatur, fatendum etiam est, omnem ad hoc diligentiam adhibendam, & omni contentione elaborandum, ut quam maximâ fieri potest, puritate animi & devotione exteriori perficiatur.* Colloquium ad SS. Patronos.

Punctum II.

Considera I. Si Siracides cap. 18. de Oratione dixit: *Ante orationem præpara animam tuam: & si David totis viribus præparavit impensas domus Domini pro Sacrificiis tantum corporalibus immolandis deputatæ, quanto majorem præparationem ad hoc Sacrificium omni oratione & Sacrificio Veteris Testamenti infinities perfectius ritè offerendum sit adhibenda; ut adeò meritò S. Chrysostomus hom. in Encænii dixerit: Accedentes ad Eucharistiam, nõ putetis, quod accipiatis divinum corpus ab homine, sed ex ipsius Seraphin forcipe ignem, quem scilicet Isaiam vidit, vos accipere. Cogitate sanguinem illum salutarem, è divino illo & impolluto latere fluere, atque ideo vos omni reverentia ad illum accedentes, labiis illum sanctis excipite.*

Considera II. Qualis præparatio ad hoc Sacrificium dignè offerendum sit adhibenda, duplex videlicet, remota & proxima. Remota consistit 1. In assiduo conatu proficendi in vitæ puritate & sanctitate. 2. In pijsimo & sublimissimo sensu & devotione erga hoc SS. Sacramentum acquirenda. 3. In congruis gratiæ auxiliis ad hoc SS. Sacramentum sanctè tractandum frequenter implorandis. Proxima consistit, 1. In puritate corporis per jejunium & manuum,

orisque

orisque abluionem; & animæ munditiæ per confessionem vel contritionem præviã procuranda. 2. In optimæ intentionis formatione, fervorisque ac propofiti sanctæ sanctæ tractandi instauratione. 3. In certis, & ad hunc finem commodatis precibus devotè recitandis; qualis præ ceteris conferri debet sequens oratio, cui Gregorius XII. indulgentias 50. annorum annexuit: *Ego Solo celebrare Missam, & conficere corpus & sanguinem Domini nostri IESU Christi juxta Ritum S. Romana Ecclesie, ad laudem Omnipotentis DEI, totiusque Curie triumphantis; ad utilitatem quædam meam, totiusque Ecclesie militantis, pro omnibus, qui se commendarunt Orationibus meis in genere & specie, & pro felici statu S. Romana Ecclesie, Amen. Caudam cum pace, emendationem vite, gratiam & consolationem S. Spiritus, perseverantiam in bonis operibus tribuat nobis omnipotens & misericors Dominus. Amen.*

Considera III. Quàm solida sit hæc præparatio, quæ adeò à te tantò ferventiùs adhibenda, quantò certius tibi constat, juxta mensuram hujus præparationis ipsam cibis sacramentalem gratiam esse conferendam. Colloquium ad B. Virginem.

Punctum III.

Considera I. Non satis esse, ut ad tale Sacrificium diligenter offerendum ritè te præpares, sed insuper requiri, ut similem diligentiam in ipso SS. Sacrificio offerendo, & gratis post illud agendis adhibeas. Si enim Ethnici olim ante Sacrificiorum suorum oblationem clamare Præconem jubebant: *Agis quod agis*; quantò magis idem dicendum erit Sacerdoti hoc divinissimum Sacrificium oblaturò.

Considera II. Quid præcipuè requiratur ad actualem celebrationem, videlicet sequentia tria. 1. Ut pronuntiationes & quæcunque actio exterior, non minùs ædificationi aliorum, quàm propriæ devotioni serviat. 2. Ut affectus & virtutes in Orationibus Missæ præscriptis studiosè elicantur. 3. Ut Rubricæ & Cæremoniæ in Missali præscriptæ accuratè observentur, ita ut jure cum Christo post finitam Missam dicere queas: *Consummatum est*; id est, quidquid ad hoc Sacrificium offerendum à Christo vel Ecclesia præscriptum fuit, impletum est.

Confidera III. Qualis gratiarum actio post sacrificium à
 requiratur, scilicet talis, qualis tantum beneficium deest,
 amplissima, & optimis affectibus plena, quæ quidem sic insti-
 tuti possit, ut post lotionem manuum, in genua provolutus
 Christum intra te latentem his aut similibus verbis allo-
 quaris:

O utinam, IESU mi amantissima, sic agere tecum nunc
 possem, quemadmodum egit tecum Sanctissima Mater tua,
 aut nullus unquam Sanctorum! sed quoniam id non possum,
 conabor saltem, quantum mihi cum divina tuo auxilio li-
 cuerit.

Quemadmodum ergo firmissimè credo, te Dominum meum
 DEVM meum vere corporaliter mihi presentem esse, ita
 me tibi summâ, quâ possum, demissione subijcio, te adoro, ve-
 neror, & omni possibili affectu laudo, & glorifico, gratiasq;
 ago amplissimas divinae Maieitati tuae pro omnibus beneficiis
 tuae SS. Humanitati, SS. tuae Matri, Omnibus Sanctis, omni-
 bus Defunctis & Viventibus, & mihi unquam exhibitis,
 præcipue vero pro institutione huius Venerabilis Sacramenti,
 pro Vocatione ad Sacerdotium, & pro SS. Corpore & Sanguine
 tuo iterum mihi communicato.

In gratiarum proinde actionem offero tibi DEO meo om-
 nia quidem merita SS. Vita, Passionis & Mortis tuae, & om-
 nium Sanctorum, speciatim vero omnia Sacrificia & com-
 munionis unquam peractas, aut peragendas, rogâque suppli-
 citer, ut hanc oblationem benigno cultu suscipere, gratiam-
 que habere digneris, si enim pretiosus quis haberem, id ipsum
 tibi offerrem; sed gaudeo, quod nihil pretiosius reperiat,ur,
 quam tu amantissimus Deus meus, quem sicut omnibus re-
 bus creatis longissimè præfero, ita ardentius quoque, quam
 omnes eas diligo, ideoque summo, quo possum, amoris affectu
 renuntio omni inprimis peccato, & occasionibus peccandi,
 & protestor, me nullies cum divina gratia moriturum, quam
 te Deum meum vel minimo peccato veniali voluntarie of-
 fendam. Renuntio quoque concupiscentia omnium rerum
 creaturarum, & protestor, me omnium illarum loco te Deum
 meum habiturum, & ex toto corde dilecturum. Renuntio
 denique omni iudicio & voluntati & amori proprio, eaque
 persuaasissima tua sanctissima voluntati & amori subijcio, id
 unum

unum suppliciter rogans, ut, quoniam ex me nihil sum, scilicet
 & possum, tu, sicut Velle misericorditer concessisti, ita pignus
 quoque pro tua immensitate largiaris, sed & me, aliosque
 iam viventes, quam defunctos tum in sacro hoc, tum alio
 tibi, & nunc maxime commendatos non modo in SS. tua
 vulnera suscipias, verum etiam ab omni malo custodito con-
 nium bonorum juxta sanctissimum tuum beneplacitum par-
 ticipes efficias, ut, quem nunc velatum suscepimus, & ala-
 ravimus in terris, de facie in faciem in calis videre olim
 mereamur. Quia vero, mi amantissime IESU, placere mihi
 scio, ut specialia quapiam beneficia à te velut omnium bono-
 rum fonte verissime mihi presente petam, ideo summa, ad
 possum, fiducia ac demissione rogo, Concede mihi misericorditer
 DEVS &c. perge in oratione S. Thomæ, vel propriis verbis
 speciales tuas necessitates expone; & si placet, ex Missali vel
 Diurnali orationem: *Gratias tibi ago omnipotenti &c.* libe-
 junge. Hunc ergo tum devotè celebrandi, tum gratias ag-
 gendi modum aut alium similem quomodo deinceps obse-
 vare velis, concludere, & quod semel decreveris, fortiter
 constanter exequere. Colloquium ad Christum cum con-
 gruis affectibus.

OCCUPATIONES

Per reliquum Tempus.

Reliquum hujus primæ diei tempus in tribus potissimum
 functionibus insumentur, quarum prima erit generalis Con-
 fessionis scriptio; ceteri enim nemo cogi debeat ad firmam
 confessionem faciendam, si tamen ullum tempus in vita ho-
 mineum esse, aut incitare potest ad illam faciendam, hoc pro-
 fectò, quod primam Hostiæ oblationem præcedit, tale cen-
 ri debet; nunc enim Sacerdoti præcipue dicitur à Christo
 quod olim Sacerdotibus Veteris Testamenti dicebatur: *Con-
 fite estote, quia ego sanctus sum.* Levit. 11. & illud Isaïæ 54.
*Recedite (à Mundo & Peccatoribus) recedite, exite vobis
 pollutum nobis tangere, exite de medio eius, mundamini
 qui fertis Vasa Domini.* Si enim jam olim Judæorum Pæ-
 tifici Deut. 18. dicebatur: *Perfectus eris, & absque macula
 sum Domino Deo tuo,* idèoque Judas Machabæus 1. Machab.

4. *elegit Sacerdotes sine macula, voluntatem habentes in
 re Domini.* quantò magis à Sacerdotibus Novi Testamen-
 ti Sacerdotium incomparabiliter dignius possidentibus exi-
 gat, ut sicut sine macula, atque adeò de illis verificabitur,
 quod *Lev. 21. dicitur: Omnis, qui habuerit maculam de se-
 mine Aaron Sacerdotis, non accedet offerre hostias Domino,
 nec panes DEO suo:* Cùm ergo ad has maculas tollendas
 confessio generalis præcipuè conducat, utpote quæ & majori
 cum sollicitudine indagat peccata, & magis intenso cum do-
 lore eadem detestatur, & cum perfectiori integritate confite-
 tur, faciliè apparet, eam saltem ab ultima generali confes-
 sione faciendam jure merito suaderi.

Altera occupatio consistit in Examine circa ea puncta, quæ
 ad conscientiam purificandam maximè conducunt. Hinc

1. Examinabis te ipsum, quibus peccatis hæctenus magis
 subjectus fueris, Deumque ac Proximum offenderis?
2. Quibus Passionibus maximè obnoxius sis, & quomodo
 deinceps easdem moderari velis.
3. An & quas occasiones extrinsecas habeas, aut habiturus
 sis ad peccandum; & quomodo easdem declinare velis.
4. Quâ diligentia & fructu Examen generale & particu-
 lare velut potissima ferè ad peccatorum extirpationem media
 usurpare soleas.
5. Quomodo Pœnitentiæ Sacramentum ad hunc finem
 præcipuè institutum usurpare consueveris?
6. Quomodo mortificationi sensuum tam interiorum,
 quam exteriorum studueris?
7. Quas pœnitentias seu castigationes corporis, & quæ
 fructu peragere velis, ut dicere possis cum S. Paulo 1. Cor. 9.
*Castigo corpus meum, & in servitutem redigo, ne, dum aliis
 prædicaverò, ipse reprobus efficiar.*
8. Quomodo Recollectiones hebdomadarias, menstruas,
 annuas, quæ & ipsæ non minimum sunt ad conscientiam pu-
 rificandam medium, deinceps instituere velis.

Hæc, inquam, omnia sic inquire, ut tamen semper memi-
 neris, pios affectus doloris, verecundiæ, propositi, petitionis
 veniæ &c. inserere.

Tertia tandem occupatio erit Lectio libellorum piorum,
 & ad propositum Scopum præcipuè servientium, quales ex-

Instruit. VIII.

K k

empli

empli gratia esse possunt, in primis Libellus de Imitatione Christi, ex quo hodie l. 4. c. 7. de discussione propria scientiæ, & emendationis proposito legi potest. Dieb. verò aliquot capita de industria selecta vel ex Ludovico Ponte to. 4. de perfect. Vel ex Sacerdote Christiano M. Ludovici Abellij, vel Manuali Parochorum P. Caroli Maffei, vel ex mearum Instructionum parte tertia & quarta, in quibus, quidquid ad Sacerdotem requiritur, succinctè & ordine proponitur.

DIES SECUNDA.

Tessera.

IN omnibus exhibeamus nos sicut Dei Ministros, reddentes ullam offensionem, ut non vituperetur Minister. 2. Cor. 6.

MEDITATIO I.

DE SECUNDO SACERDOTIS OFFICIO, SEU HORARUM CANONICARUM DEVOTA RECITATIONE.

Præludium I. est, imaginari S. Davidem cum cithara in manibus, coram Deo flectentem, & dicentem: In conspectu Angelorum psallam tibi, adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo.

Præludium II. est, petere gratiam, ut dignam de hoc officio æstimationem concipere, & illud, ut oportet, impetare valeas.

Punctum I.

Considera I. Quòd sit secundum Sacerdotis officium, licet ut sit Mediator & Legatus Ecclesiæ ad Deum; ita enim S. Paulus 2. Cor. 5. insinuavit dicens: *Pro sumus in nobis solum reconciliatio, pro isto ergo Legatione sumus.* Unde Sacerdos, quemadmodum S. Joannes Chrysostomus ait, *Medius stat inter Deum, & Naturam humanam, ut venientia beneficia ad nos deferens, nostras petitiones ad Deum perferens, & Dominum iratum reconcilians.*

Considera II. Quàm honorifica, summique meriti officium sit, &

anda sit hæc Legatio, siue primò eum, ad quem velut Legatus mitteris, ipsum scilicet Omnipotentem Deum, consideres: siue Personas, à quibus mitteris, videlicet Ecclesiam Catholicam & Naturam humanam, attendas: siue negotium, pro quod legaris, spectes, nempe laudandum Deum & Sanctos, eosque placandos, atque ad varia dona conferenda, maxime avertenda propitios reddendos.

Considera III. Quàm aptum ad hanc Legationem ritè & decenter obeundam adjuvamentum Ecclesia tibi obtulerit, dum te ad Horas Canonicas persolvendas compellit; cum enim hæc Horæ ab ipsa Ecclesia, dictante Spiritu sancto sint compositæ, meritò sperari potest, nullà alià ratione melius Sacerdotem Legatione sua fungi posse, quàm si has Horas cum debita reverentia & devotione persolvere conabitur. Vide prorsus, quomodo hæctenus hac Legatione functus sis, & deinceps fungi velis, ne, si, quòd absit, eam negligenter, inhonestè, vel tepidè expleveris, in sententiam, quâ dicitur maledictus homo, qui opus Dei facit negligenter, miserabiliter delabaris, ut Consilium Aquisgranense cap. 130. loquitur. Colloquium ad SS. Patronos.

Punctum II.

Considera I. Quid requiratur ad hoc Officium ritè persolvendum, eadem scilicet conditiones, quæ à Legato coram Rege, ad quem mittitur, peroraturò observantur, nempe 1. Ut convenientem corporis situm adhibeat, & vel ipsa corporis dispositione Majestatem Regis confiteatur, & reveretur. 2. Ut omnia verba integrè distinctè, & cum debita gravitate proferat. 3. Ut diligenter ad id, quod loquitur, attendat, petitionesque suas cum convenienti ardore proponens, finem legationi suæ præfixum obtinere studeat.

Considera II. Quàntò æquius sit, ut tu has conditiones cum potentissimo & supremo Domino ac Deo locuturus observes, atque adeò horas Canonicas cum exteriori & interiori reverentia atque decencia recitare studeas; si enim, ut rectè discurret Cassianus collat. 23. c. 7. cum sublimi alicui homini, non dicam pro vita aut salute nostra, sed etiam pro alicujus lueri comodo supplicamus, totam in eum & mentis, & corporis aciem defigentes, ac nutu ejus trépida exspectatio-

oratione pendemus, quantò magis, cum illi omnium oculorum cognitori supplicamus, intenta atque sollicita oratione ipsius clementia imploranda est; nec enim exiguam committit irreverentiam, qui precem Domino fundens, sub respectu eius quasi ab oculis non videntis, nec audientis in probæ cogitationis vanitatem, securus abscesserit; *quid enim est voce psallere, mente autem domum aut forum circumire, nisi homines fallere, & Deum irridere?* ait Concilium Trevirense secundum.

Confidera III. Quomodo has condiciones hæcenus observaveris; an quoad corpus reverenter, quoad Vocem integer & distinctè, quoad memoriam attente, quoad intentionem prudenter (id est, convenienter ad finem orationis obtinendum) & quoad voluntatem ardentem (id est, congruè affectus eliciendo, maximè gratulationis, laudis, amoris, timoris & doloris ob peccata commissa, fiduciz, humilitatis & desiderij rerum cœlestium) horas tuas Canonicas rectè studueris, aut saltem deinceps studere velis, consilium Augustini sequens in ps. 30. sic loquentis: *Si psalmus oraveris: si gemis, gemere; si gratulatur, gaudere; si sperat, sperare; si timet, timere oportet.* Colloquium ad B. Virginem.

Punctum III.

Confidera I. Quas industrias & media adhibere debent ad hanc Legationem ritè, decentèrque obeundam, nempe: Ut dignam de utilitate & dignitate tantæ Legationis attentionem concipiens, antè, quàm orationem auspicias Deo cum quo locuturus es, summam Majestatem, omnium Angelorum præsentiam imagineris, sicque te ad debitam reverentiam & attentionem excites dicens: *In conspectu Angelorum psallam tibi, Deus meus, adorabo ad templum sanctum, & confitebor nomini tuo.* 2. Ut, sicut Legati orationis Famulos suos foris relinquunt, sed & omnes alias distractionum occasiones sollicitè vitant; ita & tu curis & affectibus tuis dicas cum Christo: *Sedete hic & requiescite, donec veniam illuc & orem;* omnesque sensus tuos, oculos præcipue ab omni curioso aspectu studiosè cohibeas, memor communitatis doctrinæ Ascetarum dicentium, custodiam oculorum Matrem devotionis. 3. Ut in amore Dei & Sancti Spiritus

refcere studeas; cum enim amantes nihil magis desiderent, nisi ut simul esse, & colloqui queant, totisque viribus repellant omnia impedimenta, quæ tale Colloquium, dissolvere & impedire volunt; ita id ipsum multò magis de anima Deum sincerè amante cogitandum est.

Confidera II. Quàm solida & efficacia sint hæc media, ut pote directè ad magnam menti reverentiam & attentionem conciliandam ordinata; quàm item facilis, ut quæ à Sæcularibus Legatis sine omni difficultate observantur.

Confidera III. Quomodo tu hæcenus easdem observaveris, aut observare deinceps velis, semper in mente habens præclaram S. Cypriani adhortationem serm. de orat. Dom. loquentis: *Cum adstantur ad orationem, vigilare, & incumbere ad preces toto corde debemus; cogitatio tunc omnis secularis & carnalis abscedat, nec quidquam tunc animus, quàm id solum cogitet, quod precatur, qua autem segnitias est, alienari & capi ineptis cogitationibus & profanus, cum Dominum deprecaris? quasi sit aliud, quod magis debeas cogitare, quàm quòd cum Deo loqueris? quomodo te à Deo audiri postulas, cum te ipse non audias? vis esse Deum memorem tui, quando tu ipse memor tui non sis?* Colloquium ad Christum.

MEDITATIO II.

DE TERTIO SACERDOTIS OFFICIO, Videlicet Administratione Sacramentorum, et Verbi Divini.

Prælium I. est, imaginari Christum, nunc Verbum Dei prædicantem, nunc Vicos circumeuntem, & varia beneficia corporibus, animisque conferentem.

Prælium II. est, petere gratiam, ut tertium hoc Sacerdotis officium ritè cognoscere, & fructuosè administrare possis.

Punctum I.

Confidera I. Quòd sit tertium Sacerdotis officium, scilicet Sacramentorum & Verbi Dei, ac doctrinæ Christianæ fructuosa tractatio; hoc enim est, quòd Apostolus I. Cor. 4. ait: *Sic nos existimet homo, ut Ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei.*

Confidera II. Cùm Ecclesiæ Sacramenta, ut Concilium Tridentinum Sess. 7. in præfatione loquitur, sint ea, per quæ omnis vera iustitia vel incipit, vel cœpta augetur, vel auferri reparatur, ac proinde ex illis tanquam fontibus hauriuntur sic aqua illa viva, quam qui biberit, in æternum non sitit sed fiat in eo fons aquæ salientis in vitam æternam, quæ magnum tibi beneficium à Deo collatum sit, dum te præter alijs Ministrum horum Sacramentorum constituit, tibi amplam ea administrandi facultatem & occasionem obtinet ut merito tibi perinde ac Sponso Cant. 3. applicari possit dicique, quod manus tuæ tornatiles aureæ, & plene hyacinthis sint Fidelium utilitati dispensandis. An non præter jure quoque illud S. Pauli I. c. repetatur; *Hic jam quæritur inter Dispensatores, ut fidelis quis inveniat.*

Confidera III. Quid fidelitas ista in administrandis Sacramentis à te requirat; nimirum 1. Ut pure, sanctè, & religiosè eadem administres, ne, ut S. Gregorius homo de tuo pastor. loquitur, similis fias aquæ baptismali, quæ peccata baptizatorum diluens, illos ad cœleste regnum mittit, & ipsa postea in Cloacam descendit. 2. Ut receptos ac approbatos Ecclesiæ ritus sedulo adhibeas, ipsûmque etiam Populum ad ritus hos magnificandos, & rectè intelligendos, quantum necesse est, aut expedit, instruas, & hortaris. Ut magna cum promptitudine, & absque ulla suspitione veritatis illa administres; hilarem namque datorem, si in actione, in hoc sanè diligit Deus. Vide ergo, quomodo tres industrias deinceps observare velis. Colloquium ad Patronos.

Punctum II.

Confidera I. Quàm magnum iterum beneficium tibi collatum sit, dum Verbi divini Ministrum te constituit Deus id ex sequentibus S. Augustini in serm. quotid. verbis colligere potes: *Quid vobis plus esse videtur, Verbum Dei, an Corpus Christi? si vultis respondere, hoc utique dicere dicitis, quod non sit minus Verbum Dei, quàm Corpus Christi: ideo non minus reus sit, qui Verbum Dei negligenter audierit (vel tractaverit, vel prædicaverit) quàm ille, qui Corpus Christi in terram negligentia sua cadere permiserit.* S. Cypr.

pius verò serm. de orat. Domin. ait: *Evangelij præcepta, patres charissimi, nihil sunt aliud, quam Magisteria divi-
na, fundamenta adificanda Spei, firmamenta corroboranda
fidei, munimenta fovendi cordis, gubernacula dirigendi
viveris, præsidia obtinenda salutis.*

Considera II. Quomodo hoc Verbum Dei fructuosè tra-
diti & prædicari debeat; scilicet sicut cibus corporeus præ-
parari, & apponi solet (*non enim in solo pane vivit homo, te-
ste Christo Matt. 4. sed in omni verbo, quod exit de ore Dei*)
sic sicut per os in alimoniam cibos corporis sumimus, ita
per eor ad vivificandam animam escas doctrina celestis ac-
cipimus, quemadmodum S. Hilarius in ps. 118. loquitur,
neque adeò sicut 1. Cibus quoad substantiam bonus, cique,
qui sumit, conveniens esse debet, ita materiam seu doctri-
nam & argumenta Concionis optima, id est, ex S. Scriptura,
Ss. Patribus, aliisque probatis Authoribus desumpta, & Au-
ditoribus accommodata esse oportet; nam, ut S. Gregorius
10. mor. c. 1. rectè pronuntiavit, *debet Prædicator perspi-
cere, ne plus prædicet, quam ab audiente capi possit; ne, dum
parvis sublimia & non profutura prædicat, se magis curet
ostendere, quam Auditoribus prodesse.* 2. Sicut cibus bene
coctus esse debet, ita & concio per accuratum studium be-
ne præparata, ne alioqui verificetur commune proverbium:
*Qui ascendit Cathedram sine labore, descendit è Cathedra
sine honore,* & plerumque etiam sine fructu in se & Auditori-
bus reportato 3. Sicut cibus sale, pipere, aliisque aroma-
tis herbisque bene condiendus est, ita & concio sale discre-
tionis, pipere reprehensionis moderatæ, melle mansuetudi-
nis & charitatis, & herbis exemplorum & similitudinum, &
parabolarum idonearum grata Auditoribus reddenda. 4.
Sicut cibus in patinis mundis per fideles & sedulos ac mun-
dos Ministros apponendus, ita in concione quoque verba qui-
dem bona, & vernaculo sermone congrua; non tamen nimis
exquisita aut affectata (*nam prudentibus viris non placent
phalerata, sed fortia, quando non res pro verbis, sed pro re-
bus enumerandis verba sunt instituta,* ut rectè S. Prosper
l. 3. de vit. contr. c. ult. advertit; & ideo S. Paulus 1. Cor. 2.
sermonem suum & prædicationem non inpersuasibilibus
humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus consiste-

re dixit) per fidelem memoriam, & per gratam vocis & actio-
nis moderationem proponi.

Confidera III. Quæ media adhibere debeas ad Verbum
DEI fideliter & fructuosè administrandum, videlicet 1. *Orati-
onis studium*: nam, ut S. Chrysostomus hom. 3. de incom-
preh. natur. div. sapienter dixit, *nihil aut parùm fructu-
pi ex homilia potest, nisi oratio adjungatur*. Cujus veritatem
rationem reddens S. Bernardus ep. 101. *Nunc, ait, memora
tria hæc, Verbum, exemplum, oratio; major autem horum
oratio, ea namque operi & voci gratiam & efficaciam pro-
meretur*. Hinc Apostoli Act. c. 6. ubi alios pro externis so-
gottiis constituerunt, dicebant; *Nos verò orationi & in-
ferio verbi instantes erimus*. 2. *Sedula meditatio*: *Inc-
enim thus, inquit S. Augustinus in spec. peccat. non relin-
nisi ponatur in igne; nec virtus sinapis sentitur, nisi exor-
vatur in lapide, ita nulla S. Scriptura sententia vestra
declarat, nisi cocta in corde*. hinc S. Isidorus l. 1. de sancto
hono ait, *quanto magis quisque in sacris eloquiis assiduum
fuerit, tanto ex eis uberiorem intelligentiam capit*. 3. *Con-
scientia puritas, & vita exemplaris*; quid enim lingua ve-
rea, & cor ferreum: certè cujus vita despicitur, restat, ut eius
prædicatio contemnatur; *Vt ergo prædicandi veritas ser-
vatur, vivendi altitudo teneatur, ut rectè S. Gregorius bo. 11.
in Ezech. dixit: nam lucere tantum, vanum est, teste S.
Bernardo, tantum ardere, parum: ardere & lucere per-
fectum*. Vide ergo, quomodo hæc tria deinceps observare vo-
lis, Colloquium ad B. Virginem.

Punctum III.

Confidera I. Quàm præclarum quoque cœnseri debeat Ca-
techismi docendi munus, utpote per quod summa in triump-
phantem & militantem Ecclesiam fructus redundat; cum o-
nim solida instructio in doctrina Christiana sit fundamen-
tum Christianæ perfectionis, ab hac verò gloria Dei & San-
ctorum, augmentum & decus Ecclesiæ, salus denique totius
publicæ, & cujusvis animæ particularis dependeat, facile ap-
paret, quàm magna ex hoc munere ritè obito utilitas sperari
possit, quàmque ad eò rectè Joannes Gerson Cancellarius Pa-
risiensis dixerit, nescire se, an ullo alio munere, quàm
in hoc utilius & honestius occupari quis possit.

Confidera II. Quomodo hoc officium utiliter obire possis, videlicet I. ut materiam valde bene præpares, & parvulis accommodes illud S. Pauli 1. Cor. 3. usurpans: *Tantum parvulis in Christo lac vobis potum dedi, non escam solida & altioris doctrinæ; nondum enim poteratis capere & concoquere.* II. Ut bene valde, id est, cum simplicitate & mansuetudine proponas doctrinas, quas præparavisti; ut dicere cum S. Paulo possis: *Omnibus omnia factus, ut omnes lucrificiam.* III. Ut parvulos ad aptam receptionem doctrinæ Catecheticæ disponere coneris, efficiendo, ut modesti, attenti, & alacres sint ad excipienda & retinenda ea, quæ dicuntur, quod quidem facilius bonis verbis & munusculis, laudibusque, quàm asperis increpationibus & minis obtinebit.

Confidera III. Quæ media adhibere debeas ad hoc officium alacriter & fructuosè obeundum; videlicet I. Ut magnam de tali munere æstimationem concipias, frequenter perpendendo, quàm magnam Ecclesiæ & reipublicæ Christianæ utilitatem afferre, tibi que grandem coronam præparare queas. II. Si Christi ad Apostolos dicentis: *Sinite parvulos venire ad me:* & aliorum zelosissimorum virorum cum magna alacritate hoc munus obeuntium exempla frequenter ob oculos ponas. III. Si magna cum patientia fructum expectes salubrem S. Jacobi c. 5. doctrinam altè pectori inscribens: *Ecce Agricola expectat pretiosum fructum terra, patienter ferens, donec accipiat temporaneum & serotinum: Patientes igitur estote & vos, & confirmate corda vestra.* Vide ergo, quàm efficacia & solida sint hæc media, & quomodo ea deinceps adhibere velis. Colloquium ad Christum.

OCCUPATIONES

Per reliquum hujus diei tempus.

I. Ethodie iterum tres occupationes, præter binas meditationes, magno cum fervore suscipiendas suadeo. Prima est, ut Ordinem tibi diurnum conficias, quem per totam vitam, quantum fieri potest, studiosè observes. Ad hunc autem ritè faciendum tria præcipuè observabis. I. Magnam

Kk 5

de rena-

de tempore æstimationem concipies; quem in Finem tibi geminā S. Bernardini fer. 4. post Dom. quadr. c. 4. sententia serviet: *Vide, peccator, temporis pretiositatem, quia modo dico tempore potest homo lucrari Seniam, gratiam, & gloriam.* Et iterum: *Tempus tantum valet, quantum Dem;* quippe in tempore bene consumpto comparatur Dem. Unde ut redimas præteritum tempus, & futurum bene colles, sequere exemplum S. Bernardi S. 20. in Cantica sic Deum alloquentis: *De mea misera & ista sume obsecro residuum sanctorum meorum; pro his verò, quos & videndo perdidisti, non perdidisti & vixi, cor contritum & humiliatum non despicies.*

II. Ut terra tibi somni & quietis tempora definias, & studiosè observes; alioqui enim pigritia & torpor magnam tibi, non temporis duntaxat, sed vitæ etiam partem auferat, ad reliquas diei actiones non parùm ineptum efficiet. III. Ut firmiter tibi persuadeas, vitam nostram mercatum esse, cujus dies cum abierit, tempus non erit emendi, quæ res; itaque consilium Siracidis Eccl. c. 14. sequere: *Ne desideris à die bono; & particula boni domi non te prætereat.* Dic proinde cum S. Chrysologo S. 12. *Vivamus Deo paululum, qui saculo & viximus totum; dedimus corpori annos, demus animæ paucos dies; tempus est, ut aliquando prævideas domui tuæ.*

II. Secunda occupatio est, ut singulas actiones ad Deum & teipsum pertinentes (nam eas, quæ ad proximum spectant, pro sequenti die servabis) percurras, & quem deinceps in illis peragendis modum & praxin observare velis, studiosè indages, & definias.

I. Itaque considera quomodo te in actionibus spiritualibus, puta Meditatione, SS. Missæ, recitatione horarum Canoniarum, lectione spirituali, Examiniibus conscientiarum, exercere; quas preces manè & vesperti ante & post mentem ad pulsus ternum Salutationis Angelicæ, ad sonitum horarum vel interdiu recitare; quos itè Sanctos in speciales Patronos eligere, quibusve obsequijs eos venerari, & demereri velis.

II. Quomodo intentionem bonis operibus, solum scilicet gloriā divinam & beneplacitum præfigere, & quoties ac quâ ratione illam repetere velis.

III. Quomodo virtutē Sacerdoti convenientiū, præcipuè fructus

leis, spei, charitatis, religionis, humilitatis, mortificationis, caritatis, modestiæ, patientiæ, & obedienciæ studio te impendere velis, & quas occasiones habeas ad illas exercendas.

IV. Quomodo te in mensa gerere? quas recreationes, quomodo, & cum quibus usurpare velis.

V. Cui studio te impendere, aut quâ aliâ occupatione sive corporali, sive spiritali tempus, quod tibi ab actionibus reliquis superest, impendere velis, ut contra otium velat omnium malorum originem te potenter tuearis. Quæ omnia, cum maturè consideraveris, & quæ optima tibi videbuntur, elegeris, id unum superesse existima, ut clavum constantiæ, quo omnia tua decreta & proposita confirmetur, & stabiliantur, adjicias.

III. Tertia occupatio erit sacra iterum lectio, inprimis quidem capituli 25. ex lib. 1. de imitatione Christi; deinde verò unius vel plurium paginarum ex alio libro ascetico, quem vel ipse tibi velut proposito scopo convenientissimum elegisti, vel ab alio electum accepisti.

DIES TERTIA.

Tessera.

Redde mihi lætitiâ salutari tui, & Spiritu principali confirmam. Pl. 50.

MEDITATIO I.

DE TRIPLICI ZELO SACERDOTIS.

Præludium I. Est, imaginari Apostolos in cœnaculo Jerosolymitano sedentes, & virtute ex alto, id est, Spiritu Sancto in specie ignis apparente instructos; per hunc quippe ignem, qui & sursum flammæ ejaculatur, & non in seipso duntaxat calidissimus est, sed alios etiam calefacit, rectè triplex Zelus, gloriæ Dei, propriæ & alienæ salutis indicatur.

Præludium II. Est, petere gratiam, ut naturam & motiva hujus Zeli bene cognoscere, & eundem vehementer in corde tuo accendere possis.

Punctum I.

Considera I. Quid sit zelus gloriæ divinæ, nempe nihil aliud, quàm vehemens desiderium, ut Deus ab hominibus magis

magis & magis semper cognoscatur, per omnia zstinetur, & ametur; cum enim gloria in genere nihil aliud sit, quam *elara cum laude notitia*, merito, si gloriam Dei vere desideras, optare quoque debes, ut infinita ejus bonitas cognoscatur, & quod inde per se sequitur, cognoscentes in ejus admirationem, laudem, amorem rapiantur.

Confidera II. Quomodo constitutus debeat esse hic *Zelus*, quod scilicet tres debeat habere conditiones. Et I. quidem esse *universalis*, id est, ad universum vitæ statum, & omnes ac singulas vitæ actiones se extendens, sicque doctrina S. Pauli observetur. 1. Cor. 10. monentis: *Sive manducatis sive bibitis, sive aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite*; Ut in omnibus glorificetur Deus. II. *Purissimus*, id est, nullam aliam secundariam intentionem cuiusvis alterius boni, puta delectationis, honoris, beatitudinis, admodum habens, quam non propter gloriam divinam ultimum intentionem elicias, hic enim verè locum habet illud S. Augustini: *Minus te: (& gloriam tuam) amat, Dominus, qui propter te (& gloriam tuam) aliquid amat, quod propter te (& gloriam tuam) non amat.* III. *Liberalissimus*, id est, non simpliciter gloriam Dei, sed *majorem* semper affectans, atque adeò ea semper media eligens, quæ ad majorem Dei gloriam sive *intensivè* per opera majorem difficultatem continentia, & intensiorem amorem declarantia (qualia sunt generosus contemptus honorum & voluptatum, nec non magnanima fortitudo inter adversa) sive *extensivè*, incitando scilicet, & juvando alios, ut simili modo gloriam Dei quarant, quo modo S. Ignatius omnia ad majorem gloriam operari solebat.

Confidera III. Motiva, quæ ad majorem Dei gloriam querendam impellere te possint. Primum est, quod scilicet iste adeò sit excellens, ut ipse Deus & Christus omnia, que operati sunt, creationem scilicet & recreationem, seu redemptionem humani generis, Angelorum, & totius mundi non aliam ob causam, quam propter gloriam suam fecerint: *universa enim propter se operatus est Dominus*, teste S. Scriptura prov. 16. & ipse Christus Jo. 8. de se factus est, se non propriam, sed Patris cœlestis gloriam querere; unde merito de tali intentione exclamans S. Bernardus S. de dilig. Deo.

Amator Sanctus, inquit, & castus! ô amor dulcis & suavissimus affectio! ô pura & defœcata intentio voluntatis, eò certè defœcator & purior, quo in ea de proprio nihil admixtum relinquitur, quo totum divinum est, quod sentitur. sic affici, Desficari est. Secundum est, quòd infinita beneficia Dei exigant, ut, sicut ille bonum nostrum tam sollicitè quaerit, & sic amorem erga nos suum demonstravit; ita nos quoque amorem mutuum erga ipsum ostendere, atque adeò bonum ipsius pro viribus procuremus; bonum autem Deus, qui seipso plenus, bonorum nostrorum non eget, aliud participare non possit, quàm extrinsecum hoc, id est, gloriam suam; quæ certè singularis est naturæ humanæ dignitas, ut ad idem bonum Deo tribuendum efficaciter concurrat, quòd sibi Deus tam admirandis modis in hac vita procurat, & in æternum à suis accipiet. Tertium est, quòd ex hoc bono, ejusque intentione omnia nostra bona promanent; sicut namque ex eo, quòd Deus hoc sibi bonum, id est, gloriam suam velit, nobis & naturam, & gratiam & gloriam suam communicat; ita nos ex eo, quòd ei bonum hoc volumus, bona omnia necessaria naturæ & gratiæ, & gloriæ efficaciter comparamus, etsi de nobis non cogitemus. Vide ergo, quàm efficacia sint hæc motiva, & quomodo tu deinceps excitare in te ardentissimum divinæ gloriæ Zelum velis. Colloquium ad Christum.

Punctum II.

Considera I. Quid secundus Zelus, propriæ scilicet salutis à te requirat, nempe ut omne verum malum, quale est unicum & solùm peccatum à te efficaciter avertas; & omne verum bonum, quale est sola & unica virtus Deum velut summum bonum possidens, pari efficacia & sollicitudine tibi procures, uti Psalmista ps. 33. indicavit dicens: *Quis est homo, qui Cult & vitam, diligit dies videre bonos? declinat a malo, & fac bonum.*

Considera II. Quales condiciones requirat hic Zelus, videlicet sequentes tres. I. Ut sit *appretiativus*, id est, suam salutem omni alienæ præferens; *quid enim prodest homini, si universum mundum lucretur, anima vero sua detrimentum patiatur*, inquit Christus Matt. 16. II. Ut sit *prudens*,

dens, id est, apta media ad finem sibi propositum eligens, mercatorum more, qui varias industrias excogitant, adhibentque, ad merces & lucra optima facienda. III. Ut sit *efficax*, non in puris desiderijs consistens, sed manum operi admovens, illudque Siracidis Eccl. c. 9. semper in mente habens: *Quodcumque potest facere manus tua, instanter operare.*

Confidera III. Quam ob causam hunc Zelum specialem studio in te suscitare debeas, nempe quia animam tuam unicam habes, atque adeo si hanc perdas, omnia perdidisti, & miser, & miserabilis es. Hinc Ecclesiasticus tam sollicitus monet c. 30. *Miserere anima tua placens Deo: & S. David ps. 118. factus est: anima mea in manibus meis semper,* quae ut bene notat S. Bernardus, *sicut, quod in manibus tenemus, non facile obliviscimur, sic nunquam oblivisci debemus negotium animarum nostrarum, & illa cura vigeat prominenter in cordibus nostris.* Vide ergo, quomodo hunc Zelum haectenus fovcris, aut deinceps saltem excitare velis, memorandam D. Eucherij in epist. paroen. sententiam in mente semper habens: *Primas apud nos curas, quae prima habetur, obtineat, summamque sibi sollicitudinis partes saluam, quae secunda est, vendicat; hac nos occupet in praesidium ac tutelam, quae jam non plane prima, sed sola. Omnia vincat et studio, quae praecedat omnia.* Colloquium ad B. Virginem.

Punctum III.

Confidera I. Quid tertius Zelus salutis alienae à te erigat, scilicet ut eandem sicut tuam procures, atque adeo pariter ad peccatorum fugam, & bonorum operum seu virtutum exercitium alios quoque impellas eurae tuae commissos; hoc enim mandatum illud Dei: *Diliges proximum tuum, sicut te ipsum:*

Confidera II. Quas condiciones à te hic Zelus tuus erigat, videlicet sequentes tres. I. Ut sit *Ordinatus*, id est, in Ordo, quem Deus in servando proximo observari voluit, diligenter observetur; nempe ut non alia ex causa, quam propter Deum diligatur; nec ita salutis alienae cura suscipiatur, ut propria detrimentum accipiat. II. Ut *Universalis* sit, id est, ad pauperes aequè ac divites, deformes aequè ac formosos

los, nobiles æquè ac ignobiles se extendens, cum imago ac voluntas Dei ad talem dilectionem impellens in omnibus æqualiter eluceat. III. Ut *suavis & mansuetus* sit; sic etiam Christus Matt. 11. docuit dicens: *Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde, & invenietis requiem animarum vestrarum*, non proprijs duntaxat, sed alienis etiam curæ vestræ commissis, nam ut S. Chrysostomus ho. de mansuet. rectè dixit, *nihil ita conciliat Domino Familiare, ut quod videant illum tranquillū se offerre ac mansuetudine jucundum, nam & talem majorū faciunt, habentque pro Patre & non Domino. Gratus est videntibus, gratus & his, quibus tantum nomine notus est. Neque facile ullum invenies, qui audiens laudari hominem mansuetum, illum videre, & oculos non desideret, & non habeat in aliquanta lucris parte, ejus majus amicitia posse frui.*

Confidera III. Quibus motivis excitare hunc Zelum debeas, videlicet I. exemplo Christi in hunc mundum descendens, ut animarum salutem quæreret, subque exemplo ad similem Zelum accenderet. Hinc tibi pariter, ac S. Petro olim dixerat, dicit: *Si diligis me, pasce oves meas.* II. *Dignitate animarum*: nam, ut S. Gregorius Nyssenus ait hom. 4. in Eccl. *qui humanam novit naturam, nec totum quidem mundum dixit satis justum pretium, quod detur pro anima hominis*; hinc alter S. Gregorius, Magni s videlicet I. 1. hom. 12. in Ezech. ait, *Nullum omnipotenti Deo tale esse sacrificium, quale est Zelus animarū* S. Chrysostomus verò ho. 3. in 1. Corinth. etfi, inquit, *immensas pecunias pauperibus eroges, plus tamen effeceris, si unam converteris animam.* III. *Propria salutis studio*: ad quam certius & abundantius obtinendam efficacissimum medium est hic Zelus, nam, ut S. Chrysostomus sapienter pronuntiavit ho. 3. super Gen. *hoc nostra salutis argumentum erit, & occasio, si non solum pro nobis ipsis solliciti, sed & proximo utiles fuerimus, ipsum ad viam veritatis manuducentes.* Imò non communis duntaxat, sed magnæ etiam gloriæ argumentum esse hunc Zelum, Christus ipse Matt. 5. testatus est, dum dixit: *Qui fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in regno celorum.* Vide ergo, quomodo per hæc motiva hunc quoque Zelum in te excitare, & constanter fovere velis. Colloquium ad Christum.

MEDI-

MEDITATIO II.

DE MEDIIS AD SACERDOTIS OFFICIUM RITE OBEYNDVM NECES-
SARIIS.

Præludium I. Est, imaginari, te coram Christo in oratione constitutum, & ut media tibi ad vocationis executionem necessaria suggerere dignetur, rogantem, lorica seorsum triplex circa pectus accipere, quo contra omnia impedimenta, quæ te à dicta executione impedire possunt, efficaciter moveas.

Præludium II. Est, petere gratiam, ut talia remedia celerè cognoscere, & constanter adhibere valeas.

Punctum I.

Considera I. Quod sit primum medium ad Sacerdotii officium ritè obeundum, scilicet *studium orationis continuatum*, quod in tribus potissimum occasionibus ostendi debet. I. In Exercitijs spiritualibus quotidianis, puta SS. Missæ sacrificio, officio divino, lectione spirituali, Examine conscientie &c. cum omni diligentia obeundis. II. In cursu ad Deum, quando vel negotium aliquod suscipiendum vel aliquid pro se, alijsve impetrandum; vel periculum aliquod vel tribulatio superanda est. III. In reliquis satisfactionibus, ut scilicet & in his mentem ad Deum attolens, easque ad Deum referre assuescat, quam quidem consuetudinem S. Ignatius hominibus piè occupatis magis expeditam & necessariam dicebat esse, ideòque vehementer suis operarijs commendabat.

Considera II. Quàm necessarium sit hoc medium ob triplicem causam. I. Ut gratiam pro functionibus necessariis obtineat, cum omne datum optimum & donum perfectum deorsum sit descendens à Patre luminum, teste S. Jacobo, & deòque, ut rectè S. Augustinus l. 4. de doctr. Christ. c. 11. dixit, munus suum ut præstet, magis sit opus orationis, quam Oratoris facultate. II. Ut efficaciam obtineat suis functionibus, cum ipse quidem plantare & rigare possit, incrementum autem dare solius Dei sit; unde præclare S. Bernardus

ep. 101. nunc autem, inquit, manent tria hæc, Verbum, ex-
 ceptum, oratio, major autem horum oratio, ea namque ope-
 & Soci efficaciam & gratiam promeretur. III. Ob
 propriam consolationem, ut scilicet in se experiatur, quod
 Christus Matt. 11. dixit: Venite ad me omnes, qui laboratis,
 & onerati estis, & ego reficiam vos; ideòque & ipse cum
 David. ps. 118. dicere possit: Os meum aperui, & attraxi
 spiritum.

Considera III. Quàm efficaces sũt hæ rationes, quàm-
 que adeò meritò impellere te debeant, ad continuum ora-
 tionis studium modo supra dicto exercendum; cum verè Sa-
 cerdoti convenire videatur illud S. Augustini ho. 40. rectè
 vult vivere (& Sacerdotis officium exercere) qui rectè no-
 nit orare. Colloquium ad SS. Patronos.

Punctum II.

Considera I. Quòd secundum medium ad finem supra-
 dictum meritò mortificationis studium continuum censua-
 tur in eo præcipuè consistens, ut omnem inprimis inordi-
 natam concupiscentiam cujuscunque rei inordinatæ sollici-
 tæ devitet (quæ mortificatio interna vocatur) & ipsam et-
 iam carnem jejunijs, cilicijs, flagellis aliisque similibus a-
 spectatibus spontè susceptis, aut à Deo immixtis castiget,
 quæ mortificatio externa appellatur.

Considera II. Quòd & hoc medium triplicem ob causam
 summo opere sit necessarium Sacerdoti. I. Ut fructuosè mu-
 nere suo fungatur; cum, sicut palmes non bene putatus pa-
 rum fructificat, ita Sacerdos quoque non bene mortificatus
 exiguum fructum afferat; unde meritò Christus Luc. 14. di-
 citur Apostolis: Qui non renuntiat omnibus, non potest meus
 esse discipulus. Et S. Paulus ad Galat. 5. pronuntiavit: Quæ
 Christi sunt (id est, eidem tanquam viti veræ uniti) carnem
 suam crucifixerunt cum concupiscentijs suis. II. Ut secu-
 re fungatur, suo munere; cum in medio civitatum, natio-
 nis prava, fera illæ (id est passionis animi) multò plus ha-
 beant ad delinquendum, exorbitandumve ab aquo nutri-
 menti, ut S. Chrysostomus l. de Sacerd. ostendit, atque adeò
 tanto mortificationis vehementer opus habeant. III. Ut
 libere eodem munere fungatur, cum nemo alium efficaciter

Instr. VIII.

LI

corri-

corrigere & curare possit, nisi ipse à vitijs & inordinatis concupiscentijs sit liber, sed meritò commune illud adagium: *Medice, cura te ipsum*: audire debeat.


Considera III. Quàm & hæ rationes efficaces admodum sint ad mortificationis studium continuum tibi persequendum; & quomodo tu hactenus illud susceperis, & suscipere deinceps velis. Colloquium ad B. Virginem.

Punctum III.

Considera I. Quòd tertium medium ad Sacerdotis officium ritè obeundum meritò *studium humilitatis* perpetuum reputetur; quæ humilitas in eo consistit ut verè ex animo despiciat, & servum inutilem, id est, ex se nihil efficere potentem existimet; atque ab alijs etiam despici potius, quam jurijs magis affici, quàm honorari cupiat, sicque Christi Redemptori suo similior evadat; nihil autem unquam gloriæ de quocunque opere & effectu adscribat, sed illud Dominicum semper in mente habeat: *non nobis, Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam.*

Considera II. Quàm multi & præclari fructus per hoc humilitatis studium tibi obventuri sint, nam I. ad officium & functiones tuas optimè te disponet, cum humilia & contemptibilia eligere soleat Deus, ut confundat fortia. II. Mirè te roborabit adversus respectus humanos, qui non modicè impediunt fructum animarum, cum ut sic dicitur: cum S. Paulo ad Gal. 1. *Si hominibus placerem, Christi servus non essem.* III. Post functiones potenter te contra vanam gloriam defendet; uti satis clarè S. Augustinus innotuit dum dixit: *nisi humilitas omnia, quæcunque benefecerint, & praeceperint, & comitetur, & subsequuta fuerit, jam non de facto aliquo bono gaudentibus totum de manu extorquetur superbia.*

Considera III. Quàm pretiosi sint hi fructus, digni ut propter eos singulare hujus virtutis desiderium, studiumque suscipias; & quomodo id suscipere velis. Colloquium ad Christum,



OCCUPATIONES.

Reliquæ Diei.

I. Præter assignatas duas meditationes, tres alias occupationes suscipies, quarum prima est, ut consideres, quomodo erga varias Personas te gerere debeas.

Et I. quidem erga superiores tuos, puta Episcopum, Vicarium generalem, Decanum tuum, quibus merito summam *reverentiam*, ut Dei Vicarijs: *charitatem* ingenuam, ut Patribus Spiritualibus: & *obedientiam* promptissimam, ut optimis Pastoribus debes.

II. Erga Parochianos tuos, quos *amore universali* amplecti (id est, pauperum æquè ac ignobilium, quàm divitum & nobilium curam æqualem gerere) *Zelo prudente* (id est, ad finem intentum, nempe lucrum animarum, idoneo) *pacere* (videlicet verbum Dei prædicare, Sacramenta administrare, & in rebus ad fidem & statum pertinentibus instruere) & *vitâ* deniq; *exemplari* edificare, seu ad perfectionem Christianam excitare debes.

III. Erga *Domesticos*, quibus necessaria alimenta subministrare, onera servitij moderatè imponere, errores suaviter corrigere, & debitam mercedem fideliter solvere oportet.

IV. Erga *Vicinos, aliòsque non subjectos*, cum quibus oportet *pacifice vivere*; (id est, nullam quacunque ratione ledere) *promptè*, ubi necessitas aut charitas exigit, *subvenire* & *honorem* cujusque statui convenientem *exhibere*.

V. Erga *Hospites & peregrinos*, quos *benevolè excipere*, *liberaliter tractare*, & *jucundè cum ijs conversari* debes.

VI. Erga Pauperes, quos *suaviter alloqui*, iisdem *sincerè compati*, & pro modulo *subvenire decet*.

VII. Erga Defunctos, quibus crebram recordationem, teneram commiserationem, celerem & copiosam subventionem impendere debes. Vide ergo, quomodo hæc omnia hæctenus præstiteris, & præstare deinceps velis.

II. Secunda occupatio consistet in specialibus officijs seu functionibus ad Proximum pertinentibus considerandis, quomodo scilicet ritè & fructuosè obiri debeant.

I. Itaque considera, quid in SS. Eucharistia, Sacramento illo pretioso, admirando, salutifero, & omni suavitate reple-

to, in quo Christus Dominus divitiis sui amoris erga homines effudit, memoriam faciens suorum mirabilium, ut Concilium Tridentinum sess. 13. c. 2. loquitur, administrandum observare debeas, videlicet, ut I. illud in Ecclesia convenienter & decenter asservari cures. II. Ut Fidelibus rite spofitis promptè & reverenter illud ministres. III. Ut dignis ejusdem participationem constanter deneges; caque in finem memorandam S. Chrysostomi ho. 88. in illa sententiam in mente habeas, quâ sic loquitur: *Ad hoc, ministrantes, sermonem convertere necessarium est, ut cum studio hæc dona distribuatis: non parva etenim tenet vobis ultio, si quemquam ullius culpa conscius, hæmensa participem esse concedatis: sanguis ejus de manibus vestris exquiretur. Sive quis Dux militia sit sive Praefectus sive Princeps diademate coronatus, indignè autem acrius prohibe, majorem illo potestatem habes. Propterea Sacerdotali insignivit honore, ut talia discernatis: hæc vestra dignitas, hæc securitas, hæc omnis corona, non ut alienam splendidam tunicam circumcumbatis induiti.*

II. Quid in Sacramento Baptismi observari oporteat, videlicet I. Ut quoniam hoc Sacramentum est janua ad Eternam vitam, ipsamque æternam vitam, nullus infans aut adultus absque hoc Sacramento decedere ex hac vita sinatur. II. Cæremoniæ in Rituali præscriptæ accuratè observentur: si necessitas aliud suadeat. III. Ut Parochiani, ac præcipue obstetrices tam de necessitate hujus Sacramenti, quam de illud administrandi bene informetur, idèoque in conversationibus occasio sumatur talia explicandi.

III. Quid in administratiõe Sacramenti Pœnitentiæ observare debeas; videlicet ut I. memineris te *Judicis* officium in hoc Sacramento exercere, atque ad eò studiosè procures, ut omnia, quæ ad legitimam absolutionem, sive ex parte Confessorij, sive ex parte pœnitentis requiruntur, accuratè præstentur. 2. Ut *Medicum* quoque Pœnitentis esse te memineris, idèoque non morbos duntaxat animæ, id est, peccata tollas, sed salutaria etiã contra relapsum remedia præscribas. 3. Ut *Doctorem* etiam pœnitentis esse te memineris; idèoque in ijs, quæ ad Sacramentum hoc ritè suscipiendum pertinent, tum in alijs capitibus ad statum cujusque spectantibus solent instruere illum studeas.

IV. Quid in Sacramento extremæ Unctionis observare debeas, videlicet 1. Ut, quantum erit in te, neminem adultum & capacem sine hoc Sacramento discedere sinas; nam, ut sapienter Episcopus Tritariensis in direct. Eccl. disc. ait, quò magis languescit humanæ infirmitatis virtus, & unusquisque moriens ad ignotas sibi futuri sæculi vias ingrediens, ob peccatorum suorum conscientiam, & abyssum iudiciorum Dei magis timet, magisque horret, eò magis sollicitus esse debet Pastorum & Sacerdotum eharitas, ut Christianus quilibet in extremo illo agone contra omnes sarhanæ insulatus bene armatus sit, & in spem misericordiæ divinæ bene erectus. 2. Ut non essentialia duntaxat hujus Sacramenti, sed ipsos etiam ritus in Rituali præscriptos studiosè observes. 3. Ut de utilitate hujus Sacramenti bene Fideles edoceas, vanamque illam persuasionem, quâ persuadent sibi, perceptionem hujus Sacramenti esse accelerationem ad mortem, efficaciter eripere studeas.

V. Quid in Sacramento Matrimonij administrando sit observandum, scilicet 1. Ut, quò plures ob pravitatem hominum irrepserunt abusus, eò diligentior cura adhibeatur, ut omnia, quæ sive sacri Canones, sive Ritualia circa hoc Sacramentum præscribunt, accuratè observentur. 2. Ut diligenter Parochianos tuos instruas, quâ intentione, reverentiâ, ac puritate hoc Sacramentum suscipere debeant. 3. Ut, ubi casus matrimonialis occurrerint, diligenter eos examines, nec tibi soli fidens, alios etiam in consilium advoces.

VI. Quid in Verbi divini prædicatione observandum sit, videlicet 1. Ut materia sit selecta, & auditoribus bene accommodata. 2. Ut ipsa quoque dispositio & elocutio non obiter & perfunctoriè, sed magno studio & labore perfecta, ne alioqui, sicut sine labore ascendis Cathedram, ita sine honore descendas. 3. Ut finis præcipuus Concionis, qui est docere & movere, ob oculos semper habeatur, atque adeò ad eundem acquirendum omnes vires convertantur, & ipse etiam populus modum utiliter audiendi verbum divinum doceatur.

VII. Quid in Catechesi tradenda observandum sit, videlicet, I. Ut hoc munus unum ex præcipuis esse tibi persuadeas, ideòque diebus præscriptis magnâ cum diligentia & alacri-

alacritate obeas. 2. Ut varios modos excogites, quibus doctrinæ Catechetice instillari & inculcari possint. 3. Ut in ipsis etiam Concionibus apud Rusticos, vel alios plebeios habendis nonnunquam doctrinas ejusmodi Catechetice immisceas, atque ad illas liberis instillandas Parentes horteris.

VIII. *Quid in Egroꝝ Sístatione observandum sit*, videlicet I. Ut diligenter, cum charitas aut necessitas suadet, visitentur. 2. Ut ad dolores & molestias infirmitatis æquanimiter tolerandas efficaciter excitentur. 3. Ut ad Sacramentorum susceptionem, aliâque officia ad mortis articulum pertinentia ritè & alacriter præstanda disponantur.

IX. Denique, quid in conversatione privata cum hominibus sanis observandum sit, scilicet 1. Ut *rara* sit, ne cum in multiloquio non desit peccatum, experiaris, quod nonnempe conquestus est: *Quoties inter homines fuis, minor homo redij.* 2. Ut *sanata* sit, id est, bono fine suscepta, & ad salutem vitæ persuadendam, remotè saltem ordinata. 3. Ut sit *suavis* simul & *gravis*, hæc enim & gratam præcætionem & efficacem faciunt conversationem.

III. Tertia tandem occupatio iterum lectio spiritalis erit, tum libri ascetici præscripti; tum ex libello de imitatione cap. 10. l. 4. ut ex illius lectione ad sacrum quoties deinceps legendum accendaris. Proderit etiam pro corde hujus recollectionis triduana breviter se reflectere. An compendium quasi redigere potiora proposita & decreta quæ fecisti hoc triduo, & pro iisdem debitas Deo grates persolvere, ac gratiam ad eorum executionem necessariam commigitare.

TERTIUM EXEMPLAR
TRIDUANÆ RECOLLECTIONIS
*Pro ijs, qui post curam Animarum aliquamdiu exercitam
recolligere se desiderant.*

Quantopere hæc recollectio necessaria sit ijs, qui curam Animarum susceperunt, Servator ipse Marc. 6. indicavit, dum ad Apostolos suos velut primos Pastores animarum dixit: *Venite seorsum in desertum locum, & requiescite*

auxillum. Quis verò tali recollectioni scopus præfixus esse
debeat, sat clarè Deus Osæ c. 2. insinuavit, dum de anima
peccatrice post amatores eunte, & Dei obliviscente dixit:
Propter hoc ecce ego lactabo eam, & ducam in solitudinem,
Et loquar ad cor ejus; his namque verbis quid aliud signifi-
care voluit, nisi quòd, quemadmodum perfectio Christiana
in dilectione Dei consistit, dilectio verò à corde originem
trahit, ita potissima hominis cura in eo consistere debeat, ut
cor ipsius rectè se habeat, id est, omnem suum amorem in
Deum, propter quem creatus est, transferat; hinc juxta
Psalmistam Ps. 32. sigillatim Deus fecit corda eorum, id est,
cum ea figura & situ creavit, ut ex ipsa dispositione mone-
retur homo, quòd cor ipsius ad ipsum diligendum factum
sit; hinc enim I. Superiori sua parte, quæ aperta est, cœlum
aspicit, ut intelligat homo, nemini per amorem cor aper-
tum esse debere, nisi soli Deo, nam, ut bene pius Author l. 2.
c. 7. dixit, *dilectus tuus talis est natura, ut alienum non
velit admittere, sed solus & ult cor tuum habere, & tanquam
Rex in proprio throno possidere.* Ob eundè finem etiam: 2. In
inferiori parte clausum & acuminatum est, ut cognoscat
homo, se terram & terrestria tantùm in puncto quodam at-
tingere debere, quantum scilicet præcisè ad finem suum ul-
timum obtinendum necessarium est, ut sic cum veritate de eo
dici possit, quod Apostolus 1. Cor. c. 7. dixit, quòd scilicet
vivat hoc mundo tanquam non utatur. Sed & 3. triangu-
lari cum figura creavit, ut, quemadmodum vas triangulare à
nullo globo, sed solâ substantiâ triangulari impleri potest,
ita certò quoque sibi persuadeat homo, se, etiamsi totum
mundum in cor suum admitteret, satiari non posse, sed à so-
la trinitate hoc præstari debere. Præcipuè verò 4. duos mo-
tus systole & diastole vocatos, per quos putridus aër expelli-
tur, & recens attrahitur, eidem cordi indidit, ut meminerit
homo, se quoque omnes creaturas, quas inordinate amave-
rat, repellere per contemptum, ipsum verò Deum per amo-
rem attrahere debere, & ex hoc gemino motu perinde ac ex
pulsu arteriarum colligi statum animæ posse. Atque hæc
videlicet causa est, cur Deus prov. c. 23. ante omnia cor pe-
tuerit dicens: *Præbe, fili, cor tuum mihi,* & dæmon quoque,
ut Philippus Diez in suis concionibus refert, Eremitæ scire

cupienti, quod gratissimum Deo munus esset, in specie An-
geli apparens dixerit, nihil gratius ipsum Deo offerre possit,
quàm si mediam lunam, rotunditatem Solis, & quartam par-
tem rotæ offerret; quod, cum Eremita non intelligeret, pe-
que adeò explicationem à Deo instanter peteret, per alium
eumque verum Angelum ipsi significatum est, per mediam
lunam litteram C. per rotunditatem solis litteram O, per
quartam verò partem Rotæ primam litteram R. in vna
Rotæ comprehensam intelligi, & quia ex his tribus litteris
conjectis nomen COR efficitur, hoc ipsum esse donum
gratissimum, quod Deo offerri possit.

Ex quibus omnibus facilè nunc colligitur, renovationem
hominis in eo potissimum consistere, ut, si quidem cor huius
per vitæ teporem & inordinatum ad creaturas amorem
veteratum, & detortum fuerit, per novi fervoris com-
remedium iterum inuvertatur, & rectificetur. Hinc memo-
quisque renovationem ejusmodi instituere cupiens, illa Pro-
phetæ Davidis ps. 94. verba sibi dicta credere debet: *Quæ-
draginta annis proximus sui generationi huic, & dixi in
per: hi erant corde. Hodie ergo, si Vocem eius audieritis,
nolite obdurare corda vestra, Et, ut Deus per Ezechielum
18. monet: projicite à vobis omnes pravaricationes vestras,
in quibus pravaricati estis, & facite vobis cor novum, &
spiritum novum. Quia autem sex præcipuè proprietates
Scriptura in corde requirit, & prædicat, scilicet cor novum,
mundum, rectum, ardens, carneum seu molle, & altum; hæc
de his quoque totidem meditationes præscribentur, aliæque
occupationes eundem in finem tendentes suggerentur.*

DIES PRIMA.

Tessera.

Filij hominum, usque quo gravi corde, ut quid diligitis
vanitatem, & quæritis mendacium? Ps. 4.

MEDITATIO I.

DE CORDE NOVO PROCVRANDI.

Prælium I. Est, imaginari, Christum juxta fontem
Fabri ferrarij stantem, & cor tuum forcipe apprehensum.

igni excitato applicantem, & dicentem: *Ecce nova facio omnia.*

Prælium. 2. est, petere gratiam, ut causas & modum novi cordis procurandi, id est, renovationis instituendæ ritè cognoscere, sedulòque adhibere possis.

Punctum I.

Confidera I. Quid sit cor novum, & quomodo constitutum esse debeat; id ex S. Pauli doctrina discas c. 4. ad Ephes. eloquentis: *Hoc igitur dico, & testificor in Domino, ut jam non ambuletis, sicut & Gentes ambulant, in vanitate sensus sui, tenebris obscuratum habentes intellectum, alienati à vita DEI, per ignorantiam, qua est in illis, propter recitatem cordis ipsorum. Vos autem non ita didicistis Christum, sic tamen illum audistis, & in ipso edocti sicut est veritas in IESU, deponere vos secundum pristinam conversationem veterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria erroris, renovamini autem Spiritu mentis vestra, & induite novum hominem, qui secundum DEVM creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis.*

Confidera 2. An non in te quoque vetus homo per cor inveteratum & teporè vitæ vixerit; id colligere poteris ex sequentibus indicijs, quæ S. Claudius Aquaviva Societatis IESU Generalis in sua Epistola de renovatione Spiritus ad Socios suos scripta indicavit. S. Orare & Meditari sine sensu & fructu. 2. Aegrè se colligere & ad corredire. 3. Cogitata, dicta, factaque sua sine pudore, & emendationis sententia proposito cursim examinare. 4. In res extraneas libenter effundi, non proximi juvandi, sed tardij vitandi, & solatij sensualis emendicandi causâ. 5. Liberiùs obloqui, & aliorum dicta, factaque sine respectu carpere. 6. In animatum Zelo languere, laboresque earum causâ suscipiendos, qui dulces olim erant, acerbos ducere. 7. Aegrè, & tardè Superioribus, aut alijs Salubria consilia & præcepta suggerentibus obtemperare. 8. Honorificè ab omnibus æstimari & tractari velle; hæc enim omnia, cum rectæ rationi, sui ultimo, exemplo Christi penitus difformia sint, clarè arguunt, non eum hominem, qui ad iustitiam exercendam,

& Sanctitatem veritatis obtinendam creatus est, sed veterem secundum desideria erroris ambulantiem in te vivere.

Considera 3. An non hæc indicia in te quoque hæc copiosè deprehenderis, atque adeò justas ac multiples causas novi procurandi, renovationisque instituendæ causas habeas.

Colloquium ad SS. Patronos.

Punctum II.

Considera 1. Quantopere tibi hæc renovatio necessaria sit, siue propriam, siue alienam salutem, quæ utraq; tibi summè cordi esse debet, consideres; si enim 1. propriam salutem consideres, undique te ab hostibus eidem insidiantibus obsessum vides; intus quidem à proprijs passionibus & pravis habitibus, de quibus meritò illud Christi Man. I. usurpatur: *Inimici hominis domestici ejus*: foris vero à Dæmonibus, qui, præterquam quòd invisibiles sunt, & hoc nomine Superiores, calliditate tantùm valent, ut etiam cum fortissimis Athletis Christi congressi sæpe evalescant, sed & viribus tantopere pollent, ut quasi paleas ferrum, & quasi lignum putridum eos existimant; vigilantiam, verè tam sollicitam adhibent, ut non unum, alterumve mœlent, aut annum, sed vitam planè universam obsideant, & oppugnet; & odio denique tam insatiabili, erga eos maxime quos sibi magis contradicentes, & alios quoque à se, sedque servitio avertentes videt, exardescunt, ut nullis eorum malis exfatientur. Si verò 2. alienam salutem consideres, & ex una parte quàm gravis tibi obligatio per Pastoris officium susceptum incumbat; ex altera verò parte, quàm noxium sit omnis in hoc officio languor & negligentia, perpendas, meritò sanè imperfectum tuum desistere, caverèque deinceps saltem debebis, ne per tuam culpam conversio & salus multorum periclitetur, atque adeò severa tibi olim coram DEO reddenda ratio incumbat.

Considera 2. Quàm solidæ & efficaces sint hæc rationes ad quemvis persuadendum, ut seriam renovationem instituatur, & quò suam & alienam salutem securius, & abundantius procurare possit solidas virtutes & sanctitatem, velut præcipuissima instrumenta comparare studeat.

Confidera 3. An tu hætenus has rationes perpenderis, hæque te ad vitæ veteris emendationem, novæque studium exercitare conatus fueris, & verò etiam deinceps. Velis colloquium ad B. Virginem.

Punctum III.

Confidera 1. Quæ media adhibere ad simile cor novum procurandum debeas, sequentia videlicet. 1. Ut Christo libello demissè offeras, suppliciterque petas, ut illud per gratiam & exemplum suum ob oculos tuos efficaciter propositum renovare dignetur; non enim *cor Regis* duntaxat ut Salomon prov. 21. ait, sed *Operariorum etiam & Pastorum Oves* sibi commissas regentium, *in manu Domini est; quocumque voluerit, inclinabit illud.* 2. Ut omnia, quæ retro sunt obliviscens, totum te ad anteriora convertas, dicâsq; cum S. Davide Psal. 76. *Dixi, nunc capi.* Quod quidem medium jam pridem suavit S. Antonius, dum, ut in vita ipsius S. Athanasius refert, Fratrum cœtu aliquod ab ipso Spirituale monitum petente, sic exorsus est hoc: *Hoc sit primum cunctis in commune mandatum; nullum in arreptis propositis vigore lassescere, sed quasi incipientem augere semper debere, quod caperit.* 3. Ut beneficia tum generalia, puta creationis, Justificationis, Redemptionis, Vocationis, & Prædestinationis; tum Specialia Personam tuam solam concernentia, qualia haud dubiè multa deprehendes, animo volvas, eorumque perpensa magnitudine perpensa, velut totidem prunis ferforem accendas, atque ad perfectum vocationis tuæ executionem te extimules. 4. Ut doctrinam à libello de imitatione l. 1. c. 15. traditam observes, quæ ait: *Duo specialiter ad magnam emendationem juvant, videlicet subtrahere se violenter, ad quod Natura Vitiosè inclinatur; & ferventer instare pro bono, quo amplius quis indiget.*

Confidera 2. Quàm solida & efficacia sint hæc media ad novum cor procurandum, veramque renovationem instituendam; utpote quæ & à Sapientissimis, expertissimisque Magistris præscripta, & multiplici experientia abunde sunt confirmata.

Confidera 3. An tu ea hætenus adhibueris; aut quomodo

do deinceps saltem adhibere velis. Colloquium ad Christum. Repetendo frequenter illud Davidis Psal. 56. *Paratum est cor meum, DEVS paratum cor meum.*

M E M B R U M II.

DE CORDE MÜNDO PROCVRANDO.

Præludium I. est, imaginari Christum ante te stantem, & cor tuum per peccata tua valdè deturpatum & corpore tuo extrahentem, & Sanguine suo, lacrymisque tuis interius commistis abluentem.

Præludium II. est, petere gratiam, ut peccatorum habitus à te commissorum multitudinem ritè cognoscere, ferriò detestari, & emendare possis.

Punctum I.

Considera I. Qualem Munditiam in corde tuo à te requirit DEUS, scilicet ut non tantum ab omni peccato materiali, sed veniali etiam, quantum per DEI gratiam fieri potest, liberum & immune sit, ita ut mortem millebus obliuisceris, quàm unico, eoque minimo peccato veniali DEUM deliberatè offendere.

Considera II. Quot titulis talis à te Munditia erigatur tuis videlicet, triplici Officio tuo respondentibus, scilicet Missæ Sacrificio offerendo, Officio diuino recitando, & Sacramentis administrandis; si enim jam olim DEUS à Sacerdotibus veteris Testamenti Sacrificia vel Sacramenta imperfecta, quæ figura duntaxat erant Sacrificij nostri oblationum vel ministraturis, exigebat, ut essent sine macula; & Moysi ad Colloquium admittendo præcibebat, ut calcamenta de pedibus tolleret; quanto magis à te, aliisque Sacerdotibus Sacrificium infinitè perfectius oblationum, & Sacramenta longè nobiliora ministraturis, ac ad familiare colloquium nomine Ecclesiæ quotidie admittendis similes, imò majorem munditiam requirit?

Considera 3. An hactenus talem munditiam habueris, aut certè deinceps procurare velis. Colloquium ad SS. Patres.

Punctum

Punctum II.

Confidera I. Quibus potissimum medijs uti debeas ad prædictam cordis munditiam obrinendam, videlicet balneo penitentiae & confessionis cum magna præparatione & contritione peractæ; hoc enim medium suavit S. Joannes 1. c. 1. dicens; *Si confiteamur peccata nostra, DEVS fidelis est & iustus, ut remittat nobis peccata nostra, & emundet nos ab omni iniquitate; cessat namque vindicta divina, si consilio præcurrat humana, ut rectè S. Ambrosius super Psal. Beati immaculati notavit.*

Confidera 2. Quàm idoneum & efficax sit hoc balneum ab peccatorum sordes abstergendas, utpote ex præcioso Christi sanguine, qui ad totius Mundi peccata tollenda sufficiebat; & tuis lacrymis, quæ ex contrito pectore fluunt, compositum, quàmque adeò meritò de hoc balneo dicere queas cum Psalmista Pl. 50. *Asperges me hyssopo, & mundabor, lavabis me, & super nivem dealbabor.*

Confidera 3. Cùm aqua plerumque tantò sit ad maculas corporis abluendas aptior, quantò magis calida fuerit, idemque multò magis in aqua tua & balneo spirituali, id est, Sacramento Penitentiae locum habeat, quod tantò plenius remittit peccata, eorumque penam, quantò majori cum dolore, & integritate fuerit peractum, quàm æquum sit, ut omnes partes hujus Sacramenti cum singulari ardore & perfectione implere studeas, dicatque cum S. Gregorio in Pl. 2. penit. *Præoccupemus faciem Iudicis in confessione, ut qui tentationi parentes, manum non possumus effugere iudicis, per confessionem mundati clementiam experiamur misericordis.* Colloquim ad B. Virginem.

Punctum III.

Confidera 1. Ad cor mundum non sufficere, ut semel, iterumque mundatum sit, sed ut constanter Mundum permaneat, atque adeò efficacia media adhibeantur, per quæ à sordibus deinceps contrahendis defendatur; sicque tu illa sponsæ cant. 5. verba usurpare possis; *Expoliavi me tunica mea (id est, pravis delectationibus) quomodo induar illam? lavi pedes*

*pedes meos (& cor meum à peccatorum sordibus) quomodo
inquinabo illos?*

Confidera 2. Quænam potissimum media ad arcendum
ejusmodi sordes & maculas adhibere debeas; videlicet
Considerationem pessimorum fructuum, quos peccata habent
nus à te commissa reliquerunt, applicando tibi verba ad
S. Pauli ad Rom. c. 6. *Quem ergo fructum habuisti in illis
in quibus nunc erubescitis, & doletis ob damna subsequen-
tiam finis illorum mors est, aut certè, si venialia duntaxat
sunt peccata, morbus Spiritualis animæ graviora affert
damna, quàm omnia hujus mundi mala à peccato distincta
inferre possint; si ergo vel ipsa bruta non facile redeant
locum, in quo graviter vapularunt, aut ceciderunt; qui
posset, ut tu ad eadem peccata perpetranda redires, si deum
per peccatum accepta ritè perpenderes. O utinam sapienter
aliquando, & novissima provideres, & frequenter animam
volueres, profectò in æternum deliberata voluntate non
peccares. 2. Radicis extirpationem, quæ est opinio falsæ
bonitatis sub rebus à nobis inordinatè concupitis latentibus
ex hac enim opinione nascitur concupiscentia, quæ cum
conceperit, id est, in pectus admissa, & per consentum ad de-
lectationem approbata fuerit, parit peccatum; hæc ergo opi-
nio tollenda est per certissimam persuasionem, quod nullum esse
possit verum animum bonum, nisi quod ad ultimam finem celestem
quendum juvat; nullum verò è contrario malum, nisi quod
ab hoc fine impedit, vel abducit; hæc namque persuasio
semel animum occupaverit, facilè eundem ab amore illius
torum objectorum abducat, utpote quæ non nisi falsa, flamma
vana, turpia, noxiæque bona esse ostendet. 3. Amoris divini
ni augmentum; nam ut rectè SS. Patres dixerunt, *augmen-
tum caritatis est diminutio cupiditatis*; cum enim bonitas
divina semel gustatur, facilè terrestria desipiunt, illæque
S. Ignatij voces audiuntur: O quàm sordet mihi terra, cum
cælum aspicio!*

Confidera 3. Quàm efficacia sint hæc media utpote
multis exemplis comprobata, maxime S. Augustini de
pso fatentis: *O quàm suave mihi subito factum est carere
suavitatibus nugarum; & quas amittere mecum fuerat
jam dimittere gaudium erat, eijciebas enim cum tu vera*

Quomodo suavitatis. Vide proin, quomodo deinceps eadem adhibere velis. Colloquium ad Christum illud S. Davidis Ps. 50. usurpando: *Cor mundum crea in me DEVS, & Spiritum rectum innova in visceribus meis.*

OCCUPATIONES

Reliquæ hujus diei.

I. Præter binas Meditationes supra assignatas, & con-
suetas preces, & conscientia examina, tres præcipuè occu-
pationes aliæ suscipiendæ erunt. Quarum prima est præpa-
ratio ad generalem confessionem ab ultima saltem generali
confessione faciendam; per hanc quippe cum peccatorum
plerorumque cumulus ob oculos ponatur, hoc ipso clarior
sui ipsius notitia, vehementior dolor & erubescencia, & ac-
tior denique ad amandum DEUM stimulus comparatur, ut,
ubi abundavit delictum, ibi abundet & caritas; & præte-
rita negligentia posteriori fervore compensetur.

II. Secunda Occupatio erit accuratum Examen circa ea,
quæ propriam tuam personam concernunt, & in sequentibus
sermè quæstionibus consistunt.

Quibus vitiis potissimum hætenus subiectus fueris? quæ
vitiis vitiorum origo? quibus medijs excindenda?

Quibus passionibus adhuc magis obnoxius sis, odio vi-
delicet, an amoris? gaudiis an tristitia? concupiscentia, vel
ira? & quomodo deinceps moderandæ?

Quomodo te in custodia sensuum externorum, puta Vi-
sus, auditus, gustus, odoratus, tactus; & internorum, puta
Memoria, intellectus, & voluntatis gesseris?

Quas corporis castigationes, & quo fructu susceperis?

Quomodo duplici examine conscientia, generali scili-
cet, & particulari, ac Pœnitentiæ Sacramento, velut præci-
pue ad peccata extirpanda medijs usus fueris.

Quâ diligentia & intentione actiones tuas quotidianas
peregiseris? an ordinem diurnum pro iisdem præscriptum
diligenter observaveris?

Quo fervore & constantia virtutum ad te ipsum pertinen-
tium Studium susceperis? quibus medijs ad eandem animo
inseriris usus.

Quo-

Quomodo in humilitate proficere studueris? an teipsum ex animo despicias? an ab aliis quoquo despici exoptes, & gaudeas, ut Servatori tuo similior fias?

Quomodo temperantiam in cibo & potu observaveris? annon praepropere, laute, nimis, ardentem, Studiosè comedederis, vel biberis? quam mensuram deinceps observare velis.

Quomodo paupertatem Spiritus observaveris? an non inordinato & nimio appetitu divitias appetieris, aut que fieris? an victu & amictu contentus vixeris?

Quomodo castitatis virtutem Sacerdotibus tantopere necessariam exercueris? an nihil contra eam opere, verbo aut cogitatione peccatum? an omnes occasiones ejulatae violandae studiose declinatae?

Quomodo Modestia studueris? an manus lingua, & oculos ab omni indecentia custodita? an nugae, quae in ore Sacerdotibus sunt blasphemiae, teste S. Bernardo, sollicitè sunt devitatae.

Quam patienter adversos casus & tribulationes occurrentes exceperis?

III. Tertia occupatio erit Spiritualis libri lectio, imprimis quidem duorum capitum ex libello de imit. Christi, c. 1. & l. 2. c. 6. Deinde verò vel Ludovici de Ponte, vel perfectione; vel Ludovici Abelij de Sacerdote Christiano; vel Jacobi Marchantij in virga Aaron; vel Manualis Praeceptorum Caroli Mufarti; vel Instructionis meae tertiae de conversatione Apostolica; vel quartae de Pastorum Officio.

DIES SECUNDA.

Tessera.

Inclinavi cor meum ad faciendas justificationes tuas, Domine, aeternum propter retributionem. Ps. 118.

MEDITATIO I.

DE CORDE RECTO PROCURANDO.

Præludium I. est, imaginari Christum cor tuum, quod inversum erat, terramq. superiori parte respiciebat, invertentem, & in recto ac naturali suo statu collocantem.

Prælium 2. est, petere gratiam, ut, quæ cordi tuo re-
ctitudo competat, clarè cognoscere, eamque studiosè pro-
curare possis.

Punctum I.

Considera I. Qualem rectitudinem à te in corde tuo
DEUS requirat, videlicet ut sursum semper apertum sit,
celumque & DEUM per intentionem semper respiciat, nihil
aliud desiderando & quærendo, quàm ut DEI Sanctissimum
beneplacitum semper perfectissimo modo adimpleatur, sic-
que salubre S. Pauli consilium 1. Cor. 10. observetur: *Sive
manducatis, sive bibitis, sive aliud quid facitis, omnia ad
Dei gloriam facite.* Hoc sanè Sponsus Cant. 8. Sponsæ suæ
suavit, dum dixit: *Pone me ut signaculum super cor tuum, ut
signaculum super brachium tuum.*

Considera II. An talem rectitudinem in corde tuo hactenus
habere studueris, id colliges ex sequentibus indicijs. I. Si
non agrè feras, cum opera tua absque tua culpa malè suc-
cedunt, & non laudantur. II. Si, cum sapit, quod agis, æ-
què magnam diligentiam, ac cum desipit, adhibeas. III. Si
cum alij præclara patrant opera, æquè magnam percipias
voluptatem, ac si ipse patrasses. IV. Si ad honorifica offi-
cia æquè, ac humilia paratus sis; parùmque cures, an multos
vel paucos Auditores, Discipulos, Filios confessionis habeas.
V. Si in occulto æquè, ac publico opera tua ferventer ac stu-
diosè peragas. Ob quæ indicia, quia apud paucos reperiu-
ntur, rectè S. Hieronymus in epist. ad Lucif. dixit: *Conveniat
autem, quæque cor suum & in omni vita inveniet, quàm ra-
rum sit fidelem animam reperiri, ut nihil ob gloria cupidi-
tatem, nihil ob rumusculos hominum faciat. Neque enim
latim, qui jejunit, Deo jejunit? aut extendens pauperi
manum, Deo sævenerat. Vicina sunt Virtia Virtutibus: diffi-
cile est, Deo Indico esse contentum.*

Considera III. An tu hæc indicia hactenus in te depre-
cenderis; & si minùs reperias, saltem deinceps, ut habeas,
cura, dicerèque cum Esthere c. 14. possis: *Tu, scis, Domine,
quod nunquam lata sit ancilla tua, ex quo huc translata
sum, usque in presentem diem, nisi in te, Domine.* Collo-
quium ad SS. Patronos.

Instruã, VIII.

Mm

Pun-

Punctum III.

Considera I. Quàm æquum sit, ut hanc rectitudinem cordis tui totis viribus procures, cum planè ea sit optimum & efficacissimum instrumentum ad triplicem finem tibi præsum obtinendum. Nam I. Quomodo gloriam divinam magis augere & procurare potes, quàm si eandem omnibus tuis cogitationibus, verbis & operibus velut ultimam mentem constituas; & sicut Deus omnia creavit propter semetipsum sic nec tu aliquid fuisse, vel esse velis nisi propter ipsum, sed solam scilicet illius voluntatem, non tuam voluntatem.

& II. ad salutem propriam certius & abundantius procurandum optimum est instrumentum, cum hæc intentio finis actionum nostrarum, atque adeò si oculus hic lucidus seu bonus fuerit, totum corpus, id est, actio lucida & meritoria sit futura, ut præclare S. Gregorius l. 18. c. 6. indicavit, dum dixit: *Quid per oculum exprimitur, opus suum preveniens cordis intentio, quæ, priusquam actione exerceat, hoc jam, quod appetit, contemplatur, quid appellatione corporis designatur, nisi unaquæque actione sua, quasi intuentem oculum sequatur.* *Lucerna itaque corporis est oculus, quia per bona intentionis radium merita illustrantur actionis.* Quod verò minus etiam ad proximi salutem procurandam efficacius instrumentum, ex eo colligitur, quòd, quò magis operarius Apostolicus cum Christo velut vite jungitur, tanto majorem fructum faciat; conjungi autem melius non potest quàm si purissima intentione, quæ est perfectissimus affectus amoris, omnia sua opera faciat; hinc Christus Jo. 8. *Et non reliquit me solum (operari) quia quæ placita sunt ei, facio semper.*

Considera II. Quàm amplius, & multiplex tibi procuratus assignatos fines fructus ex hac rectitudine intentionis sortitur; nam imprimis perfectissimam ad quævis operum officia indifferentiam generabit, cum per omnia æquè Deo placere posse scias, utpote qui non tam attendit, quòtum, quàm ex quanto affectu quis agat. Deinde verè summam in operibus tuis diligentiam adhibendam te

obis, ut te quæ scias non homini, sed Deo velut supremo Domino offerri. Denique singularem & constantem lætitiâ animo conciliabit, cum summum operibus tuis singulis præmium, nempe beneplacitum Dei propositum esse scias, ut ad eò verè in te implendum sit illud ps. 31. *latamini in Domino, & exultate iusti, & gloriamini omnes recti corde.*

Confidera III. Quàm efficacia sint hæc motiva, dignaque, ut propter ea omnem conatum in rectitudine hac cordis procuranda adhibeas. Colloquium ad B. V.

Punctum III.

Confidera I. Quæ melia adhibere debeas ad istam rectitudinem procurandam, videlicet sequentia tria I. Ut dignam de hac rectitudine intentionis æstimationem concipias, certòque tibi persuadeas, non posse majus pro tuis operibus præmium aut excogitari, aut appeti, quàm beneplacitum divinum, uti præclare indicavit S. Chrysostomus l. 2. de compunct. cordis, sic loquens: *Si omnino dignus fueris sperare aliquid, quod Deo placuerit, aliam ne require mercedem, præter hoc ipsum, quod placere meruisti. Si enim aliam requiris mercedem, verè ignoras, quantum bonum sit placere Deo: si enim scires, nunquam aliquid aliud extrinsecum mercedis aut muneris expeteres.* II. Ut, quantum fieri potest, tua opera, maximè si præclara sint, & insignes victorias tui ipsius contineant, libenter in occulto facias; sic enim a theatris humanam laudem, & æstimationem non appetere, sed solo Dei beneplacito contentus esse, dicètsque cum Epiphano: *Hac ego non multis, sed tibi; sat magnum enim alteri theatrum sumus.* Quod si verò opus occultari non possit, juxta consilium S. Gregorij ho. 11. in Evang. *sic sit opus in publico, quatenus intentio maneat in occulto, ut & de bono opere proximis præbeamus exemplum, & tamen per æstimationem, quâ soli Deo placere quarimus, semper optemus secretum.* III. Ut non contentus generali matutina intentione, specialem singulis tuis actionibus præfigere studeas, præle illius Ascetæ, de quo P. Drexelius in amussi l. 1. c. 1. meminit, exemplum secutus, qui, cum opus aliquod aggressurus subsisteret cogitanti similis, ab alio postea, cur

M m 2

hoc

hoc ageret, interrogatus, respondit se more eorum, qui la-
gittas ad metam jaculantur, prius opera sua ad Dei bene-
fictum dirigere, eò quòd talia opera ex se nulla & infirma
sunt, nisi sincero fine, rectaque intentione vestiantur.

Confidera II. Quàm efficacia simul, & facilia sint hęc
dia, ac multorum ferventissimorum Operatorum experien-
tia, ac comprobata, præcipuà SS. Thomæ Aquinatis, & Ignacij Lo-
yolæ, quorum ille laudatus à Deo, quòd bene de se scripsit
ideòque, quam mercedem peteret, rogatus, *non aliam*,
se, Domine, respondit; iste verò pro simbolo suo famulari
habuit: *Omnia ad majorem Dei gloriam*; ut adeò mem-
oratur S. Chrysostomus ho. 21. in Matt. illum in se ipsam con-
temptum Tyrannum esse dixerit, qui potest alio contentus
præmio, quàm Deo.

Confidera III. An hætenus observâris; aut certe
modo deinceps hæc media observare velis, Legatorum
manorum morem aliquo modo securus, qui ad Principum
quempiam missi, in reditu sua munera in Gazophilatio
ponebant, ne munera causâ iussu crederentur; sic ergo
tu alia motiva seponere, eumque in finem memorandi
gustini in ps. 58. sententiam in mente habe: *Psallite
non nomini vestro, sed nomini Domini Dei vestri. Vos
lite, ille laudetur: Vos bene servite, ille glorificetur. Vos
nim hujus cantoris, ut idem S. 256. de temp. ait, est
sancti amoris. Amemus, gratis amemus; Dominum
amamus, quo nihil melius invenimus. Ipsum amemus
pter ipsum, & nos in ipso, tamen propter ipsum. Colloquimur
ad Christum illud S. Davidis ps. 113. identidem repetendum
& Non nobis, Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam*

MEDITATIO II.

DE CORDE ARDENTE PROCURANDO

Præludium I. Est, imaginari Christum cor tuum forte
ardenti applicentem, & idem pariter ardens efficientem.

Præludium II. Est, petere gratiam, ut, in quo ardor
consistat, ritè cognoscere, & per convenientia media
citè procurare possis.

Punctum I.

Confidera I. Quid sit cor *ardens*, quod Deus à te petit, semper cor vehementi desiderio & studio divinam gloriam, & proximi salutem procurandi accensum.

Confidera II. Ex quibus indicijs colligi possit talis ardor; nempe effectibus, quos in aqua fervente deprehendimus; ut enim hæc I. majus longè, quàm prius habebat, spatium occupat, ita ardor quoque cordis amore accensi majora semper & perfectiora opera pro Dei gloria & proximi salute procurare cupit, uti præclare S. Gregorius advertit dicens: *Amor operatur magna, si est; aut si operari renuit, amor non*

est. II. Sicut aqua fervens magno cum impetu & vehementia ebullit; ita cor ardens etiam magna cum alacritate & celeritate opera ad Dei gloriam & animarum salutem speccantia arripit, & operatur; *nescit enim tarda molimina, spiritus Sancti gratia*, teste S. Ambrosio. III. Sicut aqua fervens se effundit, & calore suo omnia adjacentia calefacit, & fervere pariter facit; ita cor ardens non contentum est, quòd ipsum sit accensum, sed alios quoque simili ardore accendere cupit, uti rectè S. Gregorius ostendit dicens: *In quantum vos profecisse pensatis, etiam vobiscum alios tractate; in Via Domini socios habere desiderate; si ad Deum traditis, curate, ne ad eum soli veniatis.* IV. Sicut aqua fervens contra naturam sursum ascendit, & sic violentiam facit, ita cor ardens assiduo sibi violentiam facit, sive nequendo concupita, sive sustinendo contraria; hinc SS. Ignatius & Franciscus Xaverius ferventissimi Operarij pro familiarum axioma habebant: *Vince te ipsum.*

Confidera III. An tu similes effectus hætenus in te experias; aut certè deinceps procurare velis. Colloquium ad Patronos.

Punctum II.

Confidera I. Præclaros & multiplices fructus, quos cor tam modo ardens producit, quorum primus & summè optandus est, quòd à Deo specialiter diligatur, & favores quoque particulares accipere mereatur; uti pulchrè S. Bernardus in Cant. indicavit dicens: *Qua amat ar-*

M m 3

dentius

dentius, currit velocius, & citius pervenit, perveniens non dico repulsionem, sed nec cunctationem patitur; sine mora aperitur ei tanquam domestica, tanquam carissima, tanquam specialiter dilecta, & singulariter grata. Secundus est, quod ad proximi salutem procurandam specialiter conducatur; tum quia, ut Cæsarius ho. 3. ad Monach. bene adertit, ubi viderit Deus devotionem animi, ardentorem multiplicabit affectum, & quantum nos apposuerimus ad fructum tantum ille apponet ad adiutorium; tum quia amor nobilitat, atque teste Thoma Kemp. I. 3. c. 5. valet ad omnia, & multa implet, & effectui mancipat, ubi non amans desinit, & jacet. Tertius est, quod, ut S. Ignatius in epist. de perfect. ait, rarum aliquod & eximium facinus antecellat locentis vulgaribus & minutis, atque adeo premium citius majus mereatur à Deo, qui magis pensat, ex quanto quis agit, quam opus, quod facit. Quartus est, quod ad omnia dura & difficilia levius portanda plurimum proficit, uti testatur Thomas Kemp. I. 1. c. 25. advertit dicens: *Si dederis te ad fervorem, invenies magnam pacem, & senties levem laborem propter Dei gratiam & virtutis amorem.*

Considera II. Quam pretiosi sint hi fructus, dignique propter quos cum sponsa Cant. 7. dicas: *Ascendam in palmam (id est, mihi ipsi vim inferam) & apprehendam fructus illius.*

Considera III. Quomodo deinceps hos fructus procurare, atque adeo, ut S. Ignatius l. c. hortatur, in sinu cordis vividum quandam, sanctumque fervorem ad quovis pro Dei gloria & animarum salute exantlandos labores concipere velis. Colloquium ad B. Virginem.

Punctum III.

Considera I. Quæ media adhibere debeas ad simile curans procurandum, sequentia videlicet. I. Ut fructus à priori puncto explicatos bene apprehendere & æstimare debeas; per illos enim velut totidem ligna non modice accenditur hic ignis fervoris. II. *Ut vitæ brevitate læpius nullo volvas, simulque certò tibi persuadeas, quod perfectionis & gratiæ non compararis in vita, id te nunquam aliter comparaturum, ut sapienter Siracides monuit, c. 9. dicens*

quodcumque facere potest manus tua, instanter operare; *quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt ad inferos, quò tu properas.* Unde hoc medium suavit prius Athor l. 1. c. 25. dum dixit: *Si frequentius de morte tua, quam longitudine Vita cogitares, non dubium, quin ferventius te emendares.* III. Ut saecularium divitias & honores quaerentium fervorem animo objicias, dicásque: *Potuerunt isti, & ista, & tu non poteris?* Hoc medium suavit Ignatius in cit. epist. sic loquens: *Nolite pati, ut hujus saeculi homines plus laborum & molestiarum suscipiant, in conquirendis studiosè voluptatibus ac rebus caducis, quam nos in caelestibus ac divinis comparandis: pudeat, illos majora opera eniti ad aucupandam gratiam Principis, quam vos labores ad amicitiam cum aeterno Rege comparandam.*

Confidera II. Quàm efficacia sint haec media, utpote à sapientibus Magistris praescripta, & sapientius non sine magno profectu adhibita.

Confidera III. An & quomodo tu ea haecenus adhibueris, aut adhibere deinceps velis, observans consilium Siracensis c. 33. monentis: *In omnibus operibus tuis praecellens esto; nec des maculam in gloria tua.* Sicque experiaris, quod Jeremias de sec. 20. testatur: *Et factus est (Zelus) in corde meo, sicut ignis exarsuans, claususque in ossibus meis, & defici ferre non sustinens, sed & dicas cum Davide ps. 118. Tabescere me fecit Zelus meus.* Colloquium ad Christum rogando, ut nunc tandem implere dignetur, quod Luc. 12. dixit: *Ignem veni mittere in terram, & quid volo, nisi ut accendatur?* Certè in hoc colloquio, si usquam alibi experire, quod Discipuli in Emaus Luc. 24. sunt facti: *Nonne cor nostrum ardens erat, quando loquebatur nobis in Via?*

OCCUPATIONES

Reliqua Diei.

I. Prima occupatio erit examinare te circa ea, quae proximum tuum concernunt. Itque examina te ipsum

Quomodo te erga Superiores tuos haecenus habueris? an in eisdem Dei magis, quam hominis Personam consideraris?

an filiali amore eosdem amplexus sis? an debitam reverentiam ijs exhibueris? an perfectam illis obedientiam præstiteris, non tantum integrè ac celeriter eorum mandato obsequendo, sed iudicium etiam & voluntatem propriam, eorum iudicio & voluntati subjiciendo? an eosdem contra alios murmurantes defenderis, sicque Filios Noë Sem & Japhet imitatus nuditatem Patrum tuorum texeris, verèque ab eis benedictionem obtinere merueris.

Quomodo te erga Parochianos tuos gesseris? an omni generali amore sis complexus? an Sacramenta legitimo modo administraris, & verbum divinum fructuose prædicaveris? an pro ijsdem, ut oportuit, frequenter & ardentè oraveris? an ægros suo tempore diligenter vistoraveris, & idoneisve alloquijs recrearis? an Juventutis sedulam curam gesseris, & in doctrina Christiana suo tempore diligenter instruxeris? an etiam defunctis debitam charitatem & auxilium precibus & operibus ferventibus exhibueris?

Quomodo erga Domesticos tuos te gesseris? an saltem ipsorum cordi, ut decebat, habueris, atque ad peccatorum fugam, virtutumque exercitium verbis & exemplis excitaveris? an laborem & imperia discretè imposueris? an vitiorum mansuetè & efficaciter correxeris? an debitum vestitum & salarium fideliter porrexeris?

Quomodo erga alios tuæ curæ non subiectos charitatem tuam exercueris? an quod tibi fieri non velles, etiam illis non feceris, atque adeò nec cogitatione (puta suspicionibus, iudicijs temerarijs, contemptibus) nec verbo (puta murmurationibus, detractationibus, mordacibus dictis aut agnominationibus) nec opere (puta debitum honorem, necessarium auxilium, petitum obsequium denegando; aut famam, opes, corpus lædendo) eosdem læseris? an quod tibi fieri velles, illis liberaliter præstiteris, atque adeò precibus, elemosynis, obsequijs charitatem tuam demonstraris?

Quomodo te erga Inimicos tuos habueris? an ijsdem offensas ex Christiana charitate remiseras? an juxta exemplum Christi pro illis ferventer oraveris? an varia charitatis officia exhibendo studueris carbones congerere super capita eorum?

Quibus motivis in charitate proximo exhibenda suscipias?

an sincerè propter Deum, an verò propter causam aliquam
aut dotem naturalem eundem dilexeris?

Quibus rationibus Zelum alienæ salutis in te excitare stu-
deris, aut excitare deinceps velis?

Quæ media ad Proximi salutem procurandam hæcenus
adhibueris, aut adhibere deinceps velis?

Quæ impedimenta tibi in cura animarum obstiterint, quò-
minus optatum fructum referres, & quomodo remove-
re velis?

II. Secunda occupatio erit Lectio spiritualis ordinarij
libri Ascetici, & ex libello de imitatione Christi l. 1. c. 15, &
l. 2. c. 4.

DIES TERTIA.

Tessera.

Quid mihi est in cælo, & à te quid *Solui super terram?*
Defecit cor meum, & caro mea, Deus cordis mei, & pars
mea Deus in ætenuum ps. 72.

MEDITATIO I.

DE CORDE CARNEO PROCURANDO.

Prælium I. Est, imaginari Christum cor tuum durum
etipientem, & aliud molle substituentem, prout per Ezechie-
lem c. 36. promisit dicens: *Auferam cor lapideum de carne*
vestra, & dabo vobis cor carneum.

Prælium II. Est, petere gratiam, ut, quale cor carneum
à te requirat Deus, ritè cognoscere, & ubi cognoveris, stu-
diosè procurare possis.

Punctum I.

Considera I. Quòd triplici in sensu Deus à te cor car-
neum requirat I. Ut idem signifieet carneum ac molle &
tractabile, uti Deus ipse loc. cit. insinuavit, dum dixit: *Da-*
bo vobis cor carneum, & spiritum meum ponam in medio ve-
stri, & faciam, ut ambuletis in preceptis meis, & iudicia
mea custodiatis & operemini. Unde per hunc sensum cor
carneum idem significat, ac perfectam obedientiam ac sub-
jectionem, quam Deo & Superioribus tuis exhibere debes.

Confidera II. In quo consistat ista subjectio; in sequentibus nempe I. Ut non aliud beneficium, nec alios subditos habere velis, quàm quos Deus & Superiores ipsi assignaverint. II. Ut eos, quos regendos susceperis, non aliter, quàm juxta Dei & superiorum voluntatem per constitutiones Ecclesiasticas, & Ritualia indicatam gubernare velis. III. Ut directionem & correctionem Superiorum promptissimâ voluntate suscipias, & seriò errorem commissum emendare studeas.

Confidera III. Quàm æquum sit, ut hanc subjectioem Deo & Superioribus perfectissimè exhibeas; cum ex te palmes prorsus infructuosus sis, atque adeò merito Christo (& Superioribus locum Christi tenentibus) velut viti conjungi debeas, quod per obedientiam obtinebis; sine qua vere timere potes, ne illud Aggæi c. 1. tibi objici queat. *Populi corda sestra super vias vestras: seminastis multum, & intulistis parum. Respexistis ad amplius & factum est minus, & intulistis in domum, & exsufflavi illud. Quam ob causam dicit Dominus exercituum? quia domus, (& voluntas) mea deserta est, & vos festinatis unusquisque in domum (& voluntatem) suam. Propter hoc super vos prohibiti sunt cæli, ne darent rorem suum.* Vide ergo, quomodo hactenus te hac in parte gesseris, & deinceps gerere velis. Colloquium ad SS. Patronos.

Punctum II.

Confidera I. Quod etiam in alio sensu Deus cor carnicum à te requirat, ita videlicet, ut idem sit, ac cor humanum & mite per efficacem mansuetudinem, qualem Christus Mat. 23. Apostolis suis commendavit, dicens: *Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde, & invenietis requiem animabus vestris.*

Confidera II. In quo consistat hæc mansuetudo; in sequentibus videlicet. I. Ut sinceram in omnibus functionibus, quas cum Proximo suscipis, dilectionem semper præstas; ita enim & vicissim amaberis, & quidquid volueris, facile impetrabis, ut S. Augustinus notavit dicens 11. 7. in epist. S. Joann. *Dilige, & fac, quod voles.* II. Ut sermone affabilitate & dulcedine animos tibi conciliare studeas.

sicque cum veritate ad eos, quibuscum tibi agendum est, sequentia Siracidis c. 24. verba usurpare possis: *Transite ad me omnes, qui concupiscitis me, & à generationibus meis adimplemini: spiritus enim meus super mel dulcis, & hereditas mea super mel & favum.* * III. Ut, ubi correctio adhibenda est, S. Leonis Papæ doctrinam observes, & odio peccata habeas, non homines; & quod severiùs castigare necesse est, non sævientis plectas animo, sed medentis; nam, ut S. Prosper l. 2. de vit. contempl. rectè pronuntiavit, *leniter castigatus exhibet reverentiam castiganti; asperitate autem nimia increpationis offensus, nec increpationem recipit, nec salutem.*

Confidera III. Quàm necessaria tibi, & omni studio procuranda sit hæc mansuetudo, utpote efficacissimum ad animas lucrandas instrumentum; *nihil enim, teste S. Chrystobomo ho. de mansu. ita conciliat Domino Familiare, ut quod illum videant tranquillum se offerre, & mansuetudine jucundum; nam & talem majoris faciunt, habentque pro Patre, & non pro Domino. Gratus, & amabilis est videntibus, gratus item & his, quibus tantum nomine notus est; neque facile illum invenies, qui audiens laudari hominem mansuetum, illum videre, & exosculari non desideret, & non habeat in aliquanta lucri parte, ejus amicitiam diu posse frui.* Vide ergo, quomodo deinceps ejusmodi cor carneum & mite procurare velis. Colloquium ad Christum.

MEDITATIO II.

DE CORDE ALTO PROCURANDO.

Prælium I. Est, imaginari, quòd Christus in cœlo consistens cor tuum suo cordi uniat, sicque efficiat, ut nihil amplius in terris formides juxta illud Psalmi 63. *Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus. Sagitta parvulorum facta sunt plaga eorum, & infirmata sunt contra eos lingue eorum.*

Prælium II. Est, petere gratiam, ut, in quo altitudo ista cordis consistat, verè cognoscere, illamque totis viribus sectari queas.

Pun-

Punctum I.

Confidera I. Qualem altitudinem cordis à te requirit Deus, ut scilicet, sicut ij, qui supra montem Olympi ascenderunt, nullos ventos, nullas tempestates experiuntur, sed perpetuam serenitatem habent; ita & tu sic providentiæ & voluntati divinæ totum te committas, & conformes, ut nullus te casus adversus turbare & affligere possit.

Confidera II. In quibus specialiter occasionibus hæc conformitatem ostendere debeas, in sequentibus videlicet.

1. Ut non alios Superiores, locum, officium, subditos, vel etiam &c. habere velis, quàm quos sapientissima Dei providentia tibi submisit.
2. Ut quocumque successu & fructu laborum tuorum contentus existas, modò, quod in te erat, spereris.
3. Ut, quocumque casum adversum tranquillo & læto animo excipias, usurpans perpetuò unum ex sequentibus suspirijs: *Sicut Domino placuit, ita factum est, sit nomen Domini benedictum. Vel Dominus est, quod bonum est in oculis suis, hoc faciat. Vel: Ohmutus, & non aperui os meum, quoniam tu fecisti. Vel: Dominus præcepit et, ne malediceret mihi, & quis est, qui contradicat?*

Confidera III. Quàm necessaria tibi sit hæc altitudo, ut pote cui, sicut cum Paulo vas electum es, ut portes nomen Domini coram Gentibus & Regibus, ita ostendatur pariter, quid te oporteat pro nomine ejus pati; ut adeò merito cum eodem sancto 1. Cor. 16. dicere queas: *Offitium mihi acceptum est magnum & evidens, & Adversarij multi.* Statim proin hanc altitudinẽ cordis totis viribus procurare. Colloquium ad SS. Patronos.

Punctum II.

Confidera I. Quomodo ad hanc altitudinem cordis pervenire possis, nempe si, ut Christus ipse quondam S. Catharinam Senensem docuit, hæc tria firmissimè credas.

1. Deum summè potentem esse sine cujus voluntate nec stilus capiti tibi commoveri, aut eripi possit, ut adeò merito Siracides 11. dixerit: *Bona & mala, vita & mors à Domino sunt.*
2. Eundem Deum etiam summè sapientem esse, ita ut omnium mala, quæ ab alijs parata sunt, sciat in summum nostrum bene-

num convertere, uti in exemplo Josephi Patriarchæ Proregis Ægyptiaci clarissimè videre est. 3. Denique etiam summe bonum esse, ut nihil nisi, quod nobis optimum esse cognovit, permittitur sit, ut ad eò meritò S. Paulus ad Rom. 8. dixerit, diligentibus Deum omnia in bonum cooperari.

Considera II. Quàm efficax sit hoc medium, ad dictam altitudinem obtinendam; cum, ut sapienter jam olim Epictetus c. 10. Enchiridij dixit, *Homines non perturbentur rebus, sed ijs, quas de rebus habent, opinionibus*; hæc autem opinio efficaciter corrigatur, si juxta priorem doctrinam firmiter nobis persuadeamus, omnia, quæ sunt, à sapientissima, nostrique amantissima Dei providentia permitti, & in summum nostrum bonum ordinati, ita ut si ipsismet nobis electio relinqueretur, nihil melius, quàm quod Deus ordinavit, eligere possemus.

Considera III. An hæcenus hoc medio usus sis, & uti deinceps velis. Colloquium ad B. Virginem.

Punctum III.

Considera I. Fructus præclaros hujus altitudinis, quos clarè indicavit Deus ipse ps. 88. dum dixit: *Inveni David servum meum: oleo sancto meo unxi eum, manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eum*, quibus verbis tres præclaros fructus insinuavit, videlicet I. *Summam & perpetuam lætitiã*, quæ omnia alia gaudia perinde superat, ac oleum reliquis liquoribus supernat; nam sicut præclarè quidam SS. PP. dixit, *si mens in DEVM forti intentione dirigitur, quidquid sibi in hac Vita amarum evenit, dulce existimat: omne, quod affligit requiem putat: transire & per mortem appetit, ut obtinere plenius Vitam possit*. Sicque verificatur Salomonis effatum prov. 16. quo dixit: *Secura mens est quasi jure convivium*. 2. *Summam prosperitatem successus in laboribus & officijs*; si enim non digitus duntaxat, sed tota manus (per quem modum loquendi abundantia & efficacia auxiliij denotatur) auxiliabitur tali homini, quis de optimo successu dubitare poterit? Implebitur sanè in servis talibus, quod S. David ps. 1. prædixit, dum virum, cujus in lege Domini voluntas est fixa, similem ait fore ligno plantato secus decursus aquarum, & fructum

fructum daturum in tempore suo. & quod omnia, quaeunque faciet, prosperabuntur. III. *Summam protectionem a malis*, quam per vocem *brachium* indicavit, & si in ullo alio, in Davide sanè ostendit, idèmq; faciet omnibus, qui vult secundum cor illius esse, atque ad altum cor accedere studuerint; si enim prov. 4. omni custodia servandum cor esse dixit, quidni & ipse virum secundum cor suum omni custodia proteclurus credatur.

Considera II. Quàm pretiosi sint hi fructus, & tibi maxime oprandi, ut & Proximi salutem juxta vocationem tuam efficacius procurare, & inter tot labores & difficultates constantem animi tranquillitatem ac lætitiã retinere valeas.

Considera III. Quomodo vel hoc etiam titulo delictam hactenus altitudinem cordis sectari, cumque in sententia præclaram S. Augustini in animo semper habere velis: *Quid timet homo in sinu Dei positus? tu de sinu ipsius noli cadere; & quidquid tibi ex venerit, in bonum convertet.* Colloquium ad Christum.

OCCUPATIONES

Reliquæ Dicit.

I. Prima occupatio erit examen circa ea, quæ ad Dei & Cælitum cultum spectant; itaque examina temetipsum

Quomodo te erga Deum ipsum habeas, an debitum ei respectum, amorem, honorem exhibueris?

Quàm diligentia & fructu Exercitia spiritualia, puta orationem mentalem & vocalem, Sacrificium Missæ, lectionem spiritualem peregeris? an desolationes potius, quam ariditates sub iisdem experiaris? quæ distractionum & ariditatis causa? quomodo submovendæ?

Quomodo in cultu SS. Passionis Christi, Eucharistiæ, & Virginis, S. Angeli Custodis, aliorumque SS. Patronarum te gesseris? an, quæ ad eorum honorem facere decreveris, constanter impleveris?

An, & quas preces jaculatorias usurpare interdum soleas, & quo fructu?

An & quoties de die bonam intentionem tuis actionibus præfigere, & quoties renovare soleas?

An pro acceptis beneficijs gratias debitas persolvere studearis; & quoties in die?

An etiam adversa de illius manu cum hilaritate & æquanimitate acceperis?

Quomodo in servitiò Dei & perfectione proficere studueris? quod desiderium proficiendi in te sentias? quibus ad hanc finem medijs utaris?

Quomodo ad mortem, si hodie obeunda esset, paratus fores? quid te in tali casu magis angeret, vel solaretur?

II. Secunda occupatio erit lectio ordinarij libri, & duorum capitum ex lib. de imitatione Christi, nempe l. i. c. 9. & lib. 3. c. 25.

QUARTUM EXEMPLAR TRIDUANAË RECOLLECTIONIS.

Pro Sacerdote seriam Pœnitentiã facere volente.

Cum contingat interdum, ut Sacerdos aliquis pluribus vitijs, malisque consuetudinibus immerfus, aut sponte respiciat, & recollectionem quandam spiritualem instituere decernat, aut certè ad eandem faciendam superiorum imperio adigatur, ideò ut talis quoque Sacerdos materiam ad finem sibi præfixum obtinendum idoneam pro triduana saltem collectione inveniat, placet eandem hoc loco assignare succinctius tamen, quàm in prioribus fecerim, ut ipse tantò plus spatij habeat ad peccatorum suorum gravitatem & multitudinem perpendendam, motivâque & media ad seriam commendationem conducentia excogitandi.

Quia verò, ut alibi monui, ad optatum ex tali recollectione fructum faciendum non parùm conducit, si Patronus quispiam eligatur, qui in simili olim statu constitutus, misericordiam ipsius clariùs per experientiam propriam cognoverit, atque adeò patrocinio suo libentiùs auxiliaturus credatur, ideò & pro hac recollectione S. Petrum Ecclesiæ Principem, & omnium Sacerdotum Patriarcham & Patronum singularem in auxilium specialiter vocandum, & velut pulcherrimum Pœnitentiæ exemplum ob oculos habendum censeo, de quo proinde & ipse meditationes potissimum instituentur.

DIES

DIES PRIMA.

Tessera.

Domine, ne memneris iniquitatum mearum antiquorum, sed cito anticipent me misericordiae tuae, qui pauper factus sum nimis. ps. 78.

MEDITATIO I.

DE PETRO DELINQUENTE.

Scopus hujus meditationis erit delictorum tuorum gravitatem cognoscere, ad quod non parum conducet, si una parte peccati à S. Petro commissi gravitatem consideres, ex altera verò parte, tua peccata cum peccato illius compares. Præmissis ergo orationibus consueveris & præludij orationarijs, quæ semper à te debito modo facta deinceps supplicam.

In puncto primo considera, quàm magna beneficia S. Petrus à Christo acceperit, tum per vocationem ad Apostolatatum; tum per tam salutarem instructionem verbo & exemplo factam; tum per Sacerdotij collationem; tum per SS. corpus & sanguinem paulò antè porrectum; tum per confidentiam ad ipsum habitam, dum ipsum cum SS. Joanne & Jacobo transfigurationis & agonie suæ, aliorumque sanctorum suorum testes esse voluit; & ex horum beneficiorum magnitudine collige, an non æquissimum fuerit, ut S. Petrus pro tot favoribus gratissimum se exhiberet, & præ reliquis Discipulis vehementius Christum amaret, & firmiter ei adhereret? Reflecte te postea ad tua quoque beneficia accepta à Deo, & vide, an non sicut similes favores accepisti, ita & similes quoque causas habueris, Deum ferventiùs amandi.

In secundo puncto considera qualitatem & gravitatem peccati à S. Petro commissi, quòd scilicet summum suum Benefactorem, Magistrum, Patrem tam amabilem nobis negarit, idque jurejurando confirmavit; cum ergo, teste S. Bernardo, nihil perinde displiceat Deo, præsertim in Filij gratiæ, sicut ingratitude, perpende, quantopere hæc negatio Christo doluisse, & displicuisse debeat, utpote quæ summam ingra-

ingratitude involverit. Cum autem tu quoque per peccata tua similem negationem non tam verbis, quam operibus ipsis admiseris, an non dolorem & offensam tantò majorem Christo creaveris, quantò frequentius similia beneficia, maxime SS Corporis & Sanguinis communicationem repetivit.

In tertio puncto considera, quòd etiam ex repetitione negationis à S. Petro factæ non modicum pondus tali peccato accesserit, cum non ex fragilitate duntaxat, sed deliberata voluntate ortum se sumpsisse arguerit, atque adeò meritò Christo tantò magis displicuerit, quantò minus post tot causas amandi S. Petro datas tam subitam aversionem expectâtas, ita ut meritò ad eundem dicere potuerit, quòd Cæsar Imperator Romanus ad Brutum optimum Amicum suum dixerat, dum ad eundem occisoribus Cæsaris se sociantem dixit: & tu Brute? conclude itaque, cum tu non ter duntaxat, sed centies fortè, millièsque eundem Christum negâris, quantam per tot peccata displicentiam & dolorem Christi creaveris, & quàm justas adeò seriæ pœnitentiæ agendæ causas habeas. Resolvè te itaque ad talem pœnitentiam, tibi que dictum à S. Jaanne Bapt. credito? *Pœnitentiam age, quoniam appropinquavit regnum calorum.* Sin autem, venio tibi Apoc. 2. *Memor esto, unde excideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac: sin autem, venio tibi, & movebo candelabrum tuum de loco suo, nisi pœnitentiam egeris.*

MEDITATIO II.

DE PETRO PœNITENTE.

Copus hujus meditationis est, cognoscere, quâ ratione S. Petrus de peccatis suis pœnitentiam egerit, pulchrùmque adeò tibi similis pœnitentiæ agendæ exemplum reliquerit.

In primo puncto considera, quòd S. Petrus non quancunque pœnitentiam egerit, sed seriâ valde, & magnam, id verba Evangelistæ Matthæi c. 26. testantur: *Egressus foras flevit amare!* Quia scilicet illorum verborum Jer. 2. meminerat, & quasi à Christo sibi dicta credebat: *Scito, & Vide, quia malum & amarum est, reliquisse te Domnum Deum tuum, & non esse timorem (& amorem) mei apud te.* Vide ergo, an non similes fendi causas habeas, tibi que illa Jeremia

Instru. VIII.

N n

mia

miæ c. 9. verba appropriandi: *Quis dabit capiti meo aquam
& oculis meis fontes lacrymarum? & plorabo die ac nocte.*

In secundo puncto considera, quòd S. Petrus non contectus fuerit, semel deflevisse peccatum suum, sed per totam vitam usque ad eò deplorârît, ut, teste S. Silvestro Papa, lacrymæ genas ejus excavaverint, & oculos quasi sanguinatos fecerint, quia videlicet sciebat dictum à Siracide Eccl. 1. *Propitiato peccato noli esse sine metu.* Quàm efficaces verò fuerint hæ lacrymæ, testatur S. Leo S. 9. de Passione dicent: *Sancte Apostole, lacryma tua ad diluendam culpam negotiationis; Sirtutem habuere sacri Baptismati.* Vide ergo & tu, quàm multò graviores habeas causas ob tot, tantaque peccata tua semper adhuc plangendi, & cavendi, ne non peccatis cumulum peccatorum, & causas plangendi multiplices; cum, teste S. Gregorio in Pastor. *unusquisque non tantum penitendo compunctionis sue bibat lacrymas, quantum se à Deo meminit amisisse per culpas.* Ita que dictum S. Ambrosij ad Theodosium tibi quoque applica, & quòd de Davide dixit, hoc tu de Petro intellige: *si secutus es errantem, sequere & penitentem.*

In tertio puncto considera, quòd nec hæc penitentia contentus Petrus, aliam quoque satisfaciendi rationem longè perfectiorem adhibuerit, dum alios quoque quàm plurimos à peccatis abstraxit, & ad similem penitentiam perduxit, cum Christus, quod uni ex minimis suis factum est, sibi oblitum reputet, tantò faciliùs ab eodem delictorum suorum veniam impetraret, quantò sapiùs ipsi hoc beneficium peccatoribus conversis præstitisset; unde meritò S. Jacobus c. 5. dixit: *Fratres mei, si quis ex vobis erraverit à veritate, & converterit quis eum, scire debet, quoniam, qui converti fecerit peccatorem ab errore sua sua, salvabit animam ejus à morte, & operiet multitudinem peccatorum.* Cum ergo & tu non minùs Christum te offendisse agnoscas, & ex altera parte tam bonam occasionem habeas, hoc tibi satisfaciendi genus usurpandi, vide, an non æquum sit, ut vel hoc titulo ad animarum salutem strentium cumbas, & quàm plurimos peccatores ad veram penitentiam perducere studeas.

DIES SECUNDA.

Tessera.

Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam, & secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam. psalm. 50.

MEDITATIO I.

DE PETRO RESPECTO A CHRISTO,
Seu
DE ADJUMENTIS AD VERAM PENITENTIAM AGENDAM.

Scopus hujus meditationis est, videre, quo potissimum Medio S. Petrus ad penitentiam tantam permotus sit, & quomodo tu quoque illud adhibere debeas.

In primo ergo puncto considera, quando & quomodo S. Petrus ad tantas lacrymas & penitentiam permotus sit; scilicet tunc, quando, teste S. Luca c. 22. *conversus Dominus respexit Petrum*; hic enim aspectus Christi Petro peccatus, veritatis acutissimus gladius transverberavit, & ut loco sanguinis copiosae lacrymae fluxerint, effecit. Ex quo primum, idque summè necessarium conversionis & penitentiae adjumentum colligere potes, quod est miseratio Dei ad penitentiam moventis; *Moyse enim dicit, Teste S. Paulo ad Rom. c. 9. Miserebor, cujus misereor: & misericordiam prestabo, cujus misereor. Igitur non solentis, neque currentis, sed miserantis est Dei. Dicit enim Scriptura Pharaoni: Quia in hac ipsum excitavi te, ut ostendam in te virtutem meam, & ut annuntietur nomen meum in universa terra. Ergo, cujus vult, misereatur, & quem vult indurat.* An non ergo merito pro hac misericordia supplicas Deo, clamásque cum S. Davide ps. 50. *Miserere mei, Deus, secundum magnam misericordiam tuam?*

In puncto secundo considera, quòd respectus iste, quo Christus Petrum respexit, non nuda miseratio fuerit, sed etiam illustratio copiosa, quâ Deus bonitatem suam infinitam tam multis argumentis antehac Petro demonstratam

N 2

ipfi

ipsi in mentem revocavit, & illam quasi querelam Jerem. iterum repetivit: *Obstupescite caeli super hoc, & terra desolamini vehementer, dicit Dominus*: Duo enim misit fecit Paulus, (& Discipulus) meus. *Me dereliquerunt, & talem aqua viva, & foderunt sibi cisternas, cisternas diligunt, qua continere non valent aquas.* Hanc namque illustratione errorem suum & stultitiam suam clarissime agnovit, & trus, atque ad eundem detestandum & corrigendum commotus est. Vide ergo, quomodo tu quoque, cum Christus simili modo respicere te paratus sit, hanc illustrationem pariter admittere, & consideratione tantae bonitatis tam turpiter à te desertæ cum Anna Tobiz uxore c. 10. lacrimis irremediabilibus lacrymis, diceréque velis: *Hec, Domine meus, omnia in te uno habens, non te debebam dimittere me.*

In tertio puncto considera, quòd S. Petrus non contentus adjumento hoc ex parte Dei præstito, etiam ipse ex sua cooperatus sit, & aliud adjumentum non minus efficax & necessarium adhibuerit, occasionis scilicet, in qua lapsus est fugam; nam egressus foras est, teste Evangelista, sicut & discipulos, qui ei peccati & lapsus occasio fuerant, declinavit quippe suspectum esse dolorem, qui non sufficienter adducit ad relinquendas occasiones peccati; & qui amoris proculum, perire in illo. Vide ergo & tu, quæ tibi hæc occasio petra scandali fuerit, & memor doctrinæ à Christo Marc. 9. datæ: *Si manus tua scandalizaverit te, abscinde eam, & projice abs te*: occasionem talem penitus relinquere juvat enim non quolibet res adepta, sed multiplicata virtutis sed potius decisa ex corde radicitus. Hinc S. Augustinus ad ritè agendam pœnitentiam l. 2. conf. c. 12. primo cooperabat occasiones subtractionem, deinde primo ostendit virtutem, & affectionis sanitatem; quia non ignoscit videlicet, quòd, sicut in pestilentibus locis sententia tractus aër latentem corporibus morbum injicit, ita in peccata consuetudine ac conversatione maxima mala habentur, etiam si statim incommodum non sentiatur.

MEDITATIO II.

DE PETRO VINCENTE

Seu

DE IMPEDIMENTIS POENITENTIAE REMOVENDIS.

SCopus hujus meditationis est cognoscere, quænam impedimenta præcipuè S. Petro obstiterint, aut certè obstare poterint ad poenitentiam agendam, & quàm efficaciter, fortiterque ea removerit, tibi que iterum in ordine ad eundem finem, pulchrum imitationis exemplum reliquerit.

In primo itaque puncto primum impedimentum poenitentia, quod S. Petro obstiterat, considera, difficultatis scilicet horrorem; hunc enim maximè obstare poenitentia, fat clarè Thomas Kemp. l. 1. c. 25. insinuavit, dum dixit: *Vnam est, quod multos à profectu & ferventi emendatione retrahit, horror difficultatis seu labor certaminis.* Sed hoc impedimentum fortiter vicit D. Petrus, dum non tam ad difficultatem hanc, quàm paratum Dei auxilium respexit. Meminit namque, quod Servator Matt. 11. dixerit: *Tollite jugum meum super vos; jugum enim meum suave est, & onus leve,* propter gratia scilicet actualis conferendæ copiam. Vide ergo, an non & tibi hoc impedimentum hactenus obstiterit, & eodem, quo D. Petrus, modo vincere stude. Eum in finem revolve, quid Angelus custos quondam Clienti suo dixerit simile impedimentum habenti; cum enim huic Juveni ingens gigas apparuisset, & ipse ad certamen ab eo vocatus, congregari horreret, Angelus ei assistens hortatus est, ut tantùm animosè invaderet illum, mox enim se auxilium præstiturum, quod cum fecisset, absque difficultate Gigantem superavit. Idem ergo & à tuo custode Angelo, ipsòque Deo fieri puta, ideòque generosè aggredere difficultatem, & mox auxilium experiere; nam, ut idem pius Author l. c. dixit, *illi maximè præ cæteris in virtutibus proficiunt, qui ea, quæ sibi magis gravia & contraria sunt, viriliter vincere nituntur; nam ibi homo plus proficit, & gratiam meretur ampliozem, ubi magis se ipsum vincit, & in spiritu mortificat.*

In secundo puncto secundum impedimentum considerandum, quod est falsa persuasio, quâ homines peccatores sibi persuadent, nimis triste & melancholicum esse, pœnitentiam agendam cum talis pœnitens illud S. Bernardi dictum (quod Martinus Faber in conc. 4. de S. Magd. refert) usurpare debeat: *Primum est mihi propositum, nunquam videndi, quousque ad diem ex ore DEI illa verba: Venite benedicti, neque a terra desinam, donec liber sim ab illa sententia: Ite maledicti in ignem aeternum.* Sed & hoc impedimentum facile rejectum Petrus, quia jugum Domini suave esse, non modò firmè credidit, sed propriâ etiam experienciâ didicit, unde & in prima sua Epistola c. 1. Christianos ad ejusmodi tentationem vincendam propositâ lætitiâ secutura hortatur dicens: *quo exultabitis, modicum nunc si oportet contristari in vobis tentationibus.* quanta autem sit hæc lætitia futura, paulo post insinuat his verbis: *Credentes autem exultabitis lætitiâ inenarrabili & glorificata, reportantes finem suorum propestra salutem animarum.* Vide ergo & tu, an non tibi quæ hoc impedimentum hætenus obstiterit, & falsam tuam opinionem corrige, certò tibi persuadens, majores te habere diorsusque consolationes reperiturum in pœnitentia, quam in ter mundanas consolationes, cum, si gaudium est in hoc Mundo, hoc utique possideat pura conscientia, teste propheta I. 2. c. 6. hujus autem certissimum testimonium dicitur: *lacrymæ pœnitentis, ut quæ, teste S. Augustino l. 11. affertur, sunt aqua salutaris, per quam omne peccatum deletur.* Unde meritò S. Chrysostomus ho. 12. in Epist. ad Coloss. ait, *nihil esse his lacrymæ jucundius, & quorum visu illi sunt jucundiores. Sciunt, qui lugent, quantum hæc res habeat voluptatem, illam videlicet, de qua Servator Matt. 5. dicitur: Beati, qui lugent, quantum consolabuntur.*

In tertio puncto considera tertium impedimentum, quod est respectus hominum, à quo, sicut S. Petrus ad peccatum inductum fuisse cognovit, ita, ne deinceps amplius à pœnitentia impediret, sedulò cavet, unde in sua Epist. 1. c. 3. dicitur: *quodque ad eundem respectum & timorem hominum vitare debet, dum sollicitè hortatur, dum ait: Et quis est, qui vobis necesse est boni amulatores fueritis? sed & si quid patimini propter injuriam beati. Timorem autem eorum ne timueritis.*

non conturbemini; Dominum autem Christum sanctificate in cordibus vestris. Considera ergo, an non & tibi respectus iste non modicum ad poenitentiam obstaculum objecerit? an non apud te quoque, in animo saltem, auditum sit vulgare illud: *quid dicent homines?* quare vel deinceps corrige timorem istum, serio conferens causas, ob quas DEUM magis respicere & timere, quam homines debeas, cum horum favor sit vanus, instabilis, infirmus, & parvus; divinus autem favor solidus, constans, liberalis, potentissimus, atque adeo plus appetendus, quam omnium hominum maximus favor. Dic ergo & tu, si homines abstertere à poenitentia volunt, cum S. Petro: *Obedire (& respicere ac placere) oportet DEO magis, quam hominibus;* si enim hominibus placerem, Christi servus non essem. Oculi ergo mei deinceps semper ad Dominum stant directi.

DIES TERTIA.

Tessera.

Domine patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. *Matt. 18.*

MEDITATIO I.

DE FERVENTE PETRO.

Copus hujus Meditationis est, cognoscere fructus poenitentiae, quos S. Petrus ex sua conversione retulit, ut & tu per illos ad similem poenitentiam exciteris.

In primo puncto considera primum fructum poenitentiae; qui in ipsum Deum redundabas, amor scilicet vehementissimus, quo D. Petrus in Deum rapiebatur ex consideratione praeteriti peccati, cum enim ipse Christus Luc. c. 7. dixerit, eum, cui plus dimittitur, plus diligere, æquissimum merito agnoscebat, ut, quoniam tam gravem culpam sibi tam benigne remisit Christus, ardentius quoque ipsum diligeret; hinc Jo. 21. rogatus à Christo, an ipsum plus his (cæteris scilicet Apostolis) diligeret, intrepide respondit: *Tu scis, Domine, quia amo te.* Cum ergo & tibi non unum duntaxat, sed tot, tamque gravia peccata, & quidem toties remissa esse agnoscas, vide nunc, quam efficacem stimulum ad similem,

imò vehementiorem amorem eliciendum, atque adeo primum hunc fructum participandum habeas, ut de te quod suo modo dici queat, quod Christus S. Magdalenz, licet alio sensu dixerat: *Remissa sunt ei peccata multa, quoniam (aut potius ideo) dilexit multum.*

In secundo puncto secundum pœnitentiæ fructum, qui proximum redundabat, considera, scilicet commiserationem insignem cum alijs in peccata lapsis; hinc tam suaviter eorum pœnitentiam & sanctitatem vitæ hortatur dicens: *Obsecro mi, obsecro vos, tanquam advenas & peregrinos abstinete vos à carnalibus desideriis; eratis enim sicut oves errantes sed conversi estis nunc ad Pastorem & Episcopum animarum Vestrarum.* Hunc ergo fructum & tu sane abundanter participabis, si per pœnitentiam propria tua peccata frequentius oculis obijcias, tunc enim illis pij Ascetæ verbis l. 7. c. 1. te ipsum excitabis ad commiserationem, dicēsque: *Studens esse in tolerando aliorum defectus, quia & tu multum habes, quæ ab alijs oportet tolerari. Si non potes te talem habere, qualem & is, quomodo poteris alium habere ad beneficiatum? si tu eum tot auxilijs torques, & tam graviter lapsus, quid mirum, si alij tantis subsidijs carentes interdum cadant.* Nunc autem sic DEUS ordinavit, ut nemo sit sine defectu, nemo sine onere, & sic discamus alter alterius onera portare.

In tertio puncto considera tertium fructum pœnitentiæ qui in ipsam S. Petri Personam redundabat, erātque extremus fervor, quo præteritam vitam corrigere, & neglectum meritum cœlestium lucrum refarcire studebat, quem quidem fervorem in tribus præcipue occasionibus ostendebat. 1. In vehementi odio & fuga omnis peccati, & concupiscentiæ ad peccatum inducentis. 2. In vehementi studio omnium actiones, sive in occulto, sive publico susceptas cum magis diligentia & perfectione obeundi. 3. In vehementi desiderio multa pro DEO, graviusque patiendi. Quæ omnia tibi ex Actis Apostolorum, tum ex vita ipsius passim ab Auctoribus descripta patent. Aspice ergo & tu, & imitare hoc exemplar, tantoque fervorem majorem ostendere stude, quanto gravius te, sapiusque deliquisse, adeoque & jacturam meritum tuorum grandiore fuisse passum cognoscis. Sequere cœlestium

ium S. Pauli ad Ephes. 5. c. dicentis: *Videte, Fratres, quomodo cautè ambuletis, non quasi insipientes, sed quasi sapientes, redimentes tempus*; tunc autem juxta S. Thomam in loc. cit. redimitur tempus, quando quis tantò magis vacat bonis operibus, quantò priùs instirrit malis; nam, ut S. Hieronymus ad Paulinum scripsit, *subitus calor longum teporem vincit*; & acceleratus equi cursus omnem priorem tarditatem compensat.

MEDITATIO II.
DE PETRO CONSTATE.

Id est,

Perseverantia pœnitentiæ procuranda.

SCOPUS hujus Meditationis ex ipso titulo facilè pater, quòd nempe alius non sit, quàm constantia in suscepto Pœnitentiæ exercitio, ut, si cum D. Petro malè cœpisti, saltem cum eodem finias bene.

In primo puncto considera, multis quidem ex capitibus laudabilem fuisse D. Petri pœnitentiam, sed eo maximè, quòd tandem in finem usque continuàrit, & operi laudabiliter incepto gloriosam coronidem imposuerit, dum generosam de Tyranno victoriã reportans, cruci affixus inter ardentissima amoris ad Magistrum sui conspectũ anhelantis suspiria vitã finivit; hinc alios etiam Christianos tam efficacibus verbis ad hunc pœnitentiã hortatus est in c. 2. ep. 2. dicens: *Si enim respicientes coinquinationes Mundi in cognitione Domini nostri & Salvatoris IESU Christi, his rursus implicati superantur, facta sunt eis posteriora deteriora prioribus; melius enim erat illis, non cognoscere & iam justitia, quàm post agnitionem retrorsum converti ab eo, quod illis traditum est, sancto mandato; contigit enim eis illud Veri proverbij: Canis reversus ad suum vomitum, & sus lota in solutabro luti.* Vide ergo & tu, quomodo illius exemplo excitatus, similem deinceps in tua pœnitentia perseverantiam obtinere velis.

In secundo puncto considera, quibus motivis se ad talem perseverantiam D. Petrus excitaverit, tribus videlicet. I.
Per exemplum Christi, qui obediens fuit usque ad mortem,

Nn 5

ita

Ita ut jure merito ante obitum dicere poterit: *Consummavi cursum meum*. 2. Per DEI constantiam in beneficiis ipsi Petro non solum in hac vita collatis, sed etiam per totam aeternitatem conferendis; quidni enim æquissimum putaret esse, ut ipse vicissim constanter tantum Benefactorem diligeret, & modico saltem tempore, quamdiu scilicet vita præsens duraret, gratum se exhiberet? 3. Per necessitatem hujus perseverantiae, sciebat namque dictum à Magistro suo Martiniano: *Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.* Et iterum Luc. 9. *Nemo mittens manum ad aratrum, & respiciens retrò aptus est regno Dei.* Sed & meminerat, quam amabilem Ios olim sequentibus verbis sit allocutus: *Vos estis, qui mansistis mecum in tentationibus meis, & ego dispono sicut disposuit mihi Pater meus regnum; ut edatis & bibatis super mensam in regno meo.* Perpende itaque, quam cæcitas sint hæc motiva ad te quoque excitandum, ut in Perseverantia nunc proposita & inchoata ad finem usque vitæ perseveres, confidens cum S. Paulo in hoc ipsum, quia, qui cepit in te opus bonum pœnitentiæ, etiam perficiet usque in diem JESU Christi; illudque DEI dictum Apoc. 2. tibi applicasti: *Esto fidelis usque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ.* Certè spes omnes nostræ in consummatione constituit, ut Eusebio hom. 5. & ideo Jacob Patriarcha olim vidit DEUM in summitate & fine scalæ, non medio vel principio graduum, ut indicaret, non sufficere bene cœpisse, nisi consummatione accedat; unde nemo coronabitur, nisi qui legitime cœperit, ut rectè S. Apostolus 2. ad Cor. 2. dixit.

In tertio puncto considera, quem fructum S. Petrus ex hac sua perseverantia retulerit, videlicet ut perinde ac S. Paulus 2. ad Timoth. c. 4. dicere potuerit: *Bonum certamen certavi, consummavi cursum, fidem servavi, de reliquo reposita est mihi corona justitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die justus Index.* Vide ergo, & bene perpende, quam preciosus & optabilis sit hic fructus, dignusque, ob quem magna cum alacritate pœnitentiam etiam durissimam suscipias & ad finem vitæ usque continues; si enim Dæmon ut in speculo Exempl. dist. 9. ex. 63. refertur, aliquando fateri ausus est, quod omnes omnium Damnatorum pœnas usque ad extremum iudicij diem libenter toleraturum, modò DEUM vel unum momentum

momento aspicere liceret; quanto magis tu amarissimam quantumvis poenitentiam tantum usque ad finem vitæ, qui forte brevi aderit, suscipere, & continuare debes, ut DEUM per totam æternitatem aspicere queas. Unde meritò S. Hieronymus⁹ cuidam ob difficultates & molestias in eremo tolerandas terrore hoc remedium suavitè dicens: *Infinita eremi castitæ te terret & in Paradisum mente deambula. Quotiescumq; illuc cogitatione conscenderis, toties in eremo non eris.* Quare audi consilium S. Pauli 1. ad Cor. 15. monentis audi: *Fratres mei dilecti, stabiles estote, & immobiles, abundantes in omni opere Domini* (quale utique præ reliquis est vera poenitentia & emendatio vitæ) *semper scientes, quòd labor vester non est inanis in Domino.*

OCCUPATIONES

Reliquæ pro hoc triduo.

I. Præter has sex Meditationes, reliquum tempus partim in confessione generali facienda; partim in inspiciendo animæ statu ad similem aliquem modum, qualis in prioribus tribus exemplaribus assignatus est, partim in lectione spiritali libelli alicujus pij, & ad propositum tuum idonei consumes: Ejusmodi autem libelli exempli gratia esse possunt, Claudij Viexmontij Libellus de poenitentia agenda. Ludovici Granatensis Dux Peccatorum. Hieremiæ Diexelij, Æternitas, vel Tribunal sacrum. Item vitæ aliquæ Sanctorum, qui veram & rigidam poenitentiam egerunt, ex Petro Ribadeneira, vel alio simili libro selectæ. Nec ipse etiam libellus de imitatione Christi omitti debet, ex quo lib. 1. c. 25. 28. & 21. hoc triduo legi possunt. Quòd si verò occasionem habueris, etiam poenitentias aliquas externas v. g. flagellationem, cilicij gestationem, jejunium, humicationem suscipiendi, istas quoque perutiliter assumes, nec modicum ad propositum finem subsidium experièris.

II. Si autem hæ Meditationes minùs tibi arrideant, poteris sex alias Meditationes pro eodem tuo fine conducentes, vel ex Sacerdote Christiano vel Exercitiis P. Jacobi Masenij assumere. Ex priore quidem libello servire præcipuè poterunt pro prima Meditationes tres fol. 58. 61. 62. de beneficio

cio & Scopo, Vocationis ad Sacerdotalem Statum, donis
 & gratiis eximiis huic Statui annexis, quæ proinde tres Me-
 ditationes in unam conjungi poterunt. Pro secunda accipi
 poterit quarta Meditatio ibidem assignata de gravitate pec-
 catorum, quæ à Sacerdotibus committuntur. fol. 65. Pro
 tertia sumi posset quinta ordine de morte eorum, qui in
 eris Monasteriis vitam traduxerunt. fol. 68. Pro quarta
 serviet sexta de ultimo examine & judicio Sacerdotum. fol.
 70. Pro quinta Meditatio septima de luctuosissimo Statu
 Sacerdotum damnatorum. fol. 73. Pro sexta serviet octava
 de cælestis gloriæ mercede piis Sacerdotibus preparata. fol.
 76. cui etiam nona de cælestis patriæ bonis à Sacerdote
 affectu expetendis jungi poterit. Pro lectione verò legere
 possunt reliqua capita, quæ toto illo libello continentur.
 Masenii verò Exercitiis assumi possunt à fol. 447. illæ, quæ
 ibidem ex instituto pro personis Ecclesiasticis sunt compo-
 sitæ. Prima de fine & vocatione Ecclesiasticorum l. c. 447.
 secunda de peccatis Ecclesiasticorum sollicitè vitandis. fol.
 457. Tertia de gravi judicio DEI Ecclesiasticis improbitate
 imminente. fol. 465. Quarta de sanctimonia Ministrorum
 Ecclesiæ, vi ordinationis, requisita. fol. 476. Quinta de
 doctrina & virtute Ministrorum Ecclesiæ. fol. 487. Sexta
 de obedientia, castitate, & paupertate eorundem Minis-
 trorum, fol. 498. quibus lectionis spiritualis loco jungi possunt
 etiam septima de charitate, Zelo, & patientia. fol. 509. &
 octava de perfectione & conjunctione cum DEO Sacerdoti-
 bus necessaria. fol. 517.

III. Ut ergo totum hunc tractatum de Theologia Mystica
 ea seu sacro secessu ritè instituendo concludam, sic tibi ob-
 rum, quæ in eodem dicta sunt, usum sedulum & cretam
 commendo, ut meritò cum S. Davide Pl. 76. dicere possis.
*Memor fui DEI, & delectatus sum, & exercitatus sum, & non
 defecit Spiritus meus. Cogitavi dies antiquos, & annos
 ternos in mente habui. Et meditatus sum nocte cum ceteris
 meo, & exercitabar, & scopebam Spiritum meum. Numquam
 in aeternum projiciet DEVS, aut continebit in ira miserum
 dias suas? Et dixi, nunc capi: hæc mutatio dexterae
 self.*